52 *Forma libelli in actione iniuriarum.*
53 *Iniuriæ plures alicui factæ, an omnes in vno libello debeant proponi.*
54 *Officium iudicis, & actio, an sit idem.*
55 *Actionis appellatione an veniat iudicis officium.*
56 *Verbum Contineri, quid denotat.*
57 *Statutum faciens mentionem de actione, an comprehendat officium iudicis.*
58 *Extensio in exorbitantibus an fiat.*
59 *Cautio de damno infecto licet dicatur actio, tamen per officium iudicis petitur.*
60 *Officium iudicis an aliquam obligationem præsupponat.*
61 *Libellus super officio iudicis formatus quæ continere debeat.*
62 *Libellus an sustineretur, si in imploratione iudicis officij quis in eo contra partem ageret.*
63 *Libellus an procedat, si actionem proponens, officium iudicis imploret.*
64 *Interpellatione extraiudiciali quando quis constituatur in morã.*
65 *Officium iudicis misericorditer implorari debet.*
66 *Officium suum iudex denegans an iniuriam inferre dicatur.*
67 *Libellus an in officio iudicis implorando sit necessarius.*
68 *Contestatio litis an sit necessaria in officio iudicis implorando.*
69 *Fur diurnus, seu nocturnus an capiatur licitè, & occidatur.*
70 *Debitor propria authoritate captus quot horis retineri possit.*
71 *Furem propria authoritate capiens, an perdat commodum legalis pœnæ.*
72 *Creditori an propria authoritate debitorem fugientem capere liceat.*
73 *Creditori an rem suam debitore fugiente capere liceat.*
74 *Ius sibi dicere quando quis possit.*
75 *Creditor si debitorem fugientem vulnerans, an perdat ius suum.*
76 *Debitor fugiens si se telo defendat, an licitè occidatur.*
77 *Debitor fugitiuus etiam ante diem capi potest.*
78 *Debitor fugiens an à procuratore creditoris capi possit.*
79 *Creditori debitore fugiente an liceat rem suam capere.*
80 *Debitori de fuga suspecto interdicitur bonis.*
81 *Creditor si propria authoritate accipiens pecuniam à debitore fugiente, an dominium statim sibi acquiratur.*
82 *Creditori dicenti se habere debitorem suspectum de fuga, an familia pro illo capiendo sibi per iudicem concedi debeat.*
83 *Creditor contrahens cum aduena, an eo recedente liberè eum capere possit.*
84 *Fides qualis iudici est facienda, vt debitor suspectus possit capi.*
85 *Licentia debitores capiendi quando concedenda.*
86 *Sequestrum propter timorem fugæ quando fieri possit.*
87 *Debitor tempore contractus dilapidare incipiens, & in dies fortius suam conditionem deteriorãs, an vt suspectus capi possit.*
88 *Debitor si tempore debiti contracti non esset soluendo, sed dolo asserendo se idoneum, suum creditorem ad secum contrahendum induxit, an possit capi.*
89 *Citatio realis est, capere personam.*
90 *Iudex debet priùs discutere an debitor sit soluendo, antequã faciat eum detineri.*
91 *Creditor an suspicionem fugæ debitoris per solum iuramentum probare possit.*
92 *Suspicionem fugæ an quid vltra iuramentum requiratur.*
93 *Suspicio fugæ debet probari per duos testes.*
94 *Creditor habens pignus, debitorem suspectum de fuga non potest capere.*
95 *Debitor captus ratione suspicionis fugæ an de incompetentia iudicis opponere possit.*
96 *Debitor clericus suspectus de fuga an per iudicem laicum capi possit.*
97 *Creditor in casu fugæ an propria authoritate debitorẽ suum verbaliter citare possit.*
98 *Debitor stricte non dicitur, qui reali actione tenetur.*
99 *Statutum disponens quòd si quis fuerit negligens ad petendum sibi debitum spatio decem annorum, quòd postea petere non possit, an procedat, vbi actione reali agitur.*
100 *Interpretatio crassa non est sumenda in statutis.*
101 *Statutum disponens quòd si debitum non fuerit petitum spatio decem annorum, non posse amplius peti, nunquid valeat.*
102 *Testator si legat liberationem omnibus debitoribus suis, de quibus intelligatur.*
103 *Soror si faciat generalem refutationem fratribus ista remissio ad quæ extendatur.*
104 *Actio tam realis, quàm personalis an hîc definiatur.*
105 *Definitio cui non competit, nec definitum.*
106 *Experiri sine actione nemo potest.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

107 *Vniuersitatis quæ sunt, non sunt singulorum.*
108 *Agens actione iniuriarum quid debeat prosequi.*
109 *Conclusum in causa quando dicatur.*
110 *Ius superueniens actori pendente iudicio, an sibi prosit.*
111 *Statutum si disponat quem non audiri, nisi soluta gabella, an sufficiat pendente iudicio gabellam solui.*
112 *Ius excipiendi superueniens reo pendente iudicio, an sibi prosit.*
113 *Pupillus & ecclesia censentur agere, cùm eorum nomine agatur.*
114 *Faciens per alium, quando per se facere dicatur.*

SVpereſt vt de. ¶ Iſte titulus totus cõmuni omniũ diuiſione diuiditur in tres partes principaliter. In prima ponitur cõtinuatio huius tituli ad præcedentes. In ſecunda definitio actionis. In tertia, quę durat vſq; ad finem tituli, ponuntur diuiſiones actionum. Secunda ibi, prope principium: actio autem nihil aliud eſt. Tertia ibi, paulopoſt, in §. omnium autem actionum. ¶ Illa tertia pars principalis ſubdiuiditur in ſex partes, prout in hoc titulo ponuntur ſex diuiſiones actionum, quas enumerat per ordinem glo. magiſtra. in §. ſunt præterea. in gloſ. j. ẽod. & ibi gloſſ. addit alias ſex diuiſiones actionum, quæ ponuntur in alijs locis extra hũc titulum. ibi videbimus. ¶ Iſtud principium vſq; ad §. omniũ. non ſummatur: quia Imperator definiendo procedit, & definitiones nõ poſſunt ad breuius ſummarium reduci, quia aliter redargueremus Imperatorem de ſuperfluitate. ¶ In text. ibi: in iudicio. quot modis accipiatur iſte terminus Iudicium [a], habetis glo. magiſtram in §. præterea. in verbo, Iudicium. ſ. qui. non eſt permiſ. fa. teſta. ¶ Nota ex iſto tex. in ver. nihil aliud eſt, q̃ ius, ſecundum Nic. de Neap. hîc, quem Ludo. Roma. in repe. auf. ſimiliter. C. ad leg. Falci. in iij. ſpeciali, quod habet pia cauſa inter vltimas voluntates, appellat ſublimis ſcientiæ doctorem textualem maximum, quod † dictio exceptiua ponit, & nõ priuat. quod, ſecundum eum, facit ad queſtionem. † q̃ ſi promiſi fundum non vendere alij, quàm tibi, q̃ ex hac promiſſione poſſim inuitus compelli ad vendẽdum tibi, poſito q̃ non velim vendere alij. In contrarium tamen dicit eſſe glo. in l. ſi eum. §. fi. ff. ſi quis cau. & refert Gul. de Cug. poſt Pe. de Bel. perti. ibi tenere cõtrarium per l. Titia. §. fi. de ma. teſt. & tex. no. in l. ſi ſterilis. §. pen. de act. emp. Et ad iſtum tex. dicit eos reſpõdere, † quòd ideo hæc dictio exceptiua ponit, quia ſit prolata à lege, ne alia lex ſit incerta. Secus autem ſit, ſi proferatur ab homine. Et hãc etiam ſol. ponit Dy. in regu. peccatum non remittitur. de reg. iu. in vj. Vos addite ad primum, ſcilicet an dictiones exceptiuæ ponant, vel priuent, vt latè traditur per Bart. & alios in d. l. j. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & per Bar. & alios in l. actione [b], C. de tranſac. & per Bar. aliquid in l. j. in iiij. co. ff. de condi. & demonſt. & ibi per Imo. per Dy. in d. regul. peccatum. & plenè per Io. And. in addi. Spec. in tit. de ſpon. §. j. circa prin. & ibi etiam per Spec. & in his locis conſueuit magis communiter concludi, maximè per Bart. in locis vbi ſuprà quòd aut præcedit oratio affirmatiua: & tunc dictio exceptiua ſtat priuatiuè, ſeu remotiuè. Aut præcedit oratio negatiua, & tunc dictio exceptiua ponit, ſeu affirmat. In quo tamen eſt aduertendum, ſecundum eos, quòd aut oratio precedens negatiua negat potentiam, & tunc dictio exceptiua ponit potentiam. Aut oratio negatiua negat actum, & tunc dictio exceptiua ponit actum. Et ex illa theorica colligitur determinatio queſtionis ſuprà formatæ, vt fiat vis in verbis promiſſionis. † Aut enim in promiſſione dictum eſt, quòd non poſſum alij vendere quàm tibi, & tunc quia oratio negatiua negat potentiam, [c] & non actum. dictio exceptiua ponet potentiam, ſcilicet quòd poſſim tibi vendere, ſi velim: tamen iſto caſu, ſi alij venderem, poſſet contra me agi actione ex vendito, per textum illum not. in dicta l. ſi ſterilis. §. penulti. Aut eſt dictum, quòd non tenear alij vendere, quàm tibi: & tunc quia negatiua negat actum neceſſitatiuum, dictio exceptiua ſequens ponet actum cum illa neceſſitate, & ſic ponet, quòd tenear tibi vendere. De qua tamen quæſtione dicite vt latius per Bartolum. in dicta l. ſi eum. §. qui iniuriarum. in. ij. colum. & melius in vlt. colum. per Cyn. Bartolum, & alios in l. actione. C. de tranſactionibus. & per Ioan. Andr. in addi. Specu. in dicto titu. de ſpon. §. j. circa principium. & per Ange. & Imo. in. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verborum obligat. ¶ Gloſſ. j. in ver. ſupereſt. continuat hanc rubricam duobus modis, idcir co in duas partes diuiditur. Secunda ibi: vel dic, quia ſuprà tractatum eſt. ¶ In eadem gloſſ. ibi. ſ. de iure natur. gentium & ciui. §. fina. hanc primam continuationem approbant Dyn. & Nico. de Neapo. hîc, quam ampliãdo declarauit Bald. hîc: & ſequitur Ang. de Areti. ſuprà in rubr. ſecundum aliquas lect. Nam omne ius, quo vtimur, pertinet vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones. dicto §. fin. De perſonis, quæ ſunt nobiliores rebus, dictum eſt in libr. j. Verùm quia rerum quædam ſunt corporales. quædam incorporales. l. j. §. quædam. ff. de rerum diuiſio. & ſ. de re. cor. in princ. quia ergo vſq; ad titulum de obligationi. excluſiuè viſum erat de rebus corporalibus. reſtat videre de rebus incorporalibus, quales ſunt obligationes, & actiones. Verùm quia obligatio interdum eſt mater actionis. dicto §. ea obligatio. idcirco poſitum in primo de obligationibus, poſtmodum congruenti ordine ponitur hîc de actionibus. Et dicit Bald. quòd iſta continuatio nullum patitur contrarium, & hanc continuationem ſenſit gloſſ. in rubr. ſ. de obliga. ¶ In fi. gloſ. hanc ſecundam continuationem impugnat Iaco. Butr. ſ. in rub. quia ſequeretur, quòd in hoc titulo non tractaretur de actionibus realibus, quæ non habent obligationem matrem, imò nullam præſupponunt obligationem: vt j. §. j. ſed earum mater eſt dominium, vel quaſi: vt. l. vnica. C. de alie. iu. mu. cãũ. fac. & l. in rem. in princi. ff. de rei vendic. Poſſet tamen hæc continuatio ſaluari, ſecundum eundem Iacob. Butr. vbi ſuprà. & Nico. de Neapo. hîc, ſi ſuppleatur hoc modo: Viſum eſt ſuprà de acquirend. rerum dominio, & aliorum iurium, quæ ſunt matres actionis realis. l. vnica. & dicta l. in rem. in prin. viſum eſt. ſ. de obliga. & obligatio eſt mater actionis perſonalis, in §. ea obligatio. & ſuprà de verborum oblig. in prin. ideo congruenti ordine reſtabat videre de vtraq; filia, ſcilicet de actione tam realiquàm perſonali: igitur bene poſitus eſt iſte titulus, in quo de vtraq; tractatur. Et ſi diceres, ſi ea ratione † quia obligatio fit mater actionis, in hoc volumine priùs tractatum eſt de obligationibus quàm de actionibus, quid eſt, quod in volumine Digeſtorum, & Codicis ecõtra priùs tractatur de actionibus, quàm de obligationibus. vt patet in rubr. ff. de actionibus, & obligationibus. Poteſtis reſpondere, quòd licet ſecundum ordinem ſcripturæ priùs ponatur de actionibus, tamen ſecundum ordinem intellectus, † qui ordo eſt attẽdendus, vt l. nec enim. ff. de ſolu. & l. ij. §. prius. vbi traditur. ff. de vulgar. & pupil. Intelligimus ergo ſecundum ordinem intellectus priùs tractari de obligationibus, quàm de actionibus. Et ita dicunt docto. in rubr. ſ. de obliga. Stabit ergo ex prędictis,

a ¶ Iudicium. Vide cũdem do. Iaſ. May. in rub. C. de indi. vbi plenè. & no. ponit ſeptẽ ſpecies principales. Et qualiter, & quot modis ſumatur ad illam diſtinctionẽ, quam ipſe facit de iudicio ordinario, & extraordinario, vide do. Alex. in conſil. 50. in v. col. in ij. parte.

b ¶ In l. actione. Vbi vide Fran. Are. in iij. col. verſi. no. primo. & do. Alexã. de Imola, poſt princ. in ver. in gl. in verniſi. & Fran. Are. in. l. qui ſe patris. C. vnde libe. & in l. ſi duo. in iij. co. de acquir. hæredi.

c ¶ Potentiã. Et hoc idem tenet domi. Fran. Are. in d. l. actionũ. in iij. col. in ver. nota primo. circa medium. verſic. ibi, & ideo infert Bar.

¶ Inter diuerſa. Et qd quando cadit inter duas orationes & de eius ſignificatione vide do. Alexan. de Imol. in conſi. cj. in iij. col. in iij. parte. & Ful. in conſi. viij. in ij. colũ. Et de ei⁹ importantia inter duo legata, vide p Alex. in cõſil. lxvj. in ij. col. in j. parte. Et an requirat concurſum omniũ, & diuerſorum facto rum vide per eum in conſ. x. in j. col. in ii}. parte. & ibi de eius ſignificatione & adde eum in conſi. cxc. iiij. col. in ij. parte.

7 ex prædictis, & ex gl. noſtra concluſio. † quòd obligatio eſt mater actionis, & quid diuerſum ab actione. Et diuerſitatem probat etiam diuerſitas definitionũ, cùm aliter definiatur obligatio, vt ſuprà de oblig. in princ. & aliter definiatur actio, vt hîc, iuncta l. ſi idem. C. de codicil. Patet etiam ex rub. de act. & obl. † cùm de natura
8 a copulæ ſit, cadere inter diuerſa, [a] iuxta glo. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & ibi Bar. & gl. in c. querelam. in ver. nõ petit. extrà deſimo. Nec huic cõcluſioni obſtabit, quòd orta obligatione ſtatim oriatur actio, quod cùm videatur impoſsibile per naturam vt eiuſdem temporis ſit filia, cuius eſt mater: ergo erit etiam impoſsibile per artẽ iuxta §. minorem. ſuprà de adop. & l. adoptio. ff. de adoptio. Quia reſpondetur † quòd ſecundum ordinem in-
9 tellectus, qui eſt attendẽdus, vt ſuprà dixi, intelligemus prius fuiſſe obligationem, & ſic matrem, quàm actionem, & ſic filiam ſecundum Ange. de Areti. hîc prout etiam in ſimili dixit Bal. in l. j. in prin. ff. de iuſti. & iure.
10 Non obſtabit etiam huic concluſioni, † quòd obligatio, quæ eſt de iure gentium l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. produceret ſpeciem à ſe diuerſam, ſcilicet actionẽ, quæ eſt de iure ciuili, iuxta ea, que communiter traduntur in d. l. ex hoc iure. & videbimus infrà in glo. in ver. ius. quia ſunt, qui reſpondent, quòd licet obligationes inuentæ ſint de iure gentium, tamen quia ſunt approbatæ de iure ciuili, & ſic ſaltem approbatione poſſunt dici de iure ciuili, & hoc reſpectu non dicantur producere ſpeciem à ſe diuerſam. Vel aliter poſſet reſponderi quòd illa obligatio, quæ eſt de iure gentium, ſcilicet obligatio naturalis, non eſt illa, quę producãt actiones. l. iuris gentium §. ſed cũ nulla. ff. de pac. & l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſ. ſed obligatio ciuilis, quæ eſt de iure ciuili, iuxta glo. pen. in d. l. ex hoc iure. illa bene producit actionem. licet de per ſe, vt tenet Bar. in l. j. in vij. col. ff. de condi. inde. vel ſaltem iuncta naturali, quo caſu ciuilis obligatio agit tanquam pater, naturalis tanquam mater: vt declarat Bart. in ea. l. j. in iiij. col. de quo tamen videte per gl. ſuprà de obli. in prin. & ibi per
11 doc. maximè per Ang. de Are. & Io. de Pla. hîc. ¶ † Iſta tamen cõcluſio, quæ habet vt obligatio ſit mater actionis, limitabitur vt procedat in actione perſonali, ſecus autem ſi in actione reali: per ea, quæ ſuprà dicta ſunt. ¶ Secundò limita dictam concluſionem, vt procedat in actione natiua: ſecus autem ſi in datiua, quæ datur à lege ſine aliqua obligatione matre præambula, ſecundum Bar. in l. cum mota. in iij. col. C. de tranſac. & Bar. in l. j. in vij. col. ff. de condic. inde. & bonus tex. in l. iuris gentium. §. j. ff. de pac. & ibi Bar. dixit eum eſſe ſingularem ad hoc, & meliorem de iure: & eſt bonus tex. & fortaſsis melior in l. iij. in princi. ff. commo. & Bart. ſecundum aliquas lect. in repeti. l. j. in iiij. col. C. de actio. & obliga. Et quæ ſit actio natiua, & quæ datiua, videbimus in §. rurſus. infrà eod. ¶ Glo. in verbo, actio. diuiditur in tres partes principales. In prima ponitur quot mo-
12 dis capitur terminus Actio. In ſecunda diſputat, † an cauſa & actio ſint idem. In tertia reſpondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi: & nota quòd illud. Tertia ibi: item licet dixerim quòd nomina. ¶ In ea. glo. ff. eod. l. nihil. habetis ex iſta glo. quòd tribus modis capitur iſte termi-
13 nus Actio. † Addite quòd etiam quarto modo capitur pro adminiſtratione, in §. iuſiurandum. in authenti. vt iudi. ſine quoquo ſuff. ſecundum glo. in §. ſciendum. allegato hîc in gl. & ſecundum Dyn. Nico. de Neap. Angel. de Are. & Ioan. Fa. hîc, qui ad hoc addunt textum in l. actus, in princip. ff. de admi. tu. Et aduerte quòd dũ
14 glo. dicit, † quòd aliquando capitur pro actione criminali, quòd tunc propriè dicitur accuſatio: vt l. qui accuſare iuncta gl. C. de eden. ¶ † Et eſt ſciẽdum, quòd tũc dicitur agi ciuiliter, quando illud, quod petitur, vel etiã ipſa pœna eſt applicanda parti. Si verò pœna ſit applicanda fiſco, dicitur eſſe criminalis, quantumcunq; pœna ſit pecuniaria. Ita dixit gl. notab. in l. iij. in princip. in ver. aureorum centum. ff. de ſepul. vio. & ibi Bartol. & idem dicunt Cyn. & Bald. in l. ſi qua per calumniam. in prin. §. de epiſ. & cle. de quo per Imo. in rubri. ff. de pu-
b bli. iudi. & per doct. Anto. de But. in rub. [b] extrà de iud. & per Bar. in l. non ſolum. §. fi. ff. de procu. licet glo. alię complures aliter dixerunt: quas omnes allegat, & impugnat Bar. in l. iij. in princip. ff. de ſepul. vio. ¶ Intelligite tamen prædicta, vt procedant, quando pœna eſt ap-
16 plicanda fiſco ex accuſatione, † quia tunc dicitur cauſa criminalis. Secus ſi aliqua actio intentetur nomine fiſci, puta petitio hæreditatis: quia tunc dicitur eſſe cauſa ciuilis, ſecundum Bar. in l. iij. ad fin. princip. per l. j. C. de pet. hære. cum alijs ibi alleg. per Bar. Et ſi imponitur pœna pecuniaria, quæ pro parte veniat applicanda fiſco, & pro parte parti: certè pro ea parte, quæ venit applicanda fiſco, dicitur cauſa criminalis: pro ea verò parte, quæ venit applicanda parti, dicitur cauſa ciuilis: vt colligitur ex verbis Bal. in l. j. in iiij. col. §. de iud. Sed ſecundum domi. Anto. in d. rubri. extra de iud. iſta propriè appellatur cauſa miſta: vt eſt tex. & ibi no. in c. tuę.
17 extra de procu. maximè per Imo. ¶ † An autem in dubio, quando pœna imponitur ſimpliciter à lege debeat applicari parti, vel fiſco: habetis glo. in l. agraria. quam fecit Cæſar. ff. de termi. mo. & ibi latè Barto. qui allegat complures gl. variantes: de quo etiam per doc. in l. multarum. C. de modo mul. & per Bal. in l. ſi eccleſia venerabilis. C. de epiſco. & cler. & per Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de dolo & contu. §. reſtat. in princip. per Ange. in l. ſi quis id, quod. in princi. de iuriſdi. omnium iudi. per Imol. in rubri. & in l. j. de publi. iud. per Ange. in §. pœnales. in vj. col. infra eo. & ibi fortaſsis videbimus: & eſt bonus tex. in l. ſi quis maior. & ibi Bald. C. de
18 tranſac. ¶ † Et pœnæ debitæ ex vltima voluntate, cui ſint in dubio applicandæ, ſi teſtator aliquid iubeat hæredi: & eo caſu, quo contrà fecerit, priuet eum ſimpliciter hæreditate: cui erit tunc illa hæreditas applicanda. habetis tex. ſingularem. & menti tenendum, ſecundum Bart. ibi in l. vxorem. §. hæres. ff. de lega. iij. & ibi declarat Bart. de quo etiam per Bal. in authen. cui relictum. C. de indi. vid. tol. & per Bald. in l. vnica. in xj. col. C. de his, quæ pœn. no. & per Imol. poſt alios in l. paterfamilias. ff. de hære. inſtitu. ¶ Sum modò in ſecunda parte principali glo. ibi. Item nota quòd illud, quod hîc dicitur, quam diuidò in tres partes principales. In prima recitat opi. Placen. In ſecunda recitat opin. Azo. In tertia concludit. Secunda ibi: ſed Azo dixit, quòd & verum eſt. Tertia ibi: concludo ergo, & dico. Illa ſecunda particula, in qua refertur opin. Azonis poſſet ſubdiuidi in quinq; particulas, prout quinq; fundamentis comprobatur opi. Azonis. ¶ In ea. glo. ibi: vt ſicut apud dialecticos dicitur. Bal. hîc dixit, quòd gl. non intellexit rationem Placen. quæ ſecundum eum, ſic debet intelligi.
19 † Illud, quod dicitur argumentum apud logicos, dicitur actio apud legiſtas. Et argumentũ apud logicos, eſt ratio rei dubię faciens fidem. Nã ſi dubitetur an Petrus currat, & velim probare quòd ſic, debeo proponere cauſas hoc inducentes, in hunc modum: omnis homo currit: Petrus eſt homo: ergo Petrus currit. Et iſtæ cauſæ hoc inducentes, ſunt argumentum. Ita ſi dubitatur an actio mihi competat, debeo proponere cauſas hoc

¶ In rubri. Vbi vide Feli. in prin. & Abba.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inducentes. Sicut ergo apud Logicos causæ inducentes
20 argumentum, sunt argumentum, ita apud † legistas causæ inducentes actiones, sunt actiones: ergo causa, & actio sunt idem. Vel secundum Ioannem Fabr potest argumentum Placen. aliter sic declarari. Nam sicut apud logicos argumentum fit ad declarandam dubitationem: ita apud Legistas intentatur actio ad consequendum petitum, super quo est dubium. Sicut ergo argumentum non consistit ex sola conclusione, sed ex maiore minore, & conclusione simul, & hoc totum simul est argumentum, & est vnum & idē, quod argumentum: ita cùm in actione causa capiatur pro minore, & conclusione, & sic pro hoc toto simul, quod totum simul est actio: ergo causa, & actio sunt idem.
¶ In eadem glo. ibi: sed per actionem in factum. teneatis † quòd actio de dolo non potest intentari contra
21 a patrem, vel patronū: quia est famosa, [a] & infamat: ideo intentanda est actio in factum, quæ non infamat: vt l. non debet. ff. de dolo. Sed aduertite secundum Bar. in l.
22 infamem. in ij. col. ff. de pub. iud. † quòd imò actio in factum, nisi temperetur verbis, infamat, si directò intenditur ex delicto. Et ideo, quando agitur actione in factum contra patrem, vel patronum, ne talis actio infamet, debet verbis temperari, & debet concludi per verba bonæ fidei, hoc modo: quia res mea apud te est, vel peruenit, & bonæ fidei non conuenit, cum aliena iactura locupletari: ideo peto illā mihi restitui. De quo etiā per Bar. in d.l. non debet. ff. de dolo. quam Bar. legit in §. fin. l. si oleum. eiusdem titu. & per Bal. in l. si superstite. C. de dolo. ¶ † In eadem glo. ibi: concludo ergo, & di
23 co. Videtis glo. nostram disputantem, & tandem concludentem contra Placen. quòd causa, & actio nō sunt idem. Pro opin. tamen Placen. allegatur hic per doct. tex. qui videtur bene facere, in l. & an eadem. §. actiones. in verbo, singulas obligationes singulæ causę sequūtur ff. de except. rei iudi. vbi de necessitate intelligitur, causæ, id est, actiones: cùm actiones tanquam filiæ sequantur matrem: nec de alia causa possit intelligi: & sic causa & actio sunt idem: pro eodem enim ibi ponuntur. Sed audite, licet in hoc articulo multa referantur per doct. & plures, & diuersæ distinctiones ponantur hic per eos, vt per Dyn. Iac. Fab. Nico. de Neapo. & Angel. de Are. & multipliciter distinxerit Bal. in l. edita. in repeti. Perusina, in versi. tertiò quæro an causa & actio sint idem. C. de eden. tamen quia iste articulus, vt videtis, aut nullius, aut modicæ admodum vtilitatis est, paucis concludendo teneo opin. glo. nostrę contra Placen. cui post multa in effectu visus est adhærere Ioan. Fab. & eam expresè firmant Petrus de Bella Perti. Iacobus Butr. & Ang. de Aret. hîc. Non tamen hoc teneo per rationem Ioan. Fab. & Ang. de Are. dum dicunt, quòd si diceremus quòd causa & actio sint idem, sequeretur quòd reus, qui non habet actionem, non diceretur habere causam. Quod tamen est falsum: quia ita reus dicitur habere causam, sicut actor. authenti. causa, quæ fit cum monacho. C. de episcop. & cleric. in authen. apud quos opor. cau. dice. mona. in princip. & l. clarum. C. de authorita. præstan. & l. causas, vel lites. in princip. C. de transac. quia ad hoc potest hîc faciliter responderi, quia in dictis legibus causa accipitur pro instantia: & bene verum est, quòd ita reus dicitur habere instantiam causę, sicut actor. Sed in proposito nostro aliter accipitur causa: vt patet ex prædictis. Non etiam pro hac parte satisfacit mihi illa ratio Ange. Aret. hîc, dum dicit quòd in naturali obligatione tantùm ineſt causa: vt est tex. quāuis ipse non alleget ad hoc l. quanuis. in princi. ff. ad Trebel. in versic. causa naturalium obligationum. & tamen
b in naturali obligatione tantùm, non ineſt actio: [b] vt l. fideiussor obligari. ff. de fideiuſ. in §. fideiuſ. & in Iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pac. ergo causa & actio non sunt idem: quia respondeo, quòd Placen. intellexit de causa efficaci, non autem inefficaci, vel respectu per sonarum, vel respectu conuentionis nudæ: quia tunc clarum esset: nec Placen. dubitaret quòd illa non est eadem cum actione. Confirmo ego hanc partem tali ratione collecta ex verbis doct. & gl. hîc. Considero enim quòd in exemplo Placen. hîc in glo. posito, conuenio te ad decem, quia vendidi. intellexit Placen. quòd illa sit causa, quia vendidi: & sic contractus ipse. Verùm quia ex contractu oritur obligatio, quę obligatio postea producit actionem, vt dixit glo. not. in d.l. & an eadem. §. actiones. in ij. glo. ergo obligatio dicitur causa proxima & immediata producendæ actionis: contractus autem dicitur causa remota. Cùm ergo ipsa obligatio, quæ est causa proxima, non sit eadem cum actione, imò diuersa, vt probaui ad fi. glo. j. proximè præcedentis: quantò minus causa remota diceretur eadem cū actione. Præterea, vt dicitur hîc in gl. contractus est facti, actio verò ius: ergo non possunt dici idem. Et huic argu. dicunt Dyn. & Ioan. Fab. hîc, quòd impossibile est respondere. Non obstant modò allegata pro opinio. Placen. & primò non obstat argu. logicorum, secundum primam declarationem Baldi, dum dicebat quòd sicut causę inducentes argumentum, sunt argumentum, ita causę inducentes actionem, sunt actio: quia respondeo, fatendo quòd causæ inducentes argumentum, vt maior, minor & conclusio, sunt argumentum, eò quia sunt causę materiales ipsius argumenti: quia ex ipsis, tanquam ex materia, fit ipsum argumentum: & bene verum est, quòd materia, & materiatum sunt idem: sed causæ inducentes actionem, vt est causa, quia vendidi, non sunt causæ materiales ipsius actionis, sed sunt causæ efficientes, & producentes actionem. vnde debet esse differentia inter causantem, & causatum: & impossibile est dicere q̄ idem sint: argu. l. quò minus. ff. de flumi. & l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. Non obstat etiam declaratio, quam de eodem argumento logicorum facit Ioā. Fab. dum dicebat, quòd maior, minor, & conclusio simul sunt argumentum, & non conclusio sola. Eodem modo causa, quæ est in actione pro minore & conclusione dicetur esse idem, quod ipsa actio: quia posito quòd verum sit quòd causa sola habeat se pro minore, & conclusione: quod tamen ego non firmo: arg. istud non potest procedere etiam secundum logicos: nam non est bona consequentia: maior, minor, & conclusio sunt argu. ergo causa est actio. Nam ideo maior, minor, & conclusio sunt argumentum, eò quia sunt materia ipsius argumenti: sed causa, imò nec petitio, non est materia actionis, sed causa efficiens, vt prædixi. Non obstat d.l. & an eadem. §. actiones. quia respondetur quòd ibi terminus Causa, non intelligitur, id est actiones: sed intelligitur, id est, instantiæ. & erit sensus. Singulas obligationes singulæ causæ, id est, instantiæ in iudicio ventilandæ sequuntur. Vel exponite aliter, vt ibi per gl. & Bar.
¶ In fine glo. Gloss. bene dicit. ¶ Gloss. in verbo, nihil aliud. diuiditur in tres. In prima infert ex textu. In secūda quærit. In tertia ponit dictum. Secunda ibi: sed quæ erat olim differentia. Tertia ibi: at hodie nulla est differentia. ¶ In eadem ibi. ff. de fur. l. si seruus nauem. habe
24 tis ex gl. duo. † Primò, quòd olim actio erat aliud, quā sit hodie. Hoc infert gl. primò ex tex. nostro, dum dicit nihil aliud est, per verbum præsentis temporis, quasi innuat

b ¶ Actio. Ad de Fe. in c. ex reſcripto. in prin. de iure iurand.

a ¶ Famosa. Adde Fel. in c. cæterū. ad fi. iiij, col. de iudi,

nuat quòd aliud esset in præteritum. Secundò probat glo. quia olim requirebatur certa solennitas, quæ hodie est sublata: ergo cùm olim aliter intentaretur, & impetraretur actio, quàm hodie intentetur, ergo apparet quòd aliud erat olim, quàm nunc fit. Vos tenete contrarium, scilicet quòd actio hodie non sit alia, vel diuersa, quàm olim esset: prout tenent Iaco. But. & Nico. de Neapo. hîc: & istud idem tenet Bart. in d.l. si seruus nauem. Nec obstat iste tex. noster in verb. est: quia etiam simili verbo præsentis temporis vtitur textus in l. nihil aliud est. ff. de actio. & oblig. qui tex. est de iure Digestorum, & sic de iure ant.: quo. Non obstat secundum dum dicitur de solennitatibus antiquis hodie sublatis.
25 † quia illæ solennitates sunt qualitates, quæ possunt adesse & abesse præter subiecti corruptionem. l. interstipulātem §. sacram. ff. de verborum obligat. & l. mor
26 tuo. & l. proponebatur. ff. de iudi. † Et qualitates non faciunt differentiam specificam, secundum Bart. in l. j. in princi. ff. de acquirenda. possessio. in v. col. & Bar. secundum aliquas lectu. in l. ij. in ij. col. C. de actio. & obliga.
27 ¶ † Secundum, quod vult gl. ista est, quòd hodie actio non sit vulgaris formula. Antiquitus enim actiones impetrabantur à pontificibus, id est, his, qui præerant populo, cum certa forma, & solennitate verborum: adeò quòd si quis cadebat in syllaba, cadebat à tota causa. l. ij. §. deinde ex his. & §. omnium. ff. de origin. iur. Hæc vulgaris formula dicebatur, eò quòd cum certa forma & solennitate verborum concipiebatur. Verùm cùm
28 hodie hæc formula sit sublata, sentit glo. † quòd hodie actio nō sit vulgaris formula. Et ex hoc sequitur quòd d.l. si seruus nauē. hodie sit sublata, & correcta. [a] * Vos tenete contrarium, & dicite secundum Bar. in d.l. j. C. de formu. quòd aut loquimur de actione non deducta ad actum, nec exercitium: & tunc actio est ius prosequendi, vt hîc dicitur. Aut loquimur in actione deducta ad actum, & sic prout proponitur in libello: & tunc actio bene est vulgaris formula, quia congrua, & cum debita formula est proponenda: non dico illa exquisita antiqua vulgari formula, ita vt si quis deficiat in syllaba, debeat à tota causa cadere. Et ideo cùm hodie etiā sit actio cum debita forma proponenda, hodie etiam actio erit vulgaris formula: & consequenter remanebit hodie incorrecta. d.l. si seruus nauem. Et istud idem tenet Bal. in d.l. j. & Bar. in d.l. edita. in j. col. & ibidem Bal. in repeti. Perusina circa iiij. colum. ¶ In eadem gl. ibi: respondeo vt ibi diximus. Dicite quòd ibi in princi. glo. in versi. forma. ponit duas differentias, quas etiam ponit glo. in rub. ff. de interdi. tamen illæ differentiæ reprehenduntur per doc. ibi, & Ioan. Fab. post Iac. de Rauen. infrà de interdi. in princi. Sed reprehenduntur etiā
29 per Nicol. de Neapo. hîc, & per eos tenetur, † quòd olim non esset regulariter differentia inter actiones, & interdicta: sed modus loquendi alius fuerat in interdictis, & alius in actionibus. Possetis tamen dicere secundum Ioan. Fab. in d. rubri. infrà de interdi. in princip. quòd olim esset ista differentia: quia prætores, quando proposuerunt interdicta, nullam actionem dederunt, sed voluerūt, quòd interdicta obtinerent locum actionum: duntamen solenniter, & certo ordine intentaren
30 tur. Sed hodie legum latores introduxerunt, vt per actiones sine illa solennitate agatur: vt §. fin. infrà de interdic. & sic patet olim fuisse differentiam. ¶ In eadem gl. in fi. Tenetis ex hac glo. quòd † hodie non est differentia inter interdicta & actiones. Et idem tenuit glo. in rubri. ff. de interdi. quæ glo. reprehenditur per Dyn. & Bar. in d. rub. ff. de interdi. & Ioan. Fab. in rubri. infrà de interdi. in princip. per rubri. illam. ff. de interdic. seu
31 extraordi. act. † cùm ibi interponatur dictio seu, quæ
b est ampliatiua. [b] l. si ita quis. ff. de aurò, & arg. leg. Facit l. j. §. restituendæ. ff. vti poss. in ver. aut interdicto. Aut per actionem, cùm alternatiua sit diuersificatiua extremorum. l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verbo. oblig. & l. ille, aut ille. in princi. ff. de leg. iij. Accedat pro hac opi. bonus tex. in l. si quis missus. §. cū prætor. ff. ne vis fiat ei. & dicit Bar. in d. rub. ff. de interdi. quòd est differentia inter actionem & interdictum, sicut inter matrem & filium, cùm ex interdicto oriatur
32 actio in factum: vt §. fin. infrà de interdi. ¶ † Quæ autem sit differentia inter interdictum & edictum, ponit gl. in l. prætor ait. §. j. ff. de oper. no. nun. per Bart. in l. j. in princip. in eo. titu. in ij. col. & ibi latius, & clarius per Imo. ¶ Glo. in ver. quàm ius habet duas partes. Primò ponit quale sit istud ius positum hîc in definitione. Secundò ponit ad cuius differentiam sit in definitione illa dictio Ius. ibi secunda, sed ad cuius differentiam. Illa prima subdiuiditur in tres. In prima facit quod dictum est. In secunda per modum notabilis ponit differentiam inter ius proueniens ex obligatione, & ius proueniens ex actione. In tertia per viam quæstionis declarat primum dictum, respondendo tacitæ obiectioni. Ibi secundò: item & hîc nota, quòd actio est ius. Ibi tertiò: & si quæratur. ¶ In ead. glo. ibi: hoc est vnum de significatione eius. Habetis ex hac prima parte principali glo. tria per ordinem reportare, quorum duo paucis expediam: tertium autem egebit altiori indagatione.
33 † Primum est, quòd actio est ius. Et hoc concludite esse indubitanter verum, scilicet quòd actio est ius, licet deducere actionem ad exercitium sit facti. Istud tenent hîc Dyn. & Bal. & Angel. in vlti. quæstione quam ponunt hîc ad fin. Istud idem tenet hîc Nico. de Neap. in v. opp. post multos antiquos, quos ipse hîc refert. Istud etiam tenet Ioan. fab. hîc in v. colum. Istud idem tenet etiam Bal. hoc latè disputans in l. edita. in repe. Perusina in j. col. & in j. q. licet contrarium teneat, & malè, Iacob. de Ra. Nico. de Neap. & Rodul. de Auricur. hîc & contra eos post multa allega. per doc. vbi suprà. Et vltra tex. hîc apertum facit etiam clara ratio: nam ea, quę
c sunt facti, non trāseunt ad hæredes: sed ea tantùm, quæ sunt iuris. l. cùm hæredes. in princip. ff. de acqui possess.
34 † Sed actiones transeunt ad hæredes, [c] nisi sint pœna-
c les. §. non autem. infrà de perpe. & temp. act. ergo sunt iuris, & non facti. Secundum, quod vult gl. est, quòd sit differētia inter ius, quod est in obligatione, & ius, quod est in actione: & sic quòd ius obligationis, & ius actionis non sint idem. De quo, si vultis videre, videte Bald. latè disputantem in d.l. edita. in repe. Perusina in iij. col. in ver. secundò quæritur, actio est ius. & ibi concludit, & idem tenet quod gloss. hîc. ¶ Tertium, & vltimum
35 quod vult hîc glo. est, † quòd actiones sint de iure ciuili, intelligendo secundum gl. ius ciuile largo modo pro omni iure facto post ius gentium, vt sic comprehendat etiam ius prætorium: vt etiam dicit Ioan. de Pla. hîc. Iste articulus, An actiones sint de iure ciuili, an de iure gentium: est multum disputabilis: & latè disputatur per omnes hîc, & per doct. vt per Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & ibi diffusè per Sali. In qua quęstione consueuerunt plurima fundamenta hincinde ad vtranq; partem adduci. Ego ea duntaxat attingam, quæ vrgentiora, & strictiora videbuntur. Ante tamen, quàm ad hunc articulum accedam, non omitto quòd ex huius disputationis inuestigatione insurgit maxima vtilitas, secundum Barto. & alios in d.l. ex hoc iure. in princip.

a * Adde q̄ nō sentit gl. q̄ d.l. si seruus nauem. sit correcta, quia non valet consequētia non dicit amplius vulgaris formula ergo dispositio legis est correcta. Et inquantū dicit Ias. quòd actio sit vulgaris formula, quādo deducitur ad actum, & sic in libello, dic q̄ communis opi. se habet in d.l. edita. C. de eden. & in c. dilecti. per illū text. extra de iu. q̄ sufficit factum ita narrare, q̄ actio resultet: nec nomen actionis in libello est ponendū, licet ergo disputando publicè tenuerim in hoc esse differentiam inter ciuile & canonicum ius, & forsan melius quòd actiōis nomen sit exprimendum, de iure ciuili in libello videas in d.l. edita. Carcassona Sardus.

c ¶ Ad hæredes. adde do. Bart. Soc. in cōsil. cccxiij. inci. præsens vers. quibus præmissis. circa prin. in ij. parte. quòd actiones actiuę & passiuę transeunt ad hæredes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iason super titulo de Actionibus.

36 † Nam bannitos nostri temporis siue equiparemus de portatis, iuxta glo.no.in §.relegati.supra quibus modis ius pat.pot.solu.siue æquiparemus transfugis, iuxta l. amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.certè deportati,& transfugæ perdunt omnia,quæ sunt iuris ciuilis,& retinent ea, quæ sunt iuris gentium.[a] l.quidam.

a ¶ Iuris gentiū. Pro quo art. vide do. Ale.de Imo. in cōſ.xxvj. in ij.col.in j. parte.& Frā. Areti.in l.j. C.de hære.in ſtitu. & do. Alex.in cōſ. lxxv.in j. & iiij.col. eadē parte.

37 ff.de pœnis.† Deportati ergo,& banniti nostri temporis, poterunt sibi quærere actiones, si dixerimus esse actiones de iure gentium.Si verò dixerimus eas esse iuris ciuilis,nequaquàm.De hoc tamen,† an.& quando

38 & quomodo banniti nostri temporis æquiparentur deportatis,[b] & an,& quando æquiparentur relegatis,videte plenè Bar.in dispu.sua incip.statuto Lucanæ ciuitatis per Bart.Bald.& alios in l.j.C.de hæredi. insti.per Bar.& Bal.in l.amissione.in §.qui deficiunt.ff.de capi. dimi.per Bar.in extrauagan.qui sunt rebel.in ver.rebel lando.per Bar.& Imol.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.qui Bart.& Bald.in l.si qua.ff.de his,qui sunt sui vel ali.iur.per Bar.in l.certa.vbi bonus textus pro communi.C.de iu.fisc.libro.x.per Bar.Bal.& Imol.in l.eius.§. j.ff.de testa.per Bar.in l.ad cognitionem. ff.ex quibus. cau.in posſ.ea.per Bart.in l.si sine hærede.§.fi.ff.de admi.tut.per Bar.in l.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de offic. præsi.per Bar.in repe.l.si constante.in princ.ff.sol.mat. in v col.per Bal.post glo.in c.j.de mili.vasal.qui contu. est in vsi.feu.per Bald.in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff.de libe.& posthu.per Bal.in l.seruum quoq;.§.publicè.in iiij.col.ff.de procura.per Bal.in repeti.l.j.in xj.& xvj.col.C.de sacrosan.eccle.per Alb.in tract.suo statutorum,in iiij.parte,in q.xiij.quæ incip.item quæro de

39 quæstione antiqua. ¶ In hoc ergo articulo † vtrum actiones sint de iure ciuili,vel iure gentium?Gl.hîc sentit,vt prædixi,quòd sint de iure ciuili. Et hoc expresſè firmat glo.in d.l.ex hoc iure.in glo.pe.in verbo.obligationis.& gi.fi.in l.rerum quidem amotarum iudicium. ff.re.amo.& glo.fi.in l.actionum genera.§.fi.ff.de act. & oblig.& glo.ordinaria in l.placet.C.de episc.& cle.& gl.in l.quoties.C.de preci.Impe.offe.& glo.j.mag.circa medium in l.fin.C.si.contra ius vel vti.publi. Et hanc partem tenet Bald.& communiter Citramonta.in d.l. ex hoc iure.& sequuntur Dyn.& Bal.hîc.Pro hac parte adducitur tex.in §.sed istæ.infrà eo.in ver.ex legitimis,& ciuilibus.& tex.in l.commodato.§.sicut.ff.com

40 mod.in versi. ciuilesq; actiones. & ibi † Iurisconsultus appellat actionem descendentem ex contractu iuris gentium ciuilem. Ad idem l.j.§.j.ff.de superfici.in ver. ciuili actione subnixus est.Ad idem l.iiij.§.ex hoc edicto.ff.nau.cau.stab.in ver.ciuili actione.Ad idem additur tex.in §.non autem omnes.infrà de perpe.& tempo.actio.quem tex.dicit Bald.hîc esse meliorem ad hoc quàm alius,qui sit in Mundo,dum tex.ibi dicit, omnes actiones,quæ ipso iure competunt,aut à prætore dantur.Sed tex.ille mihi nihil facit,cùm secundum Bal.debet subaudiri,ipso iure:scilicet ciuili.Sed si velles tenere contrarium,posses subaudire,ipso iure:scilicet gentiū: & hoc modo probaret contrarium. ¶ Vltimò pro hac parte adducitur iste textus in ver.ius prosequendi in iu

41 dicio.† cùm iudicia omnia sint de iure ciuili:vt est glo. suprà de oblig.in princi.ver.necessitate.Subtiles tamen Vltramonta.in dicta.l.ex hoc iure.& inter eos Iaco. de Rauen.& Pet.de Bella perti.hîc tenent contrarium,scilicet quòd imò actiones sint de iure gentium,non autem de iure ciuili.Primò,per textum fortem in l.rerū quidem amotarum iudicium.ff.re.amo.in versic.iure gentium condici posse.iuncta l.seq.paruula.& §.appel

42 lamus.infrà eo.Secundò,† quia deportatus perdit omnia ea,quæ sunt de iure ciuili,& retinet ea,quæ sunt iuris gentium:vt l.quidam.ff.de pœnis. Sed deportatus retinet actiones.textus est in l.si tibi mandauero.in §. is,cuius.ff.mand.ergo actiones sunt de iure gentium. Tertiò,per textū, qui per glossatores nostros pro alia parte consueuit adduci in l.ij.§.deinde ex his.ff.de ori.

43 iur.in ver.ex his legibus compositæ sunt actiones.† Nā compositum dicitur illud,quod prius erat,sed est in ordinem redactum.d.l.ij.ver.nam quod Papyrius.Melius facit tex.in procemio Digestorum.in ver. compositū. iuncta glo.& textus in.§.omnes. in ver. compositum. iuncta gl.suprà in procemio huius libri.Præterea,si diceremus,actiones non esse de iure gentium,sequeretur maximum absurdum,quòd contractus, & obligationes,quæ sunt de iure gentium,fuissent eo tempore inefficaces,aut inutiles,& quòd nemo potuisset ius suum consequi,cùm nullus posit sine actione experiri.l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest.Et secundum hanc opi. optimum fuisset eo tempore contrahere, & mutuum accipere,quando nullus poterat compelli reddere, & conuentiones seruare.Hinc dicit Iaco.de Rauen.secundum quod refertBar.in d.l.rerum quidem amatorum. quòd si fuisset illo tempore,multas pecunias mutuò accepisset.Ego teneo sententiam glo.nostrarum, quæ est communior: pro qua multùm me mouet talis ratio.

44 Nam clarum est † quòd naturalis obligatio,quæ est de iure gentium,sola non potest producere actionem.l.fideiussor obligari.§.fideiussor.ff.de fideiuss.& l.iuris gentium.§.sed cum nulla.ff.de pact.sed vel ciuilis aliquando sola:iuxta ea,quæ tradit Bar.in l.j.in vij.colum.ff.de conditio.indebi.vel saltem ciuilis iuncta cum naturali: quo casu tunc ciuilis obligatio est tanquam pater naturalis,& tanquam mater:vt declarat Barto. in dicta.l.j. in iiij.& vij.colum.ff.de condic.indebi. Cùm ergo sine ciuili obligatione non posit produci actio, quomodo possibile est dicere,quòd actiones sint de iure gentium quo iure nōdum erat ciuilis obligatio?aliàs sequeretur maximum absurdum, quod causatum fuisset in esse productū ante suam causam,& sic filia ante suam matrem:quod non est dicendum.Et licet hæc ratio adscribatur Sali.in d.l.ex hoc iure tamen hanc rationem ponunt hîc Dyn.Ioan.Fab.& Nico.de Neapo. ¶ Nec obstat d.l.rerum quidem amotarum iudicium,quia Bar. ibi dupliciter respondit.Primò,dum dicit ibi iure gentium condici posse:verum est,eo modo, quo condicebantur de iure gentium:scilicet per manum regiam:vt d.l.ij.in princ.ff.de ori.iur.Arguit enim ibi Iurisconsultus,quòd si de iure gentium,quo non erat actio,fiebat exactio,quantò magis hodie,cùm sit exactio.Vel secūdò,de iure gentiū condici posse,intelligitur,secundum Bar.ibi,addita tamen actione de iure ciuili. Quæ solutiones non procedunt,nisi cum violentia illius textus.

45 Non obstat secundum † de deportato,quòd posit cō trahere:quia respondeo,secundum Bart.in d.l.ex hoc iure.quòd licet actiones sint de iure ciuili,tamē ex quo permittitur deportato quòd posit contrahere, debet intelligi quòd posit efficaciter contrahere: & consequenter quòd posit habere actiones pro consequendo effectu illius contractus. Et sic deportatus non habet actionem,nisi in consequentiam iuris gentium sibi permissi.d.l.si tibi mandauero.§.is,cuius.ff.manda.Et multa conceduntur in consequentiam,quæ principaliter non concederentur.l.j.in prin.in ver.per consentias.ff. de autho.tuto. ¶ Non obstat tertium de dicta.l.ij.§.de

46 inde.in ver.compositæ.quia respondeo † quòd verum est,quòd compositum dicitur illud,quod prius fuit,si

referatur ad personā componentis,& sic ad causam efficientē.& ita loquitur d.l.j.cum simi.Si verò fiat relatio ad materiam,ex qua componitur,& sic ad causam materialem,prout fit in d.§.deinde ex his legibus.dum dicit,ex his legibus.Nam si voluisset referre ad causam efficientem,dixisset,ex his legibus.Vnde non est posibile dicere,quòd compositum prius fuerit sua materia.Non obstat vltimum quòd obligationes,& contractus,qui sunt de iure gentium, fuissent inefficaces, ex quo de iure gentium non erant actiones:quia respondeo,quòd licet de iure gentium non essent actiones,tamen omnia mandabantur executioni per manum regiam.d.l.ij.in princip.per quam manum regiam poterat vnusquisq; ius suum consequi.Stabit ergo ex prædictis firma sententia glo.nostrarū,quòd actiones sint de iure ciuili,non autem de iure gentium.Non omitto tamen quòd Bald.in d.l.ex hoc iure.& ante eum Ray.de Forli.ibi secundum quod dicit hîc Nico.de Neapo.distinxerunt quòd autem loquimur in contractibus iuris gentium,& sic in contractibus inuentis à iure gentium:& tunc actiones ex talibus contractibus descendentes respectu materiæ dicuntur esse de iure gentiū, sed respectu formæ dicuntur esse de iure ciuili, cùm sint postea in formam redactæ per ius ciuile. Et in his terminis est intelligenda opin. Vltramonta.secundum Ioan.Fab.hîc.Aut loquimur in contractibus iuris ciuilis,& sic inuentis à iure ciuili:& actiones descendentes ex talibus contractibus nullo modo possunt dici de iure gentium,cùm sint quo ad materiam,& quo ad formam,de iure ciuili.Nam actiones debent dici de eo iure,à quo sunt productæ vel quo ad materiam,vel quo ad formam.Et ita dicit Ray.vbi suprà esse glo.quæ,secundum eum, non reperitur alibi,in l.creditores. in verb.ciuili.ff.de verbo.signi.Et hæc consideratio,licet adscribatur Ray.de Forli.fuit tamen originaria Rod. de auri.hîc.in ij.quæstione secundum quòd hîc refert Nico.de Neap.Et hanc distinctionem probat,& sequitur,apud me magnæ authoritatis Ioan.Fab.hîc.Et pro hac distinctione videtur optimè facere,quod voluit Bald.in l.eas causas.ff.de cap.dimi.vbi tenet quòd cùm contractus dotis sit de iure gentium.d.l. eas causas.&

47 Bar.in rub.ff.solu.matri.ad fin.† quòd etiam actio de dote sit de iure gentium,licet contrarium tenuit ipsemet Bal.dicens quòd imò actio de dote sit de iure ciuili:in rubri.C.de priuile.dot.in pen.col.in verb.decimò quæro,certum est. Ista tamen distinctio videtur mihi multùm periculosa,per tex.in d.l.in commodato.§.si-

48 cut.ff.commo.† vbi Iurisconsultus appellat actionem descendentem ex contractu iuris gentium,ciuilem. Et contra huiusmodi distinctionem multùm stringit ratio,quam suprà posui ad confirmandum opin.glo.nostrarum.Teneo ergo pro vero,& firmo,quod suprà dixi. ¶ Sum modò in secunda parte principali glo.ibi:sed ad cuius.quam subdiuido in quinq; particulas. In prima quærit,ad cuius differentiam sit posita in diffinitione dictio ius.& respondet vno modo. In secunda respondet alio modo.In tertia,sumpta occasione à secunda responsione, disputat an officium iudicis,& actio sint idem.In quarta ponit formam petitionis in actione iniuriarum.In quinta ponit dictum.Secunda ibi:vel melius.Tertia ibi:licet Marga. diceret. Quarta ibi:sed quid petam.Quinta ibi:est tamen quoddam aliud officium. ¶ In ea.glo.ibi:vt suprà de reg.cor.& incor.§.j. Hæc vera:& hanc approbant doc. ¶ In ea.gl.ibi:sed in

49 facto potius hoc consistit. Glos.visa est sentire † quòd officium iudicis sit facti,non autem sit ius.Et in hoc reprehenditur per Dyn.hîc in ij.col.& etiam per Bald. hîc,quia imò officium iudicis est ius.l.ius dandi.ff.de tutor.& curat.da. ab his.& l.illicitas.§.qui vniuersas.ff. de offic.præsi.Sed aduertite:quia glossa.nostra non vult quòd officium iudicis sit facti:sed bene dicit quòd consistit in facto.quasi velit glo.quòd officium iudicis consistit in facto hoc est in exercitio:quia officium iudicis est ius faciendi.l.j.in prin.ff.de offi.consu. quam sic intelligit Bar.in l.j.ff.de iurisdi.omni.iudi. ¶ In ea.glo.ibi:

50 licet iudex posit refrenare.† Tenetis ex glossa.formam petitionis in actione iniuriarum,& consequenter formam libelli:verùm quia hæc forma non est explicita, nec clara, imò nec perfecta, ideo breuibus subijciam nonnulla per veras conclusiones, super quibus posset probabiliter dubitari:quibus visis,clarè apparebit, qua lis debet esse forma libelli in actione iniuriarum,& consequenter,per quem modum debet talis libellus forma

a ri.Et primò an locus,& tempus commisse iniuriæ[a] de beant poni in libello.Dicite quòd sic.l.iniuriarum.la ij. & ibi Bar.in princi.ff.de iniur.& l.prætor edixit.in principio eo.titu.& ibi no.Bar.facit §.atrox.suprà de iniu. De quo etiam per Bal.in l.edita.C.de eden.in repe.Paduana,in vj.col.in ix.oppo.Item debet inseri qualitas personæ iniuriatæ,& habitus eius.l.atrocem. C.de iniur.& secundum Iac.Butr.ibi,vt ibi refert Salic.si iniuria fuerit corporalis,debet in libello poni in qua parte corporis sit illata:quia acrius punitur illa in facie,quàm in alia parte corporis.d.§.atrox.Et dicit Cy.in l.si non conuicij.de iniu.quòd in libello debet dici,quòd verba iniuriæ fuerunt prolata animo iniuriandi:aliàs libellus non valet.Ang.ibi contra,per l.fin.C.de anna. except. quod puto verius:licet Salic.distinguat.Et pro Ange.facit quod no.voluit Bar.in l.nec exemplum.C.de fal.vbi voluit quòd quando quis accusat aliquem de falso,non est necesse quòd dicat, quòd commisit falsum scienter & dolosè:quia ista tacitè includuntur.Ideo dixit generalius Bal.in authen.habita.in vj.col.C.ne fil.pro pa. & est verbum magistrale,quòd vbi qualitas exprimenda in libello tacita inest ex natura facti,concludit libel-

51 lus absq; qualitate illa. ¶ † An autem certa æstimatio iniuriæ debeat de necessitate poni in libello, an verò sufficiat petere in genere interesse:quia glo.& doc.sunt varij,vt per glo.Bart.in l.iniuriarum.la ij.ff.de iniur.& per gl.in l.prætor edixit.§.j.in ver.farciatur.in eo.tit.& per Cyn.in d.l.si non conuicij.ix.q.& per Bal.in l.ij.in princi.C.de senten.quæ sine cer.quan.& ibi per Sali.& per eundem Sali.referentem multas contrarietates docto.& gl.in dicta.l.atrocem.Ideo ad tollendas has dubitationes,placet mihi practica Ange.de Are.hîc,vt in libello petatur certa æstimatio,& postea adijciantur ista verba,& plus,& minus,prout taxationi iudicis videbitur.Et aduerte quòd in petitione æstimationis potest haberi relatio vel ad lucrum,vel ad damnum,vnde vel possumus dicere,Nollem esse lucratus tantum, ad talem iniuriam patiendum.vel possumus dicere,Vellem

b potius tantum perdidisse,[b] & non fuisse passus talem iniuriam.secundum glo.not.& Bart.in d.l.iniuriarum. la ij.& Sali.in dicta.l.atrocem.& per Ange.de Are.hîc.

52 Vltra prædicta de † forma libelli in actione iniuriarum videte Spec.in titu.de iniur.circa princi.& in §.iniuria. & Ange.de Aret.in tract.suo maleficiorum.in ver.nec non ad querelam. & in §.pœna autem.suprà de iniur. & Bar.in l.prætor.§.si milii plures.ff.de iniu.vbi ponit

53 de eo,cui plures † iniuriæ sunt simul factæ, an cogamur omnes simul proponere in vno libello,& an debeat fieri distincta æstimatio pro vnaquaq; iniuria,an

a ¶ Iniuriæ. Adde d.Ale. de Imol.in l. j.ff. de eden. in vj.col.ver. & subdistictiā & Rotam in dec. xxxix. in nouis fuit dubitatū. & do. Alex. de Imo.in cons. ccix. per totum in ij.parte. vbi ponit aunquid in libellis iniuriarū requiratur locus & tempus,& alia,quæ requiruntur alias in causis criminalib⁹. & Fran.Are. in l.edita.C. de edē. & do. Bart. Soci.in consil. clxvj. incip. viso. circa mediū v. col.in j. parte.

b ¶ Perdidisse. Vide Angel. sin. in d. l. prætor. §. si dicatur. & Ale.de Imo. in cōsi. ccxij. parte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò ſufficiat vna generalis æſtimatio pro omnibus de quo etiam per Cyn. in dicta.l.ſi non conuicij. in xij.q. & per Sali. in dicta.l.atrocem. in pen. quæſtione in eod.
54 titu. ¶ In fi. glo. diſputat ergo glo. vtrum † officium iu-
a dicis, & actio ſint idem. [a] In qua quæſtio. aduertendum eſt ſecundum Bart. in l.j. in v. col. ff. de iur. omni. iudic, quòd officium iudicis poteſt conſiderari dupliciter. Primò prout cohæret perſonæ iudicis: & tunc fatuum eſt dubitare, vtrũ officium iudicis, & actio ſint idem, quia actio competit parti, & eſt ius petendi id, quod debetur parti: ſed officium iudicis eſt ius competens ipſi iudici, & eſt ius faciendi ea, quæ ſibi incumbunt. Secundò poteſt conſiderari officium iudicis prout reſidet in parte, hoc eſt, prout à parte petitur, & imploratur in locum
60 deficientis actionis: vt eſt petitio in integrum reſtitutionis. & petitio excuſationis à tutela. Et illud officium iudicis, ſi non habeat aliud ſpecificum nomen, appellatur perſecutio. l. pecuniæ. §. j. ff. de verbo. ſig. Et de iſto officio iudicis, ſiue de hac perſecutione, diſputat gl. noſtra hîc, ſcilicet vtrum tale officium iudicis, ſeu talis perſecutio ſit idem quod actio. Et pro opin. Mar. optimè facere videtur l. actionis verbo. ff. de verb. ſigni. vbi tex.
61 dicit, actionis verbo perſecutionem contineri. Et pro-
55 bat ille text. in verbo contineri, † quòd appellatione actionis venit officium iudicis ex propria ſignificatione, nedum ex lata per illud notabile verbum Bar. quod
b eſt perpetuò notandum in l. cui eorum. §. affinitates. b ✻ ff. de poſtu. & eundem Bar. in l. hæc verba. ff. ad leg.
56 Iul. de adulte. vbi dicit † quòd verbum contineri, deno tat quòd illud ſit ex propria ſignificatione vocabuli, nõ autem ex extenſione, quod faceret contra glo. j. in l. j. in principi. ff. de eden. & contra doct. communiter in d. l. j. ff. de iud. omni. iudi. & contra Ioan. Fab. hîc, in viij. col. vbi volunt quòd largè ſumpto vocabulo, appellatione
62 actionis poſsit comprehendi tale officium iudicis: quia imò per dictã Lactionis. iuncto eo, quod ait Bar. proba tur quòd imò comprehendatur ex propria ſignificatione vocabuli, nedum ex lata. Ex quo videtur notan-
57 dum poſſe corrollariè hîc inferri, † quòd ſtatutum faciens mentionem de actione, comprehendat etiam of
c ficium iudicis. [c] Et iſta dicerem eſſe vera, niſi alibi diceret text. tale officium iudicis inſtar habet actionum in l. actionis verbo. in principio. ff. de act. & oblig. Et ſic ſentit tex. ille quòd appellatione actionis contineatur officium iudicis ſimilitudinariè, non autem ſubſtantialiter. Quod expreſsè firmat Ioan. Fab. in gl. fin. in prin. Reperio tamen in terminis ſtatuti, quod felicis, & obſeruandæ recordationis pater & præceptor meus do. Alex. Imol. in d. l. j. in ſpecie. tenet, retento etiam quòd appellatione actionis non veniat officium iudicis, niſi lato ſumpto vocabulo, quòd nihilominus ſtatutum, etiam exorbitans à iure communi, loquens in actione
58 comprehenderet officium iudicis: quia etiam † in exor bitãtibus fit extenſio ad caſum, qui etiam ex lata ſignificatione vocabuli poterat in ſtatuto comprehendi: vt probatur in l. filium habeo. in princi. ff. ad Mace. iuncta l. iuxta. ff. de verb. ſig. & iunctis no. per Bart. in l. liberorum. in ij. q. prin. ff. de ver. ſig. & bene facit l. libertum. la ij. §. j. de ritu nup. Et hoc expreſsè no. Cyn. in l. j. C. quę ſit lon. conſue. & expreſsius Ioan. de Imo. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matri. in j. fal. quam ponit in exorbitanti-
59 bus. Item pro Mar. facit: nam † cautio damni infecti petitur per officium iudicis l. prætoris. in prin. & l. cùm poſtulaſſem. in princi. ff. de dam. infec. & tamen cautio damni infecti dicitur actio. l. inquilino. ff. de dam. infec. ergo officiũ iudicis & actio ſunt idem. His tamen non obſtantibus, paucis concludendo teneo opi. glo. noſtræ hîc, quam tenent communiter doct. hîc, & Bart. & alij in d. l. j. ff. de iur. omni. iud. ſcilicet quòd officium iudicis & actio nõ ſit idem. Bene verum eſt, vt ſtatim dixi, quòd appellatione actionis, largo ſumpto vocabulo venit officium iudicis. d. l. actionis verbo. de ver. ſig. allegata pro Mar. Et hac ratione aliquãdo actio ponitur pro officio iudicis. d. l. inquilino. Et quòd ſit differentia inter actionem & officium iudicis, patet ex dictis per Bar. in dicta. l. j. ff. de iur. omni. iudi. quem refert Ange. de Areti. hîc. Ex cuius dictis habetis in effectu paucis re portare tres differentias. Prima eſt quòd actio regulari ter oritur ex obligatione vulgata l. licet. §. obligatio. ff.
60 de procur. † Officium autem iudicis nullam præſuppo nit obligationem. l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de act. emp. & l. quintus. ff. de ann. lega. Optimè facit tex. in l. deducta. in princi. ff. ad Treb. Et ex hoc ſequitur, ſecun dum Bar. vbi ſuprà quòd quando libellus formatur ſu per actione, debeant ea narrari, per quæ concludatur, quòd pars teneatur ad aliquid dandum, vel faciendum.
61 Sed quando formatur † libellus ſuper officio iudi cis, debeant ea narrari, per quæ concludatur quòd iu dex poſsit vel debeat facere, non autem quòd pars te neatur. Et idem dicit Bar. in l. iiij. C. depoſi. & ſequun tur do. Anto. de But. Imo. & Pan. in c. fi. extra de offic. iudi. & vide per Spec. in tit. de libel. concep. §. fi. ver. ſis etiam cautus. & adde Ioã. an. in addi. Spe. in titu. de offi. omni. iud. in rub. vbi notabiliter vult quòd ſi in implo ratione officij iudicis in libello quis ageret contra par tem, quòd tamen ſuſtineretur libellus. Pro quo facit,
62 quia licet † officium iudicis non præſupponat obliga tionem propriè præſupponit tamen obligationem lar go modo, ſecundum Bar. in l. fin. ff. de iniur. Item illud,
63 quod poteſt peti ſolum officio iudicis, licet non ſit † de bitum, dicitur quaſi debitum. Ita eſt gl. no. in l. ſi ſeruũ. §. fin. in ver. peti poſsit. ff. de verb. obli. quàm ponderat pro nõ. ad hoc Ange. ibi. Eodem modo econtra proce deret libellus, ſi quis debebeat actionem in libello pro ponere, & officium iudicis imploret. Dictum fuit originarium Iacob. Butr. in l. harum. ff. ſi ſer. ven. Bald. in l. & ſi ſine ſcriptura. C. ad Trebel. & do. Anto. in cap. exa minata. in viij. colum. extra de iud. & eſt text. de hoc in c. ex literis. in ver. officio. extra de pig. quem ad hoc pon derat ibi Anto. de Bu. & Imo. poſt Inn. Et ex prædictis apparet alia differentia inter actionem & officium iu-
64 dicis: † quia licet per interpellationem extraiudicia lem in his, quæ veniunt iure actionis, conſtituatur pars in mora, vt eſt glo. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in gloſ. paruula, in ver. teſtato. ff. de ver. obli. & glo. mag. in prin. in l. vinum. in primis verbis. ff. ſi cer. pe. tamen per inter pellationem extraiudicialem factam parti, quando ſo lum competit officium iudicis non conſtituitur pars in mora: vt eſt tex. ſecundum Bart. ibi ſingu. in l. cum po ſtulaſſem. in princ. ff. de damno infecto. Et ratio colligi tur ſ. q officium iudicis nullam præſupponit obligatio nem, & vbi nulla eſt obligatio, nulla eſt petitio, & vbi non eſt petitio non eſt mora lege ſi pupillus. ff. de verborum obligationi. l. lecta. ante fin. ſi certum petatur.
¶ Item ex præmiſsis infertur, ſecundum Bart. in dicta,
65 l. j. † quòd officium iudicis debet miſericorditer im plorari: vt dixit glo. no. in rub. ff. de interrog. act. quia il lud, quod pars petit, ſibi non debetur, ſed iudex officio ſuo poteſt ſua gratia, & miſericordia facere quòd illud
66 ſibi detur. ¶ Subdit tamen Bar. no. vbi ſ. † q ſi iudex denegaret tale officium, aliquãdo diceretur inferre in iuriam parti l. j. §. permittitur. & ibi Bartol. ff. de aqua quotid.

quoti. & æſtiua. in tantum quòd poſsit appellari. l. j. C. ſi ſæpius in integ. reſti. fuerit poſtula. licet Nico. de Ne ap. hîc poſt nonnullos antiquos, quos ipſe refert, teneat contrarium, ſcilicet quod non poſsit appellari: & male. Quod vltimum limitate ſingulariter ſecundum Inno. in c. fi. extra de ferijs. quæ Ang. refert hîc: niſi illud relin quatur in mero arbitrio iudicis: quia tunc denegando non diceretur grauare partem, ita quòd poſſet appella re: imò nec iudex teneretur in ſyndicatu, quod dictum eſt ſingulariter notandum, ſecundum Angel. de Aret. hîc ad ſtatuta aliquid remittentia in mero arbitrio iu dicis. Ad quod dictum Inn. videte Bal. in l. nec quicquã. §. vbi decretum. col. iiij. ver. quo ad primum. ff. de offi. procon. & leg. & per Bal. in c. j. in vij. col. de mili. vaſal. qui contu. eſt. in vſi. feu. vbi declarat valde no. illud dictum Innoc. procedere, quando iudex parum læderet
a ✻ Vide aliqua ad hoc per Iaſ. in §. præterea. co. iiij. in eo. tit. Sardus. partem: ſecus ſi nimis. Videte etiam [a] ✻ Paul. de Caſt. in l. videamus. §. pen. per illum textum. ff. de in lit. iurand.
67 ¶ † An autem in officio iudicis implorando ſit neceſ ſarius libellus: glo. ſunt variæ. Videte Bar. qui eas refert & notabiliter diſtinguit in d. §. vbi decretum. in ij. col. per Bar. aliquid in l. iiij. §. hoc autem iudicium. in vj. & vij. q. ff. de dam. infec. per Bar. in repe. l. creditores. in vl ti. quæſtione. C. de pig. per Bar. in l. j. §. fi. ff. de var. & ex traor. cog. & Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. in viij. col. ff. ex quibus cauſ. ma. per Bal. plenè in re pe. l. incerti. in pen. col. C. de interdi. & Bal. in authen. of feratur. C. de lit. conte. & Bal. in d. l. j. ff. de iuriſdi. omni. iudi. & ibi plenè per Cyn. in pen. q. & Bal. in l. j. ad fi. C. de eden. per do. Anto. de Butr. & alios in d. c. fi. extra de
68 offici. iudi. ¶ † An autem ſit neceſſaria lit. conteſtatio, ponit Bar. in d. §. ſed quod ſimpliciter. in viij. col. & do. Anto. de Butr. poſt Inno. in c. quoniam frequenter. §. ſunt & alij. extra vt lit. non conte. ¶ Glo. in ver. in iudi cio. enumerat tria genera perſonarum, quæ poſſunt à priuato propria authoritate capi. Addite text. ponen tem alias perſonas in l. j. C. vbi quis de curia. vel cohor.
b ✻ Vide omnino Bald. quia clarius loquitur, quã faciat Iaſo. Sardus. b & ibi dicit generaliter [b] ✻ Bal. per illũ tex. quòd omnes homines, qui pertinent ad obedietiam perpetuam, poſ ſunt authoritate propria capi, & debent ad obedientiã reduci. Vnde, ſecundum eum, ſi monachus aufugit à monaſterio, & frater à religione, vel vxor à viro, po teſt authoritate propria capi. Et ſi non eſt de monaſte rio, quomodo poteſt authoritate propria reduci? Sed ſi eſt, quomodo, quia negat ſe teneri ad obedientiam, vel negat ſe vxorem: tunc debet præſentari iudici, qui pro cedet ſecundum tenorem illius l. j. C. vbi quis de cur. & l. j. C. vbi cauſa ſtatus. Et ita dicit de facto ſeruari per re ligioſos cõtra eorum apoſtatas. Et multos, qui poſſunt propria authoritate capi, ponunt Spec. & Ioan. And. in addi. in titu. de accu. in iij. parte. §. j. ver. hoc tamen fal lit in quibuſdam. Et videte Barto. in l. ſacrilegij. §. cum
c ✻ Aliâs incipit l. cum eo. & non eſt. §. Sardus. c eo. [c] ✻ aliâs incipit ille §. idem Labeo. ff. ad legẽ Iul. pe cul. & latè Imo. poſt domi. Anto. de But. in c. lator. ex tra de pigno. & Bart. no. in l. generali. C. de decur. lib. x. vbi no. vult per illum tex. quòd quilibet poſsit propria authoritate capere homicidas, & alios malefactores. Et generaliter, ſecundum eum, quando cauſa eſt publica, ſicut quilibet admittitur ad agendum, ita ad capiendũ propria authoritate. In eadem gl. ibi. C. quando lic. ſe ſi
69 ne iudic. vindi. vult gl. † quòd licitum ſit capere furem
d d diurnum, & nocturnum. [d] Vos dicite quòd etiam li citum eſt occidere. Ita dicit tex. in d. l. iiij. §. j. & text. in l. furem. ff. ad legem. Cor. de ſica. ¶ Limitabis tamen hoc eſſe verum, quando imminet periculum perditio nis magnę rei, ſecus ſi rei vilis. Ita eſt tex. no. in l. ſi ex pla gis. §. tabernarius. ff. ad leg. aquil. vbi habetis quòd non eſt licitum verberare. Et dicitur res vilis, quando eſt in
e fra duos aureos: [e] quia ſi pro re vili parcitur famæ ho minis. l. ſi oleum. §. fi. & l. ſeq. ff. de dolo. quantò magis pro re vili parcendum eſt vitæ hominis: vt eſt tex. no. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. ad legem Iu li. de adul. ſecundum egregium. & ſummæ ſubtilitatis doc. Bononien do. Matthe. de Matheſ. in ſuis not. dictis in no. cxlij. Et licet glo. hîc non diſtinguat inter furem nocturnum & diurnum, vos tamen dicite, quòd inter eos magna eſt differentia: vt not. diſtinguit text. in c. ſi perſodiens. extra de homi. & glo. & ibi no. Bar. in d. l. fu rem. & gl. & Bal. in l. ſi vt allegas. C. de fica. & ibi videte vtrunq; Sali. Richar. & Bart. eius nepotem patruelem.
70 ¶ Item aduerte † quòd quanuis ſit licitum capere de bitorem propria authoritate, tamen non eſt licitum il lum retinere, niſi per viginti horas: aliâs ſi vltra retinea tur, dicitur retinens committere priuatum carcerem. Ita Bar. per illum tex. in l. capite quinto. ff. ad legem Iul.
71 de adulte. Bal. in auth. imò. C. de actio. & obli. ¶ † Item aduerte quòd capiens furem propria authoritate, & il lum ducens ad iudicem perdit commodum pœnæ le galis, ſcilicet dupli, vel quadrupli. Textus eſt not. qui, ſe cundum Bar. ibi eſt ſing. & non habetur alibi in l. inter dum. la ij. §. qui furem. ff. de fur. Secus enim eſſet, ſi quis caperet rem à fure propria authoritate: quia tunc non perderet commodum pœnæ legalis, ſcilicet dupli, vel
72 quadrupli. tex. eſt no. l. qui vas. in princi. ff. de fur. ¶ † In ea. gl. ad fi. vult gl. licitum eſſe creditori propria autho-
f ritate capere debitorem ſuum fugientem. [f] Et quia hæc materia eſt multùm vtilis, frequens, & quotidiana ideo illam opportunè, & plenius, quàm cæteri, attingã iuxta morem Iuriſconſulti in l. legaui. in prin. ff. de libe. leg. Hanc ergo gl. in vlti. parte reputat Bal. hîc eſſe ſin gularem, ſed habet conſociam in c. j. §. j. in verbo Pote ſtatem. de pace iura. fir. in vſi. feud. quam allegat Bar. in d. l. ait prætor. §. ſi debitorem. Ego addo aliam, quæ nõ allegatur in communi in §. neceſsitatem. in ver. detine re. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffira. col. j. Dicit ta men Dyn. hîc, quòd §. ſi debitorem. allegatus per glo. non probat id, ad quod eum allegat glo. quia ibi dicitur
73 † quòd licitum eſt creditori capere rem ſuam à debi tore fugiente: non autem dicit quòd ſit licitum capere perſonam ipſius debitoris. Quicquid ſit, tenete gl. hîc, quam tenet Bar. in dicto §. ſi debitorem. & Bal. & An gel. de Aretio hîc: licet Bal. in d. c. j. §. j. diſtinguat, vt ibi per eum. Et pro hac gl. bene facit tex. in l. generali. & ibi Bar. C. de decu. lib. x. & tex. in l. j. & ibi Bart. C. vbi quis de curia. vel cohor. & tex. in d. c. j. §. j. & in d. §. neceſsi-
74 tatem. Intelligite tamen hanc glo. vt procedat, † quan do non poteſt haberi copia iudicis: quia tunc propter imminens periculum fugæ poteſt quis ſibi ius dicere propria authoritate. Et ita eſt tex. in d. l. generali. & ibi Bar. ita declarat, & Bal. poſt Azo. in d. l. j. C. vbi quis de cur. & gl. in ij. ſol. in d. §. ſi debitorem. ¶ Et circa hanc materiam dixit valde no. Bal. in authenti. ſed omnino.
75 C. ne vxor pro mari. ix. col. ver. venio ad miniſtros. † q ſi creditor fugientem vulnerauit, & ſic cepit, & præſen tauit iudici, quòd debet relaxari. Et ſentit Bald. ibi alle gando l. extat. ff. quod me. cau. quòd creditor perdat ius ſuum. Quod tamen vltimum limitat pulchrè ipſemet
76 Bal. in l. ſi vt allegas. C. ad leg. Cor. de ſica. niſi † debitor fugiens defendat ſe telo: quia tunc, ſecundum eũ, etiam ſi occidatur, hoc fit impunè: quia fit ratione rerũ, quæ aliâs non eſſent ſaluæ creditori. Facit quod in ſimili no. Bar. in l. ſi ſeruus. per illum text. C. de his, qui ad eccle.

---

§ Sint idem. An officium iudicis ſit actio, vide Feli. in c. ij. in prin. de offi. iudi.

b ✻ Adde q idem Iaſo. in l. emancipata. C. qui admit. ad bon. poſ. latè ex multis repre hẽdit Bar. in d. l. cui corũ. §. affinitates. ff. de poſtul. Sardus.

§ Officium iudicis. Sed quid ſi per ſtatutum tol latur omnis defenſio, an comprehen dat officium iudicis ita q imp lorari nõ poſsit, vide Feli. in c. ij. de offi. iud. & Pau. de Caſt. in cõſil. lxxj. q ſic quod li mita vt per d. Alexã. de Imo. in l. pla pè. ff. de peti. hære. niſi fa ctũ eſſet ita notorium, q iudex ſuppleret ex ſe ipſo non ad peti- c tionem partis: vt ſi eſt euidens calũ nia, vel prę titas facti. quod not.

Duos aureos. Et hoc idẽ tenet Feli. in d. c. ij. de homici. in medio. j. col.

§ Fugiente. Vide Fran. Areti. in l. ij. C. de ſer. fug. & Fel. in c. ij. de homici. in prin. j. col. & in c. j. vj. col. verſi. quinta cõclufio. circa prin. ver. de iudi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confu. Dixit etiam iuxta prædicta no. Bal. in l. j. in vltimis verbis. de actio. & obli. † quòd omnis debitor fugitiuus potest capi etiam ante diem. allega. l. quæsitum. ff. de pig. ¶ Item aduerte quòd debitor fugiens potest capi nedum die feriata ob necessitatem hominum, quia hoc est expeditum per c. fi. extra de iudi. imò etiam die feriata in honorem Dei, secundum Bar. in d. §. si debitorem. Nam tũc poterit capi per creditorem ad hunc finem, vt ducatur ad iudicem, non vt iudex cognoscat sed vt debitor caueat de standō in iudicio. Alleg. Bart. gl. in l. dies festos. quæ est si. C. de fer. in ver. fideiusionis. & ibi hoc idem dicit Bar. & hoc tenent Bal. & Ang. de Are. hîc faciunt quę no. Bar. in l. diuus. ff. de fer. & quod
78 no. Bal. in l. iij. C. de episco. audien. ¶ † Aduerte etiam quòd nedum creditor potest capere debitorem fugientem propria authoritate, vt dictum est, imò etiam procurator eius. Ita pondero esse glo. iuncto tex. quem ad hoc puto singu. in d. l. j. C. vbi quis de cur. vel cohor. in gl. paruula. in verbo, ab his. vt ibi vide per Ang. Et dum suprà dixi secundum Dyn. hîc ita intelligentem d. §. si
79 debitorem. † quòd licitũ est creditori capere rem propria authoritate à debitore fugiente. Addite quòd imò etiam liceret, etiam si debitor non fugeret, sed esset suspectus de fuga. Ita est gl. no. & ibi doc. in l. quæsitum. in verbo, interest. ff. de pigno. & gl. in l. pe. in ver. præsidalem. C. de pig. act. Et dicit Bald. in l. si quis in tantam. in vij. q. C. vnde vi, sufficere, si debitor erat in præparatio-
80 ne fugæ, licet non esset in actu fugiendi. † Et facit, quia propter suspicionem fugæ potest interdici bonis debitoris, & alienationi rerum immobilium, & fieri sequestratio rerum mobilium. Ita est tex. no. in l. de pollicitationibus. & ibi Bar. pulchrè per illum tex. ff. de polli. & illum tex. reputat sin. Bal. in l. per diuersas. in ix. q. C. mãda. & addite Bal. in l. si fideiussor. §. fi. ad fi. ff. qui satisd.
81 cog. ¶ † Et an si creditor propria authoritate accipiat pecuniam à debitore fugiente, an incontinenti dominium illius pecuniæ sibi acquiratur, an verò necesse habeat illam consignare iudici, vel saltem sibi notificare: ponit Bald. in rubri. de reuo. his, quæ in frau. cred. in ij. col. & ibi tenet quòd sic. De quo etiam per Sali. in l. pe. eiusdem tit. ¶ Vltimò circa prædicta succedit no. quæ-
82 stio, & quotidiana. † Creditor vadit ad iudicem, & dicit se habere debitorem suspectum de fuga, vel fugitiuum, vel qui statim vult fugere: an iudex debeat sibi cõcedere familiam pro illo debitore capiendo? Dyn. Bal. & Ange. de Are. hîc, & Bar. in d. §. fi debitorem. conclu dunt distinguendo, quòd aut actor iustè timet: quia vi det indicia, seu præparamenta fugæ: & tunc concedenda sit licentia capiendi, etiã per familiam: aliâs secus. Et allegat per Bar. ad hoc l. hoc autem. in prin. ff. si cui plus quam per leg. Fal. & l. ij. in prin. ff. sol. mat. & d. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. Sed Bal. in d. rub. C. de reuo. his, quę in frau. cre. in iij. col. dicit quòd Bar. non allegat ad hoc aliquam bonam legem, sed secundum eum, potest allegari l. quæsitum. ff. de pigno. ¶ Prædictam conclusionem limitat ipse Bar. in d. §. si debitorem. esse verã, si noua causa iusti timoris superueniat post debitum contractum: [a] alioqui est secus, si illa causa suberat tempore contracti debiti. Allegat l. si creditores. ff. de priui. cre. & ibi hoc idem dicit Bar. alleg. etiam l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. & ibi etiam hoc idem dicit Bar. alleg. etiam l. si is à quo. §. fi. cum l. seq. ff. vt in pos. leg. ibi etiam hoc idem dicit Bart. & idem dicit Bart. in l. fi. per illum tex. C. de spon. & idem Bar. in l. quęsitum suprà de pigno. & Bar. & Bal. in l. fi. C. de fer. & Angel. latè in repe. l. nemo carcerem. C. de exac. tri. lib. x. etiam

a ¶ Contractum. Vide omnino Paulus de Castin consi. xxxviij.

Ange. latè in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog. Dixit tamen no. Bal. in d. rubri. C. de reuo. his, quæ in frau. cre. in iij.
83 col. in versi. sed vlterius quæro incidenter, † quòd si aliquis contrahat cum aduena, & sic cum eo, quem scire debet recessurum, quòd licet nulla causa superueniat post debitum contractum, quòd tamen eum recedentem non facta satisfactione poterit propria authoritate capere. quod bene nota ad limitationem prędictorum. Et per dictam limitationem Bar. de qua dicebat multũ no. Bal. in d. l. si ab arbitro. reprobari practicam aduo-
84 catorum, † qui faciunt debitorem capi pro suspecto, & non faciunt fidem iudici, saltem per duos testes, quòd tempore contractæ obligationis iste debitor fuerat locuples & idoneus, & quòd postea mutauerit conditionem in peius: quia talis captura nihil penitus valet, & propterea dicit referens eum. Ange. de Aret. hîc, quòd fecit destrui mille capturas debitorum. De quo dicite vt ibi per eum: de quo etiam per eundem Ang. in d. repe. l. nemo carcerem. & per Bald. in l. quod euitandi. ad
85 fin. C. de condi. ob turp. cau. & per Bal. in l. apertissimi. ad fi. C. de iud, vbi dixit no. Bal. † quòd iudices non debent concedere licentiam capiendi debitores, etiam si appareat eos esse suspectos de fuga, nisi debitum sit liquidum. & certum. Et hanc practicam multùm commendat Ange. de Are. hîc. Imò fortiùs visus est dicere, & fortè non male, egregius, & summè subtilis doctor Bono. domi. Matth. de Matthe. in trac. suo de carcere. quòd creditor allegans debitorem suum suspectum de fuga, & ideo peti familiam à iudice pro eo capiendo, q̃ debet summariè ostendere iudici instrumentum publi cum debiti: aliâs nisi per publicum instrumẽtum ostendat de debito, non debet sibi concedi familia. Motus,
86 quia si † sequestrum, quod petitur fieri propter timorem fugæ, non potest fieri, nisi ostendatur instrumentum publicum debiti, vt est tex. valde no. in l. iubemus. §. fi qua. & ibi Bart. C. de erog. mil. anno. lib. xij. & text.
b in l. litibus. & ibi Bar. ad fin. C. de agri. & cen. lib. xj. [b] ✻ certè quantò minùs poterit fieri captura personæ, quę est grauior, nisi debitum appareat per publicum instrumentum. quod dictum perpetuò nota, quia nouum & singulare. ¶ Ad ista etiam ibi videte Bal. no. in l. si pro
87 ea. in princ. C. man. vbi quærit, † quid si tempore contractus debitor cœperat dilapidare, nõ tamen tantum dilapidauerit, quin adhuc esset idoneus, postea cœpit adhuc fortius dilapidare, & conditionem suam deteriorare: an poterit capi vt suspectus. Et concludit quòd sic,
c per illum tex. & ibi videte per eum: vbi etiam dicit q̃ non omnis dilapidatio facit debitorem esse suspectum. Et alibi dicit no. idem Bal. in authẽ. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. quòd prædicta non procedunt in debito modico, adeò quòd postea propter suspicionem fugæ superuenientem possit suspectus capi, & incarcerari, per id, quod no. gl. inspecta tamen qualitate personę: vt ibi per eum. ¶ Limitat etiam prædicta multùm singu. excellentissimus inter Moder. Paul. de Cast. in l. etiã
88 §. j. ff. sol. mat. vt non procedant, † quãdo debitor tempore debiti contracti non esset soluendo, & tamen dolo asserens se esse idoneum, induxit creditorem suum ad contrahendum secum: quia isto casu poterit capi, etiam dato quòd conditionem suam postea non deteriorauerit. Alleg. in simili bonum tex. quem reputat singu. in l. pe. §. fi. ff. de iur. dot. [c] ✻ ¶ Subdit etiam Bar. in
c d. §. fi debitorem. quòd de illa noua causa suspicionis
89 poterit iudex cognoscere, etiam parte absente: † quia capere personam est realis citatio: & cognitio realis citationis, & etiam eius commissio possunt fieri, etiam parte

b ✻ Adde q̃ doctrinã Barto. in d. l. iubemus. & in d. l. litibus. cõmuniter reprobant docto. Io. an. de pla. in d. l. iubemus. Abb. in c. ij. ad fin. extrà de seq. posse. & fruct. do. Alex. & idẽ Iaſ. sibi contrarius in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cogan. Franc. curti. intractatu sequestrorum. col. vj. quanuis Bal. in c. olim ex literis extrà de rescrip. teneat cum Bar. sed verior videtur opinio cõmunis: vt in locis. §. alleg. Carcassona Cardus.

c ✻ Adde prohac decisione Paul. Castren. illud facere, q̃ iste exmendacio suo venit puniendus, ar. authen. item possessor & quod ibi Bartol. C. qui potio. in pig. haben. & l. rem alienã. ff. de pigno. actio. facit text. in l. qui cum se. ff. de re iudi. casus videtur literalis in l. sed & si §. interdum. vbi bon̄ tex. ff. quod cum eo. Carcassona Sardus.

parte absente. l. sed & interpellatur. §. j. ff. de arbit. & l. diem proferre in princi. in eo. titu. & cum Bart. transit simpliciter Bal. hîc. Addite Bal. etiam idem tenentem in l. ij. circa prin. C. de ser. fug. & Bal. in l. si quis curialis. C. de epis. & cle. Et quòd in hac fide, quæ fit iudici, non
95 requiratur citatio partis, tenet Bal. in l. consentaneum. iiij. vel v. col. C. quomodo, & quando iud. & Bal. in l. creditor, qui non idoneum pignus. ff. si cert. pet. & tenet Bal. in d. l. fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. ea ratione, ne fuga instruatur: & quia contra fugaces proceditur ordine iuris non seruato, per d. §. si debitorem. Idem tenet Bal. in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius vo. vbi vult quòd in hac causæ cognitione, quæ fit pro concedenda licentia capiendi debitorem, non requiratur citatio ipsius debitoris. Et quòd non requiratur citatio, facit notabile, & magistrale verbum Inno. in c. significauit. extra de testi. & in c. olim causam. extra de testi. spo. vbi no. inquit quòd licet aliâs requireretur partis presentia tamen vbi periculum est in mora, vt in terminis nostris, semper potest procedi parte absente. ¶ Accedat quod multum no. voluit Fran. Zaba. Car. Flo. in c. cùm non ab homine. extra de iud. Nam clarum est quòd ad
90 hoc † vt iudex possit aliquem facere detinere persona liter, deberet priùs discutere, & cognoscere an iste debitor sit idoneus, & soluendo, iuxta glo. no. in l. iij. §. tutores. in ver. vinculis. & ibi Bar. ff. de suspe. tuto. & Bal. in l. j. C. qui bo. ce. pos. Voluit certè ipse dominus Card. q̃ iudex poterit cognoscere non esse idoneum, vel non
97 soluendo, etiam eo non citato. Quod est not. verbum. Et idem tenet do. Abb. Panor. in d. c. cùm non ab homine. in x. col. in fi. ¶ † An autem creditor possit pro-
a ¶ Sacramentũ. Vide Lanfran. in repe. sua c. quoniã cõtra. in ver. recusationes de. pba. vbi no. per eum habes materiam.
91 bare suspicionem fugæ per solũ suum sacramentum. [a] Ioan. de Imo. in l. ij. in fi. prin. ff. sol. mat. tenet quòd sic. Nam ibi dicit quòd ad probandum debitorem suspectum de fuga, adeò vt possit capi, quòd sufficit iuramẽtum creditoris. Et idem tenet Angel. in d. repe. l. nemo carcerem. & Lud. Rom. in d. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. facit quod voluit Sal. in l. vnica. C. de prohi. seque. pecu. vbi voluit quòd reum esse suspectum, vel nõ possidere immobilia, stetur iuramento actoris: quia tractatur de modico præiudicio. arg. l. thesaurus. ff. ad exhi. Vos breuius tenete contrarium: & contrarium tenet Bal. in l. apertissimi. in vlti. quæstio. C. de iudi. & ibi etiam Angel. vbi dicunt quòd si volo facere capi aliquem tanquàm suspectum, non sufficit iuramentum:
92 † sed debet allegari causa, puta, quòd sit vagabundus, forensis, vel non possidens immobilia. Et ibi subdit Bald. quòd illis cautis summatim probatis, tunc sufficeret iuramentum: aliâs non. Et ideo, secundum eundem Bal. ibi, iudex debet esse cautus ad interrogandum de causę qualitate, & de causa suspitionis: & si sint verisimiles causæ, debet procedere ad capturam. Pro hac parte bene facit tex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. per quem tex. dixerunt ibi ipsimet Ange. & Imo. pone quòd iuraui aliquem esse suspectum, & fugitiuum, vt consequar familiam pro capiendo illum, non debet iudex indistinctè credere: imò debet inuestigare coniecturas & verisimilia. Et idem etiam tenet Bal. in d. l. creditor. ff. si certum petatur. & sentit Angel. in dicta. l. si ab arbitro. Et firmat expresse Ange. de Are. hîc, qui di
93 cit † quòd suspicio fugæ debebit probari per duos testes idoneos, cùm tractetur de magno præiudicio, scilicet de verecundia personæ in capiendo dicta. l. iij. §. tutores. ff. de suspe. tuto. Et pro hac parte bene facit quod notat Bal. in l. consentaneum. in vj. notab. C. quomodo
94 & quand. iud. Item adde prædictis, † quòd creditor habens pignus, non potest iurare debitorem suspectum de fuga, & capi facere: cùm pignus in dubio præsumatur idoneum: vt est glo. no. in l. ij. in verbo, redigere. C. de pigno. Ita dicit no. Bald. in l. creditor, qui non idoneum. ff. si cert. peta. ¶ † An autem debitor captus ratio-
95 ne suspicionis fugæ possit opponere de incompetentia iudicis, & sic dicere capturam nullam, tanquàm factam per iudicem incompetentem. Ludo. ro. tenet quòd nõ in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. noui nun. per ali qua fundamenta, de quibus ibi per eum. Et idem tenet Ludo. in l. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. & in consil. ccxlij. incip. vnum est, quòd substantialiter objcitur, &c. & ibi dicit quòd ista fuit mirabilis, & singularis decisio Petr. de Ancha. in consi. clxxxiiij. per pulchras rationes, quas sibi adscribit Ludo. in locis prælleg. Adde quòd illud consilium Petr. de Anchara. aliâs est. clxxxij. & incipit, in Christi nomine, præmittendum. Tu vide Alexand. Imo. in d. l. ij. col. iij. ff. de iurisdi. omni. iudi. aliter tenentem, & respondentem fundamentis Ludo. Dic vt ibi per eum. & vide etiam Bal. in l. generali. C. de decurio. libro. x. & bene facit quod dicam in sequen. ¶ An autem iudex laicus possit facere capi clericum debitorem
96 qui est suspectus de fuga, † & creditor met possit personam ecclesiasticam suspectam de fuga propria authoritate capere: vide de istis latè do. Abb. Panor. post antiquos alios doc. ibi per eum relatos in c. cùm non ab homine. de iudi. ¶ † An autem in casu fugæ possit creditor propria authoritate citare verbaliter debitorem quo ad effectum præueniendi iurisdictionem, iuxta c. proposuisti. de foro compe. & l. si quis postea. ff. de iudi. vide domi. Abba. Panor. post do. Anto. de But. in c. j. in xvij. col. de iudi. ¶ Gl. fi. in ver. debetur. habet duas partes principales. In prima declarat ad cuius differentiam sit positum verbum debetur, in diffinitione. In secunda opp. Secunda ibi: sed certe quandoq; ago. Illa prima
b ¶ Debitor. quis dicatur propriè debitor, vide do. Ale. de Imo. in consil xij. in ij. co. in ij. parte. & in consil. ij. in vj. col. in iiij. parte. vbi ponit quid si est in die vel sub cõditione, & an sit nata actio & obligatio & qualiter differant verbum Debitor, & verbo obligatus vide per eũ in cõsi. lxiiij. in iiij. parte.
subdiuiditur in duas particulas, prout duobus modis respondet, ad cuius differentiam sit positum verbum Debetur. Secunda ibi: vel ponuntur hæc verba ad differentiam. ¶ In eadem gl. ibi: sed in stricta significatio-
98 ne. vult glo. nostra † quòd ille, qui tenetur reali actione stricte non dicatur debitor, [b] sed largo modo. Et idem etiam dixit glo. in l. creditores. ff. de verb. signi. & Bald. in l. pe. C. quod cum eo. & Bal. in l. fin. C. de compen. & Bal. in l. fin. in ij. col. C. de bo. authen. iud. pos. ¶ Et hæc
99 gl. secundum Bal. hîc faceret † ad statutum disponens quòd si aliquis fuerit negligens ad petendum sibi debitum spatio decem annorum, quòd postea petere non possit: quòd cùm hoc statutum sit odiosum, non intelligitur procedere, [c] vbi agitur actione reali, in qua quis
c propriè non petit sibi debitum: & sic statutum intelligitur in propria, & stricta significatione. Et cum Bal. trasit simpliciter Ange. de Are. hîc, qui ad idem ponderat glo. nostram in verbo, illius. Tamen grosse dici potest.
100 q̃ in statutis grossa interpretatio † non est sumenda. al c lega. l. quicquid adstringendæ. ff. de verbo. oblig. & l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Putarem tamen ante omnia inuestigandum esse, an tale statutum valeat necne. Et reperio quòd Bar. in repe. l. omnes populi. ff. de iusti.
101 & iur. in iij. quæstione prin. ver. eccle. † aliud dicit statutum, quòd qui per decem anno. & ibi expresse tenet tale statutum non valere. & idem tenet do. Anto. de But. in c. fi. extra de præscrip. & Ioan. And. in Nouella, in c. ij. de excep. lib. vj. licet contrarium teneat ipsemet Bar. contra morem suum sibi contrarius in l. sequitur. §. fi viam. ff. de vsucap. & sentit Bart. in l. cùm notissimi. in princip. C. de præscrip. triginta anno. & idem Barto. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.si is,cui.§.flauius.ff.de solu.& idem Bar.in l.legaui.ff. de lib.leg.Et quòd tale statutū valeat,allego vobis gl.in terminis notabilem expresè ita tenentem in c.porrò. in verbo, per refutationem.qualiter feud.olim poter. alie.in vsi.feu.vbi tenet glo.arg.illius text.valere statutum ciuitatis Vicentiæ disponens,quòd si creditor distulerit per annum & diem ius suum petere,quòd postea non audiatur.Et illam glo.approbat ibi Bald.& dicit eam menti tenendam.& idem tenet ibi Bald.in authen.& hîc.C.de na.lib.Angel.in l.ij.ff.de vsufru. ea.re. quæ vsu consu.Præsuppositа ergo validitate suprà scripti statuti,tenerem idem quod Bal.& Angel.de Areti. hîc in terminis prędicti statuti:& vltra allegata per eos allego glo.not.iuncto tex.in lege Aurelius.§. Męuia.in verbo Pupillæ.ff.de lib. leg.quam alibi reputat singul.
Bald.in l.cùm necessitatem.C.de fideicommiss. Et per
102 eam no.decidit †,quòd si testator legat liberationem omnibus debitoribus suis,non intelligeretur legata liberatio his,qui possident res testatoris:& consequenter his,qui sunt debitores, & obligati actione reali. Dicit etiam alibi Bald. per dict.§.Mæuia. & per glos.in l.pa-
103 ctum.in xij.quæstione.C.de colla.† quòd si soror facit generalem refutationē fratribus de omni eo, quod sibi debetur,quòd ista remissio non extendetur ad res, quas soror potest vendicare:& consequenter ad debita actione reali.Si ergo in vltimis voluntatibus,in quibus fit larga interpretatio, appellatione debitoris non venit debitor,qui tenetur actione reali: quantò minùs veniet in statutis,in quibus fit stricta interpretatio dictę.l. quicquid adstringendæ.cum ibi traditis per doc. ¶ In ea.glo.ibi:suprà de leg.§.sed si rem.Glossa videtur tandem inclinare quòd hîc solum diffiniatur personalis actio,& non realis.Et idem tenuit gloss.in l.nihil aliud. in verbo debeatur,de act.& obli.& sequitur Petrus de Bellap.hoc verum:quia istud satis disputatur in gl.cuius argumentis relatis,doc.parum aliud addunt verius
104 vos tenete contrarium,quòd imò hîc vtraque † actio diffiniatur,tam realis, quàm personalis; & hoc tenent communiter doct. hîc:quia cùm hîc diffiniatur actio in genere,si non comprehenderetur actio realis, seque
105 retur quòd non esset actio, † quia cui non competit diffinitio,nec diffinitum.l.prima.§. Labeo.cum glo.ff. de do.Est tamen clarum quòd actio realis est actio:vt infrà eodem.§.primo.ergo de necessitate habemus dicere in hac diffinitione comprehēdi realem actionem. Sum modò in secunda parte principali gloss.ibi:sed certę,quam subdiuido in quinq; particulas, prout quinq; oppositiones format contra tex.nostrum. Secunda ibi: item oppo.de populari actione. Tertia ibi:item oppo. de actione iniuriarum. Quarta ibi:item oppo.de hæreditа.peti.Quinta ibi:item oppo.de actionibus,quas intendunt. ¶ In ead.gloss.ibi lege fideiussor.§.fideiussor. Hæc solu.secundum docto.hîc non potest procedere ad materiam textus nostri,in qua illud videtur deberi, quod via actionis debetur, Sed debitum naturalæ non debetur via actionis.cùm ex obligatione naturali sola non oriatur.Ergo debitum pacto nudo non potest dici debitum eo modo,quo capitur debitum in casu textus nostri. ¶ In eadem glo.ibi: sed prætextu eius consequitur etiam,quòd nudo pacto debetur.Hæc solu.glo. declarata vt infra subijciam, continet meram veritatem.In hac solu. vult gloss.quòd in dicta lege si pacto, quo pœnam.agatur ad id,quod verè debetur,& sic ad pœnam:sed eius prętextu consequetur etiam quod nudo pacto conuenit.Et si diceres,prout dicebat hîc Ioannes Fab,cui hanc sol.impugnat,quòd hæc sol.non euacuat contrarium.nam ibi consequitur via actionis id, quod sibi non debetur: quia ibi consequitur conuentum pacto nudo,quod in proposito nostro non est debitum,vt proximè dixi. Respondeo sustinendo gloss. quòd ibi nō consequitur conuentum nudo pacto per viam actionis,quia ad id non est actum:sed consequitur eo,quia est in facultate rei conuenti vel seruare pacta conuenta,vel soluere pœnam:vt ibi dicit tex. Non ergo illud conuentum consequitur virtute actionis, sed propter electionem, quam ibi habebat reus: & sic via actionis non consequitur id,quod non est sibi debitum.Et hanc puto fuisse mentem glo.nostræ in hac solu.Et ita hæc solu.gloss.per hunc modum declarata,& defensata, optimè procederet,quam tenete,reiectis aliis sol.doct.hîc:vt Ioannes Fab. & Nicol. de Neap.hîc. Et iuxta ista Angelus de Aret.hîc multùm extrauagan ter aggreditur illam summam difficultatem illius legis si pacto,quo pœnam.& non respondet illi legi,scilicet quomodo possit ibi agi ex stipulatione pœnali:cùm ibi non potuerit mora præcedere,eò quia ex conuentione nuda procedentia agi non potuit:ergo nec mora cō mitti:& consequenter nec pœna.Quæ difficultas tangitur per Bart.o.& alios in suis locis: vt per Bar.& doc. omnes in lege si pacto,quo pœnam.per Cyn.& Barto. in l.nuda.C.de contrahend.& commit.stipu.& Barto. in l.ita stipulatus magna.ff.de verbo. obli.in xvj.col.in vj.oppo.princi.& Bar.in l.stipulatio ista, habere licere. §.alteri.ff.de verbo.oblig.in ij.col.In ea.glo.ibi.ff. de po
a pu.actio.l.pen.gl.debuit allegare legem antepe.[a] ✻ quę incipit,popularis ad fin.in eo.titu.& ad idem est bonus tex.in l.si cui.in princip.ff.de verbo.signi. ¶ In ea. glo. ibi:quia saltem post litis contestationem debetur.Hæc vera,& est communis in dicta.l.si cui. in princip.ff.de verbo.signi.& hanc glo.in prima sol.summè commendat Ange.de Aret.hîc, & dicit eam esse menti tenen-
106 dam:quæ secundum eum vult,† quòd licet regulariter nemo sine actione possit experiri,vulgata lege si pupilli.§. videamus.ff.de negot. gest.l. quoties. §. item si temporali.ff.de admini.tuto.tamen si à principio quis non habeat actionem,sed certum sit,actionem oriri in ipsa litis cōtestatione,admittetur agens de facto, etiam inuito aduersario.Et hoc dicit esse notandum ad intellectum l.nuda.& de contrahenda & committen.stipula.& hoc etiam dicit velle Barto.in dicta lege.ita stipulatus.magna.versicu.secundo ad idem oppo.de l.si Titius.Sed fallitur vehementer Ange. circa hanc glo.nostram,quę non dicit quòd à principio iste non haberet actionem,imò dicit totum econtra: quia imò etiam à principio habebat actionem popularem. Sed bene dicit glo.quòd iste petebat à principio non sibi debitum, quod posteà lite contestata efficietur debitum. Et sic gloss.vult bene quòd licet à principio quis agat ad id, quod non est sibi debitum, quòd possit, si illud posteà per litis contestationem efficiatur debitum.Nec Bart. quem ipse allegat in dicta lege.ita stipulatus magna.in dicto versicul. secundo. ad idem oppo.de l.si Titius.& est in xiiij.colum. quicquàm dicit de eo, ad quod per Angel.allegatur.Sed illud bene dicit ipse Bart.vbi hoc plenè examinat in lege si Titius.in prima colum.ff.de verborum obliga.ibi videatis Bart.not.distinguentem.
¶ In eadem glo.ibi:nam cùm toti populo sit debitum,
107 ergo & sibi.Hæc solu.non potest procedere:† quia ea, quæ sunt vniuersitatis,non sunt singulorum:vt lege in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rerum diuisione.& §.vniuersitatis,suprà de rerum diuisione. & l.sed si hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius vocando. ¶ In eadem glo.

a ✻Bene allegat gl.in libro meo. Sardus.

glo.ibi:propter id,quod est in alterum,vt vindicta vos
108 dicite quòd imò † in actione iniuriarum dicitur quis consequi sibi debitum,cùm detur ad vindictam, & ad interesse pecuniarium,hoc est,ad æstimationem iniuriæ.§.pœna.& melius in §.in summa. suprà de iniur. & respectu interesse pecuniarij dicitur agens prosequi sibi debitum. ¶ In eadem gloss.ibi.ff.de iudic.lege solemus.Hæc gloss.in hac parte sentit tres solu.ad contraria in ea formata.Prima est,quòd hîc sit fienda subauditio ad tex.dum dicit,debetur,vt subaudiamus,vel deberi speratur. Hæc solu.notoriè falsa est,cùm arguat Imperatorem de diminutione.Secunda est solu.quòd in illis iuribus actio erat efficax pro eo,quod tunc erat tempore petitionis penes reum conuentum. Hæc sol. secundum omnes stare non potest:quia est contra dictа legem quęsitum.in principio.vbi nihil erat in pecu. lio tempore,quo fuit intentata actio.Tertiam ergo solu.sentit gloss.nostra,quæ est declaranda hoc modo secundum Nic.de Neapo.hîc,quòd in illis legibus,intentabatur actio vniuersalis:& sic iudicium erat vniuersale,in quo veniunt etiam quæsita post.& hîc sentit glo. secus esse in actione singulari.quod est cōtra legem sin autem.§.possidere.ff.de rei vend. Dicite ergo,breuius pro sol.istorum contrariorum secundum Ioannē Fabrum hîc,quæ sol.est ex verbis distinctionis Dynus &. Bald.hîc,& Barto.in lege non potest.ff.de iudici.quod in dictis contrarijs non erat defectus ex parte actoris: quia sibi bene competebat ius agendi,& agebat ad sibi debitum: sed erat defectus ex parte rei conuenti, qui non possidebat,vel non habebat in peculio, quo casu satis est,si ille defectus cessat ante sententiam:& sic satis est quòd ante sententiam perueniat possessio,vel peculium ad reum cōuentum. Sed vbi defectus esset ex parte actoris,cui non competeret ius agendi,non sufficeret,si posteà ius sibi superueniret dicta lege non potest. quæ lex ita debet intelligi, nisi tale ius descenderet ex causa de præsenti:vt lege si mandauero tibi,vt à Titio. ff.mandati.Et dum suprà dixi sufficere,si possessio,vel peculium perueniat ad reum conuentum ante sententiam:addite,& ante conclusionem in causa:quia si peruenirет post conclusionem in causa,perinde esset,ac si superuenisset post sententiam. Ita dixit no.valde Bart. in lege si mater.§.eandem.ad fin.ff.de exceptio.rei iudi.cum quo transit simpliciter Ludo.Ponta in lege si Titius.ff.de verborum obliga.& domi.Abbas.Pano.in
109 capitulo pastoralis.extra de exceptio.† Et dicitur concluſum in causa,quando renuntiatum est probationibus. Ita dixit glo.not.in §.quia verò multi.in gloss.paruula.in ver. concluserunt.in authentica de testi.quam prosingulari allegat Ludoui. Roma. in lege prima in iij.columna ff.de arbit.Sed habent Canonistæ similem glo.in capitulo cùm dilectus.in verb. concluſum.extra de fide instrumento.Et sumpta occasione ex prædictis
110 Ange.hîc examinat,† an & quando ius superueniens actori pendente iudicio,sibi prosit: & quando illud ius possit in eodem iudicio, vel instantia examinari, vel quando sit opus noua instantia de qua materia videte hîc per eum,& per Barto. in dicta lege non potest. ff. de iudi. & ibi latiùs per Bal. & per Bartolum in lege si quis rem.§ fin ff de pig act.& per Barto. in lege & an eadem.§.actiones.in antepe.& penultima colum.ff.de exceptio.rei iudic.& per Barto. & ibi Ludoui. Roma. in dicta lege si Titius.ff.de verborum oblig. & per Bal. in lege.j.in iiij.& v.colum.C.de alie.iudi.mu.cau.fa. & per Bald.in l.per diuersas.in vij.& viij. quæstione. C.
111 man.& ibidem Bald.in xiij.quęstione.vbi dixit † quòd si statutum diceret quem non audiri non soluta gabella,certè sufficit,si pendente iudicio gabella soluatur.Et de prædicta materia etiam per Angel.in repet.l.si quis vi.§.differentia.in xvj.colum.ff.de acqui.possess.& per Imol.no.in lege si filius,qui patri.in ij.col.ff.de vulg.&
112 pupilla. ¶ † Et quid in reo, cui pendente iudicio, vel post litem contestatam superuenit ius excipiendi,an sibi prosit:ponit latè Barto.in lege prima in penul.colū. de except.Barto.in lege cogi.C.de peti.hæredita.& vide per Innocen.in capitulo secundo de ordi.cog.qui sibi singulariter loquitur.& ibi per domi.Anto.de But. & per Imol.in lege si mulier.ff solu. matrimonio. ¶ In fin.glo.vel potes dicere secundum Dyn.hîc,quem alij
113 sequuntur,† quòd pupillus,& ecclesia,& dominus censentur ipsimet agere,cùm eorum nomine agatur.l.ita autem.§.gessisse. ff. de administratione tutor. &' lege qui autem.§.fin.cum glo.ff.de constitut.pe.cum aliis vulgaribus.Et ad hoc allego tex.valde not.in proposito in lege certè.§.si procurator. ff. de precar. & ibi est
114 mirabilis tex.in ver.propriè. † quòd vbi agitur de acquirendo,ille,qui per alium facit,videtur ipsemet propriè facere.Et ita ad hoc reputat illum tex.sing. & vnicum in iure.Bald.in lege vnica. §.ne autem.in finalibus verbis.C.de cadu. tol. Et sic est expeditum istud princi :sequitur modò §. primus scilicet. §.omnium autem actionum.laudetur principiū sine principio.

1 *Actiones personales quæ dicantur.*
2 *Actiones personales,quare dicantur.*
3 *Actiones reales quæ,& quare dicantur reales.*
4 *Iura realia quomodo cognoscantur à personalibus.*
5 *Actiones mistæ quæ,& quare dicantur mistæ.*
6 *Actiones personales in rem scriptæ quæ dicantur.*
7 *Interdicta omnia dicuntur personalia in rem scripta.*
8 *Actio in rem,& actio in rem scriptam,qualiter differant.*
9 *Arbitri iuris qui dicantur.*
10 *Appellari à sententia arbitri quando possit.*
11 *Appellari à sententia arbitri ex forma statutorum electi an possit.*
12 *Arbitratores qui dicantur.*
13 *Arbitraria redacta sunt ad instar iudiciorum.*
14 *Arbiter compromissarius, & arbitrator, qualiter differunt.*
15 *Arbiter comprom. ssar. us, & iudex ordinarius, qualiter differant.*
16 *Arbiter quot modis capiatur.*
17 *Actiones sunt coram iudice proponendæ, ita coram arbitris.*
18 *Arbitramentum quid sit.*
19 *Arbitramentum non venit nomine transactionis.*
20 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, validū.*
21 *Obligatus dici non potest ille,qui actione reali tenetur.*
22 *Rei vendicatio vt exerceatur,quæ necessaria sint.*
23 *Rei vendicatione si actum sit, an sententia executioni mandetur.*
24 *Relatiuum quis vel qui,qualiter ponatur.*
25 *Res quid significat.*
26 *Mistum an & quando sub simplicibus contineatur.*
27 *Actiones mistæ,non faciunt speciem de per se.*
28 *Appellatione simplicium an & quando veniat mistum.*
29 *Statutum disponens super simplicibus,an comprehendat casus mistos.*
30 *Legitimandi spurios & incestuosos potestatem habens, an poterit spurios & incestuosos simul legitimare.*
31 *Beneficia sunt latissimè interpretanda.*
32 *Legitimatio si aliquis esset spurius & incestuosus simul &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam spurius legitimatus esset, non expreßis alijs qualitatibus, an valeat.
83 Legitimatio, si aliquis impetrauit à principe se legitimari, dicens se natum ex soluta & soluto, cùm esset natus ex adulterio, non valet.
84 Contractus vel maleficij appellatione, an veniat quasi contractus, vel quasi maleficium.
85 Statutum loquens de contractu, an locum habeat in quasi contractu.
86 Statutum disponens quòd mulier non posit contrahere sine consensu duorum consanguineorum, an poterit quasi contrahere.
87 Adire an sit contrahere.
88 Vbicunq; in statuto vnica tantùm ratio reddi potest, illa habetur pro expreßa.
89 Hæreditatem adire, est impropriè contrahere.
90 Extensio in statutis fieri potest ex identitate rationis.
91 Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorum, qualiter intelligatur.
92 Mulier an poterit adire hæreditatē, stante statuto, &c. 45.
93 Hæreditas lucrosa, & opulenta, quæ dicatur.
94 Mulier an contrahere poterit matrimonium, stante statuto, &c.
95 Mulier an aliquem liberare poterit, stante statuto, &c.
96 Statutum de contractu loquens, ad quæ extendatur.
97 Condictio furtiua an oriatur ex contractu vel quasi.
98 Actio personalis quæ dicatur.
99 Actio rerum amotarum ità finitur anno, sicut condictio furtiua.
100 Officium iudicis an aliquem præsupponat obligationem.
101 Obligatus an dicatur, qui actione reali tenetur.
102 Actio de peculio dicitur actio in rem.
103 Officio iudicis etiam non deseruienti actioni accedit fideiussor.
104 Fideicommissa de iure digestorum probantur officio iudicis.
105 Actio de peculio deduci potest in constitutum.
106 Actiones de peculio, de in rem verso, quod iussu, institoria, tributoria, exercitoria, an sint propriè actiones.
107 Actio in rem cui competat.
108 Actio confessoria in rem actio est.
109 Emptori bonæ fidei an competat rei vendicatio.
110 Quasi dominium qualiter intelligatur.
111 Proprietatem & quasi proprietatem an sit dare.
112 Proprietatis appellatione quid veniat.
113 Proprietas rei quæ dicatur.
114 Actio in rem quid requirat ex parte rei conuenti.
115 Actio in rem quid requirat ex parte actoris.
116 Ius superueniens actori pendente iudicio, an & quando prosit.
117 Ius actori superueniens post litem contestatam sibi prodest.
118 Actor si tempore petitorij libelli erat dominus, post litem contestatam desijt esse dominus, an possit fieri condemnatio contra reum conuentum. 70. 82.
119 Dominium directum vel vtile qualiter probari possit.
120 Dominia de iure gentium quibus modis acquirantur.
121 Dominium vtile tantùm per præscriptionem acquiritur.
122 Longinquitas tanti temporis habet vim constituti.
123 Constitutum habet vim consensus.
Consensu inducitur directum dominium.
124 Rei vendicatione vt agi possit, quæ requirantur.
125 Statutum faciens mentionem de possessore, an locum habeat in eo, qui desijt possidere.
126 Rei vendicatio an detur contra dolo desinentem possidere.
127 Possidens tempore primæ citationis, si postea desijt possidere, præsumitur in dolo.
Dolo desijsse possidere qualiter quis probetur.
128 Possidere desinens sine dolo quando teneatur.
129 Rei vendicatio directa datur in dolo desinentem possidere.
130 Sententia lata contra eum, qui dolo desijt possidere, an executioni mandetur contra eum, in quem est dolo possessio translata. 84.
131 Rei vendicatione si actum sit contra non possidentem, qui putabat se possidere, & lata sit sententia secundum actorem, an si possessio postea deueniat ad reum ex noua causa talis sententia mittetur executioni contra reum.
132 Rei vendicatio si actum sit contra eum, qui negat se possidere, qui tamen possidet, si conuincatur de mendacio, talis possessio incontinenti ab eo est auferenda.
133 Emphyteuta negans rem emphyteuticam, si conuincatur de mendacio, an priuetur iure suo emphyteutico.
134 Vasallus negans feudum, si de mendacio conuincatur, an iure feudi priuetur.
135 Translatio possessionis qualiter fiat.
136 Lex fi. ff. de rei ven. qualiter ampliatur.
137 Reus conuentus rei vendicatione si negat se possidere, quid agat actor.
138 Reus conuictus de mendacio tituli, an perdat possessionem.
139 Mendacium solum non sufficit ad hoc, vt procedat lege fi. ff. de rei vendi.
140 Reus si sit mentitus in parte, & non in toto, solùm illa pars in qua est mentitus auferetur ab eo.
141 Reus si negat se possidere rem, quam vendidit, & pretium habeat, an puniatur. 96. 97. 98.
142 Cautela est vt actor faciat in principio interrogari reum an possideat seu detineat talem rem super qua agere intendit.
143 Rei vendicatio detur contra nudum detentatorem.
144 Rei vendicatio quando detur contra detentatorem.
145 Executio in rei vendicatione contra nudum detentatorem qualiter fiat.
146 Sententia lata contra alieno nomine possidentem, & executione facta, & re ad actorem translata, an faciat dominus præiudicium saltem in possessione.
147 Rei vendicatione quis conueniri possit.
148 Rei vendicatio an competat contra ciuiliter tantùm possidentem. & 196.
149 Executio in rei vendicatione contra ciuiliter tantùm possidentem qualiter fiat.
150 Sententia lata contra ciuiliter possidentem nunquid præiudicet naturaliter possidenti.
151 Rei vendicatio an per possidentem ciuiliter tantùm intentari possit.
152 Rei vendicatio an ad incorporalia detur.
153 Libellus iste, peto castrum cum iuribus & pertinentijs, an valeat.
154 Reus an probandi onus in se assumere possit.
155 Iudex potest tam actori, quam reo terminum statuere ad probandum.
156 Libellus in rei vendicatione qualiter sit formandus.
157 Libellus apud legistas quid contineat.
158 Libelli conclusio attendenda est.
159 Libellus causam ineptam continens, ipso iure est nullus.
160 Iudex videns malè actum ex vna causa, tamen ex actis apparet quòd ex alia causa bene agi potuisset, debet in sententia ius illud agendi ex illa alia causa reseruare.
161 Agens si vnam causam deducat, & aliam probet, an sequatur condemnatio.
162 Causa proxima in actione quæ dicatur.
163 Causa quæ exprimi debeat in reali, & quæ in personali.
164 Causa proxima an sit exprimenda in actione personali.
165 Causa in libello actionis personalis qualis esse debeat.

165 Libellus si proponatur nulla expressa causa, an procedat.
166 Exceptio libelli non continentis causam specificam ante litem contestatam opponi potest. 127.
168 Libellus qualiter concludatur.
169 Conclusio regulat, ampliat, declarat, restringitque libellum.
170 Libellus quando vnum narrat, & aliud concludit, conclusio potius inspici debet.
171 Libellus per duo diuersa media conclusus an procedat.
172 Libellus generalissimus per conclusionem restringi debet.
173 Libellans, si in narratione aliqua verba necessaria apponat & in conclusione omittat, an sufficiat.
174 Libellus an procedat, si actor actionem sibi competere pronuntiari petit.
175 Conclusio in libello an de necessitate requiratur.
176 Coram principe non requiritur conclusio in libello.
177 Conclusio in libello in causa criminali non requiritur.
178 Conclusio in libello exceptionum an fieri debeat.
179 Clausula posita in conclusione libelli, peto reum &c. an sit necessaria.
180 Agens petitione hæreditatis quid petere dicatur.
181 Agens ad rei restitutionem an videatur contractus rescissionem petere. 142.
183 Actor petens pronuntiare sibi actionem competere, reum sibi condemnari.
184 Libellus an non obstante præposteratione sustineri possit.
185 Clausula, peto in expensis reum condemnari an sit necessaria.
186 Reum condemnari in expensis an peti debeat.
187 Clausula, super quibus, &c. quid operetur. 148. 149. & 150.
150 Clausula, omni meliori modo quid operetur.
151 Clausula, non tantùm dicto modo &c. quid operetur.
152 Clausula, peto condemnari secundum formam iuris, & statutorum copulatiuè, vel alternatiuè secundum formam iuris vel statuti an sit apponenda in fine libelli. 153.
154 Libellus, peto condemnari secundum leges & consuetudines, an valeat.
155 Si petatur aliquem puniri secundum formam statutorum & consuetudinis, si non constat de consuetudine, quomodo puniendus sit.
156 Clausula, saluo iure addendi minuendi &c. an aliquid operetur. 160. & 159.
157 Libellus ante litem contestatam nunquid mutari, vel corrigi possit.
158 Reus qualiter caueat ne actor libellum mutare possit.
160 Libelli receptio qualiter cautè fieri debeat per reum, vt actor non possit eum ante litis contesta. mutare.
161 Clausula non se adstringens ad probandum non est necessaria.
162 Clausula, & prædicta fuit sæpius confessus, &c. in libello.
163 Libellus in causis ciuilibus an locum & tempus celebrati contractus continere habeat.
164 Libellus an declarare habeat id, quod petit cum duabus demonstrationibus, vel duabus cohærentijs, siue duobus confinibus.
165 Libellus an hodie nomen actionis continere habeat.
166 Libellus si in eo actio inepta exprimeretur, an hodie vitietur.
167 Sententia lata super inepto libello an sit nulla.
168 Exceptio ineptitudinis libelli, quandocunque opponi potest.
169 Libelli verba an impropriare licitum sit.
170 Libellus sustineri potest, si verba interpretari possint.
171 Libellus sustineri debet grosso modo.
172 Libellus in rei vendicatione qualiter formandus.
173 Restitutio rei petitæ an fiat officio iudicis.
174 Libellus petendi fructus rei qualiter sit formandus. 176.
175 Fructus qualiter peti possunt, & quo iure debentur.
177 Iudex an possit condemnare reum in fructibus non petitis ab actore.
178 Fructus & alia accessoria an pendente iudicio sortis peti possint.
179 Iudex an teneatur in sententia exprimere certam quantitatem fructuum.
180 Sententia nunquid valeat, si dicat condemno te ad restituendum rem cum fructibus.
181 Verbum restituere, habet plenam significationem.

Omnium autem.

Ad euidentiam huius §. præmitto vobis ex mente Dyn. hîc, quòd actionum Quædam sunt merè personales. Quædam merè reales. Quædam mistæ. Quædam personales ab origine, in rem tamen scriptæ. De hoc euidentiali Ioannes Fab. tractatur, & male.

1 ¶ † Actiones personales dicuntur illæ, quæ proueniunt ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi: vt hoc tex. Intellige tamen non immediate, sed mediante obligatione. Nam cùm obligationes oriantur ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi l. j. in princi ff. de actio. & oblig. & §. fi. suprà de oblig. actiones verò personales procedant ab ipsis obligationibus. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. Sequitur ergo quòd actiones personales mediantibus ipsis obligationibus dicuntur procedere ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi. Et ita dixit glo. no. in l. & an eadem. §. actiones. in ver. singulæ causæ. ff. de exceptione rei iudica. Et dicuntur actiones personales tam ex parte rei conuenti, contra quem competunt, quam ex parte actoris, cui competunt. Ex parte rei: quia ipse est adstrictus, & obligatur ad id, quod in obligatione deuenit. † Et dicitur per

a sonalis, quia nunquàm egreditur personam a obligati, sed semper aduersus eum locum habet. Ita dixit mirabiliter tex. in l. actionum genera. in prin. ff. de act. & obliga. & gloss. hîc in verbo In rem. Hinc vulgò dicimus quòd tales actiones sequûtur personam rei, sicut lepra leprosum. l. j. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebe. & l. pe. C. de act. & oblig. Ex parte verò actoris dicuntur personales, personæ suæ inseparabiliter cohærent, & sunt affixæ ossibus suis, sicut est character baptismi, & aliorum sacramentorum: vt dixit glo. no. in l. iij. in princip. ff. pro socio. & licet aliquando cedantur, tamen solùm vtiles transferuntur. Directæ verò nunquàm separantur. d. l. iij. in prin. & l. Sticho. ff. de pecu. & videte gl. in l. si tertius. §. si quis prius. in ver. transibit. ff. de aqua plu. ar. ¶ † Reales verò actiones sunt in totum oppositę personalibus: quia non cohærent inseparabiliter personæ, neq; ex parte rei, neq; ex parte actoris. Et dicuntur reales, quia non habent aliquam personam obligatam, sed competunt ratione iuris, quod quis habet in re, puta ratione directi dominij, si quis sit directò dominus: vt hîc est tex. & in rem in prin. ff. de rei ven. vel ratione vtilis dominij, si quis habeat vtile dominium. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. vel propter ius seruitutis: vt in §. æquè. infrà eo. vel propter ius pignoris, vel hypothecæ, quod quis habet in re. §. item Seruiana. infrà eo. & semper competunt aduersus eum qui rem possideat, etiam si res per mille manus ambulet: vt dicit textus in d. l. actionum genera. in prin. & gl. hîc in verbo. in rem vel aduersus eum, qui rem detinet, aut quomodocunque rem habet, si illius restituendæ habeat facultatem: vt est tex. no. in l. of

4 ficium. in fi. ff. de rei ven. † Et quomodo etiam iura rea

a ¶ Personam Adde d. Bar. Soc. in consi. cxxxj. inc. in præsenti. circa medium vj. colū. in j. parte. vbi ponit ¶ actio personalis data solū contra debitorē vel aliū, cui eius persona representat. Et adde Frā. Areti. in l. j. de acqui. pos. in vij. col. ante medium. & quod ibidem dixi in apostil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia à personalibus cognoscantur, habetur per Bal. in l. si certis annis. in j. col. C. de pac. & ibi postea dat istam theoricam, quòd vbicunq; reperitur ius sine vlla obligatione, illud est ius reale, vt hîc. Ius verò, quod non reperitur nisi in ipsa obligatione, est personale, vt ibi per eũ. De quo tamen videbimus latiùs opportuniùs infrà in materia rei vendicationis. ¶ † Mistæ verò actiones dicuntur illæ, quæ non sunt merè personales, nec merè reales, sed habent causam mistam: vt sunt illæ, quæ ponuntur in §. quædam infrà eo. & ibi videbimus quare dicantur mistæ. Pro nunc tamen dicite, quòd ideo dicuntur mistæ eò quia per actiones reales agimus ad id, quod nostrum est, vel ad id, in quo ius habemus. Per actiones verò personales agimus ad id, quod non est nostrum, sed est nobis debitum. Cũ ergo per mistas actiones agimus ad vtrunq;, certè ideo debent dici misteꝫ. nã si ego hæres ago familiæ erciscundæ contra cohæredem meum vt tota hæreditas diuidatur. Certè ex eo quòd partem meam peto, & sic ago ad rem, quæ mea est, dicitur actio realis. Ex eo verò quòd includitur in petitione portio cohæredis, ex quo ago ad totam hæreditatẽ diuidendam, ago ad id, quod non est meum. Sed ex eo, quòd aliquando fit mihi adiudicatio in parte socij, dico agere ad rem, quæ licet non sit mea, potest tamen mihi
6 deberi. ¶ † Personales verò in rem scriptæ dicuntur actiones, quæ sunt ab origine personales, eo quia nascũtur ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, sicut cæteræ personales. Tamẽ quia semper comitantur possessorem rei, sicut actiones reales, ista ratione dicuntur in rem scriptæ: vt est actio ad exhibendum. Nam constat eam non esse ex maleficio, nec quasi. Item nec ex cõtractu: ergo est ex quasi contractu: vt suprà de obliga. quæ ex quasi contractu. in princip. ergo est personalis: quia habet personam obligatam ex quasi contractu: vt hoc tex. Tamen quia datur cõtra eum, qui detinet rem & semper cõcomitatur possessorem rei, dicitur in rem scripta. l. ij. §. est autem personalis hæc actio. & ibi glo. j. no. & magistra & §. fi. ff. ad exhiben. Item est in omni
7 bus interdictis, † quia omnia interdicta dicuntur personalia, in rem tamen scripta: vt l. j. §. interdicta. ff. de interdi. Et quæ dicantur actiones in rem scriptæ, videatis glo. enumerantem in d. l. ij. § est autem personalis. hęc actio. & videte Bar. in d. l. si tertius. §. si quis prius. ff. de
a aqua pluuia arcen. & ibi Bar. declarat, † quę differentia sit inter actionem in rem, & actionem in rem scriptam quæ differentia satis patet ex prædictis. Item præmitte
8 ad euidentiam tex. quòd in iure nostro habemus multiplices arbitros. † quidam sunt arbitri, appellantur arbitri iuris, vt si causa aliqua sit commissa alicui iudici, quẽ altera partium suspectum dicat, eligendi sunt arbitri à
9 partibus, qui de hac causa suspicionis cognoscant: & tales arbitri appellantur arbitri iuris: & de his non loquitur textus noster, sed de eis habetis tex. no. in l. fi. C. de iu
a dic. [a] * & ex eo tex. ibi in ver. nisi fuerit prouocatum.
10 colligit no. Bar. † quòd licet à sentẽtia arbitri compromissarij non possit appellari, vt l. j. C. de arbi. & l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. tamen ab istis arbitris iuris, qui eliguntur à potestate, & necessitate legis, bene po-
11 test appellari. Hinc infert ibi no. Bar. † quòd isti arbitri qui eliguntur ex forma statutorum, cùm habeant magis vim delegatorum, quàm arbitrorum, sentit Barto.
b quòd ab eorum sententia poterit appellari. [b] Et hoc tenet Sali. & addo Bart. istud expresse tenentem in l. j. C. de arb. vbi Bar. dicit hoc esse notandum, & menti tenẽdum. & idem etiam tenet expresse in l. ij. ad fi. ff. de arbit. Contrarium sentit Bart contra morem suum sibi contrarius, in princip. j. constitutionis Codicis, in j. col. cum quo tenet do. Ant. de Butr. in c. quintauallis. de iure iur. De quo tamen articulo, quia locus suus non est hîc, si vultis videre, videatis etiam eundem Bart. in l. j. §. fi. ff. à quibus appel. non licet. & Bald. in l. j. C. de peri. & commo. rei ven. & do. Anto. de But. in c. dilecta. extrà de arbi. & videte omnino Ioan. de Imo. qui concordat has contrarietates. Bar. in l. j. in pen. col. ff. sol. matri.
12 ¶ † Quidam sunt arbitri electi à partibus, coram quibus non proceditur ordine iudiciario, cùm assumãtur de iure, & de facto: & isti propriè appellantur arbitratores, de quibus non loquitur iste tex. sed text. in d. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Et talis arbitrator dicitur esse quasi negotiorum gestor partium. Ita eum appellat Bald. in l. fi. in iij. q. C. de contrahen. emp. Alibi appellatur proxeneta, seu mediator partium. Ita eũ appellat Bar. in l. fi. ff. de var. & extraor. cogni. & Bal. in c. j. in pen. col. de inuesti. in maritum facta. in vsi. feu. dicit quòd isti arbitratores rediguntur ad instar proxenetarum. ¶ Quidam sunt arbitri cõpromissarij, in quos
13 fit à partibus compromissum: & isti tenentur ordinem iuris seruare, † cùm talia arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. j. ff. de arbit. Et coram istis proponendæ
14 sunt actiones, vt dicit hîc tex. & glo. hîc in ver. arbitros. & de istis propriè loquitur textus noster. ¶ † Quæ autem differentia sit inter talem arbitrum compromissarium, & arbitratorem, declarat Bart. in d. l. societatem. §. arbitrorum. in ij. col. in j. q. extra gl. ff. pro soc. & Bar. in l. j. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. & Bart. in l. sed
15 & si in seruum. §. si quis iudex. ff. de arbi. ¶ † Quæ autem differentia sit inter istum arbitrum compromissarium, & iudicem ordinarium, videte hîc per Ange. qui ponit sedecim differentias, & posteà etiam ponit octo æquiparationes, seu conformitates inter eos. Verũ quia ista sunt multùm extrauagantia à §. nostro, vt ipse etiã Ange. dicit, ideo ista non refero, sed si vultis, videte hîc per eum: & videte Lud. Ro. in l. j. in prin. ff. de arbi. & in l. si Titius. ff. de ver. obli. vbi vltra ea, quæ ponit hîc Ange. ponit etiam alias differentias, & etiam alias æquiparationes, seu conformitates. † Et vltra prædicta quot
16 modis capitur iste terminus Arbiter, habetis gl. ordinariam & magi. in l. pe. in ver. imperare. ff. de arbi. & glo. j. in l. j. C. de senten. ex peri. reci. ¶ His sic breuiter præmissis diuido hunc §. aliter, quàm alij faciãt, secundum quòd puto esse de mente huius literæ, in duas partes, secundum Nico. de Neap. hîc. In prima ponit diuisionem bimembrem hîc. In secunda diuisionem compro bat sufficientem, à partium enumeratione arguendo, & partes per exempla declarat. Secunda ibi: namq; agit vnusquisq;. ¶ Et licet §. iste multis modis summetur per docto. vt per Bal. Ange. de Are. & Ioan. de Plat. hîc ego tamen hoc modo summo. Omnis actio aut est personalis, aut realis: quia vnusquisq; agit aut contra sibi obligatum ex contractu, vel ex maleficio: & tunc dicitur actio personalis: aut contra eum, qui nullo iure sibi obligatus est, sed agit ratione rei apud eum existentis: & tunc dicitur actio realis. hoc dicit in summa. ¶ Not.
17 primò ex hoc textu. † quòd sicut actiones sunt coram iudicibus proponendæ. l. j. in princ. ff. de eden. ita etiam coram arbitris. Et vltra textum ratio est, quia arbitria
c sunt redacta ad instar iudiciorum, [c] in d. l. j. ff. de arbit. Addite etiam secundum Ange. de Aret. hîc in ij. col. secus esse in arbitratore, coram quo non est proponenda actio: quia coram eo non proceditur ordine iudiciario: vt no. Spe. in titu. de libel. concep. §. restat. ver. j. & Bar.
18 in d. §. arbitrorum. in ij. col. & facit, † quia arbitramentum

c ¶ Iudiciorũ. Adue Dy. in cõ. l. & d. bar. Soc. in consi. cxcv. inci. circa primum. ver. accedit. in ij. parte. & in consi. cxxiiij. inci. præsens. circa medium ij. col. in j. parte.

a ¶ Trãsactio. Et hîc idem tenet do. bar. sozi. in. d. cõsil. cxxiiij. in ci. pũs. circa me. ij. co. in j. parte. Vnde, vt ibi ipse dicit, quod in transi. permittit, & in laudo conceden dũ videtur. & in consilio ccl. xxxij. inci. in præsenti. ver. circa prin. ij. colũ. in ij. parte.

a tum est quædam transactio, [a] seu conuentio partium, per quam à lite disceditur: vt est glo. no in §. si verò. el ij. in ver. conuentum. in auth. vt differentes iudices. col la. ix & Bar. in auth. si verò contigerit. C. de iud. & Bal. in l. j. si aduer. transi. & Bal. in l. ij. ad Sil. C. de sac. san. ecc. & Bal. in l. præses. in fi. C. de transi. & Bald. in l. sed si seruum. §. j. ff. de arbi. Intelligite tamen quòd arbitramentum est quædam transactio largo modo sumpta: non autem quòd arbitramentum sit propriè, & strictè trãsactio: vt dixit no. Bar. in l. quod si Ephesi. §. fin. ff. de eo, quod certo loco. & idem dixit Bar. in l. furti. §. qui iussu ad fin. ff. de his, qui notan. infa. & idem dixit Bart. in d. §. arbitrorum. in ij. col. in j. q. extra glo. & Bal. in l. fin. in j. oppo. C. de contrahen. emptio. & idem Bal. in rub. C. de rerum permu. circa pen. col. Quod notabis pro statutis. in quibus verba propriè accipienda sunt. Et ideo in terminis, & in specie dixit Imol. in c. si quando,
b 19 de offi. deleg. † quòd si statutum faceret mentionem de transactione, quòd non veniret arbitramentũ: quia non est propriè transactio. ¶ Secundò not. ex text. ibi: namq; agit vnusquisque secundum Nico. de Neap. hîc
20 † quòd argumentum à sufficienti partium enumera-
b tione, validum est [b] in iure nostro. Ita hîc arguit Imperator. Addite ad idem tex. in l. patre furioso. & ibi not. Bar. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & glo. in l. j. in princip. in gl. j. mag. circa medi. ff. de act. & obli. & gl. in l. filius à patre in §. filiusfami. in verbo, locum. ff. de lib. & posthu. & gl. in l. qui se patris. in glo. fin. circa medium C. vnde liber. ¶ Tertiò no ex tex. ibi: nullo iure ei obli
21 gatus est. † quòd ille, qui tenetur actione reali potest dici nullo iure obligatus & ad hoc continuò allegatur text. iste. Intelligite tamen vt dixi suprà eo. in princ. in
22 gl. fin. in verbo Debetur. in prin. † Vltimò not. quòd ad causandum rei vendicationem necessaria sunt duo extrema, scilicet dominium vel quasi ex parte agentis. l. in rem. in princip. ff. de rei vendicatio. & possessio vel quasi ex parte conuen. l. officium. ff. de rei vendicatio. & l. vnica. C. de alien. iudic. mut. causa fact. & si aliquod istorum deficiat, non potest competere rei vendicatio. De quo tamen latius videbimus, infrà in materia rei vendicationis. ¶ Vnum tamen intereà tenebitis men-
23 ti perpetuò, † quòd si actum sit rei vendicatione contra non possidentem, qui tamen reus putabat se possidere, & lata fuerit sententia secundum actorem, deinde perueniat possessio ad reum ex noua causa, puta emptionis, quòd talis sententia mittetur executioni contra eum. Textus est, qui secundum Bartol. ibi, deberet scribi literis aureis, in l. si à te hæreditatem. §. si quis fundum. ff. de except. rei iudica. Quem textum intelligatis tamen procedere secundum Barto. in l. is, qui se obtulit. ff. de rei vendicatio. quando reus interrogatus in iudicio, vel extra iudicium, respondit in iudicio se possidere: aliàs secus: vt l. finautem. in princip. ff. de rei vendicatio. Gloss. j. super verbo, inter aliquos. format tacitam oppositionem contra text. & non soluit: & oppositio illa debet sic formari. Text. dicit, omnium actionũ, quibus. & sic sentit quasdam esse actiones, quæ nõ proponantur coram iudicibus, vel coram arbitris, cùm
24 † relatiuum quis, vel qui [c], adiunctum alicui generalitati sine copula, illam restringat. l. ea tamen adiectio. ff. de legatis iij. Et sic relatiuum Quibus, positum hîc sine copula, restringit illam generalitatem omnium actionum: & consequenter denotabit esse actiones aliquas, quæ coram iudicibus, vel arbitris non proponantur. & tamen istud est falsum: vt l. penulti. ff. de iudic. Glo. non soluit. Vos dicite breuius pro solutione, quòd

c ¶ Quis vel q De huius relatiui significatione vide Franc. Aret. in l. si qs duobus. C. de impu. & ali. substit. & do. Alexã. de Imo. in consi. xlvj. inci. ex his. versi. & primo. ibi quod autem: & in consilio xxxj. professo quando verso. quãuis enim circa fin. in j. parte.

aliquando relatiuum quis, vel qui, adijcitur qualitati, quæ competit vnicuique contento sub genere antecedenti: & tunc relatiuum illud stat declaratiuè, & non restrictiuè: vt not. Bartol in l. cunctos populos, quos. in princip. C. de summa trinita. & l. omnes populi, qui. ff. de iustitia & iure. Aliquando relatiuum Quis, vel Qui, adijcitur qualitati, quæ non competit vnicuique contento sub genere antecedenti: & tunc aut ponitur cum copula, & stat augmẽtatiuè. Aut ponitur sine copula, & stat restrictiuè. dicta. l. ea tamen adiectio. Ita volunt docto. in dicta l. cunctos populos. & ibi Bartol. in prima colum. & docto. in dicta l. omnes populi. & ibi Barto. in prima colum. & Bart. in dicta l. ea tamen adiectio. licet alias theoricas tradat Bal. in §. præcipimus. C. de appella. & alias theoricas ponat Ange. de Aret. in §. ius autem ciuile. in prima colum. suprà de iure natu. gen. & ciui. Cùm ergo in text. nostro qualitas illa agendi apud iudices, arbitrosq; quæ adijcitur relatiuo Quibus, competat vnicuique contento sub genere præcedenti omnium actionum, & sic competit vnicuique actioni: certè relatiuum illud stabit declaratiuè, & non restrictiuè: licet Nico. de Neapo. hîc in sua solu. dixerit quòd istud relatiuum Quibus, stet restrictiuè & malè, vt patet ex prædictis. ¶ Gloss. in verbo, arbitros remanet expedita per ea, quæ dixi suprà in euidentialibus. & per ea, quæ dixi suprà in primo notab. ¶ Gloss. in ver. de quacunque re clara est, & bene dicit. Et de significa-
25 tione huius dictionis † Res, videte per omnes in l. j. ff. si certum peta. maximè per Cyn. & Salice. & latè per Archidiaco. in cap. ante quinquaginta distinctio. & plenè per Alberic. de Ros. in Dictionario suo, in ver. Rei. Circa hanc dictionem Res, videte aliqua notabiliter dicta per Barto. Bald. & Ang. in l. j. ff. de statu homi. Vbi inter cætera quærunt, an si dono tibi res meas, veniant iura, quæ habeo contra aliquem, & sic actiones, & consequenter nomina debitorum. de qua quæstio habetur etiam latiùs per Barto. in l. Quintus. §. argẽto. ff. de auro & argento legato. Et an aliud sit in dispositione facta sub nomine bonorum: & an aliud sit in dispositione facta sub nomine rerum: videte l. final. cum gloss. quam reputat ibi Barto. singularem, & dicit se nescire alibi. ff. de vsufruct. lega. & videte text. in l. licet. & ibi Barto. C. de pact. ¶ Glo. in ver. summa. habet tres partes. In prima exponit textum vno modo. In secunda exponit secundo modo. In tertia contra secundam expositionem opponit & soluit. Secunda ibi: vel summa. ideſt breuis. Tertia ibi: sed oppositio infrà eod. §. quædam. ¶ In eadem gloss. ibi: id est prima. hæc expositio non videtur posse stare, cùm prima diuisio actionum debeat esse illa, quæ ponitur in §. sed istæ infrà. eodem videlicet quòd actionum quædam sunt ciuiles, quædã sunt prætoriæ, prout in simili videbimus in §. primo suprà de obliga. vbi prima diuisio obligationum est, quòd quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Et propterea Ioan. in arbore sua actionum, vbi ponit diuisiones actionum, ponit pro prima illam diuisionem, quòd actionum quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Breuiter respondete ex mente Dyn. hîc, in prima colum. quòd diuisio posita in hoc tex. respicit causam mediatam ipsarum actionum: & causa immediata actionis personalis est obligatio. Causa verò immediata actionis realis, est ius, quod quis habet in re: quia ergo priùs habenda est cognitio causæ proximæ, & immediatæ actionis, quàm causæ remotæ, prout est illa, quæ ponitur in diuisione. §. sed istæ infrà eod priùs ergo fuit posita prima diuisio actionum. Vel dicas secun

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Mistum. Adde Franci. Aret. in l.j. C. quando non peten. par. & quæ per eum habentur in l.j. de acqui. possess. circa fin. iiij. col. & in l. si emancipa. C. de collat. quòd non in materia correctiua, nec proprietate sermonis. & in l. cum antiquis. C. de inoffi. testa. quòd nec etiam in exorbitantibus. Et vide Dyn. hîc in prima columna circa principium.

b ¶ Misti. Vide do. Alex. de Imo in cō si. cxv. in iij. & iiij. col. in ij. parte. & in consil. xcvj. in vlti. colū. ca. parte. & in consi. lxxxx. in vij. col. in iij. parte. & in consi. c. in vlti. col. in si. ca parte. & in consil. xxvj. in iiij. col. ea. parte. & in consi. xvij. in vl. col. in iiij. parte. vbi ponit late de hac materia, & in consilio. xxviij in j. col. in iij. parte.

c ✻ Adde q & si ista opin. Petri de Anchar. in casu istius statuti videatur magis communiter approbata, vt per doctō. in l.ij. ff. de leg. j. tamen idem Iaso. in hoc sibi cōtrarius per plura in d.l. ij. tenet contra decisionē Petri de Anchar. & communi. quē ibi videas, & ibi dictis adde quòd in isto statuto ratio est ne mulier propter eius imbecillitatē facilè seducatur, sed hæc ratio cessat in donationibus cā mortis, cùm præsumptio iuris sit, quòd mulier de facili non donet l. sed si ego. §. fi. ff. ad velleia. imò contra naturā sexus muliebris est donare. l. si stipulata §. j ff. de don. inter vir. & vxo. cū ergo de facili mulieres non donent, & hmōi donationes cā mortis possint ad libitum voluntatis reuocari l. non omnis. in prin. ff. si cert. peta. l. fin. C. de don. cau. mor. iuncta l. iiij. ff. de adimen. leg. & sic cesset omnino ratio & mens statuentiū cessabit etiam dispositio. c. cū cessante. extrà de appel. l. sed si pater. §. non tantum. ff. ad Mace. & cùm simus in correctorijs, & non sit identitas rationis, non valebit argu. ad casum impropriū auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. c. cùm ducētus. extrà de consuetud. prætereà vrgentissimè contra communē sententiam instatur cui per-

dum Ioan. Fabr. hîc, quòd licet per illam diuisionem actionum positam in dict. §. sed istæ habeatur cognitio originis actionum, tamē quia per illam diuisionem nōn distinguuntur actiones specie: quod patet, quia reperiuntur personales, & reales actiones, aliquæ ciuiles, aliquæ prætoriæ: meritō fuit proponenda prima diuisio, quę continet naturam separatam, & diuisam actionum. & per quam actiones specie distinguuntur. cùm hac sol. se conformat Nic. de Nea hîc, in ij. oppo extra gl. post Iac. But. hîc. Sed posses de facili omnes istas sol. subuertere: cùm in tit suprà de obliga. §. j. sit obseruatus ordo in totum contrarius ei, quem istæ rationes concludunt: sed non cures de ratione ordinis, cùm sit sine vtilitate. ¶ In ea. glo. in fi. habetis ex hac gl vnum 26 ad quod continuò allegatur gl. ista, scilicet † quòd sub simplicibus contineatur mistum. Nam cùm Imperator hîc dicat, omnes actiones esse aut personales, aut reales, comprehendit etiam mistas: & sic ponendo de simplicibus, videtur etiam ponere de mistis. Et cū hac sol. transeunt communiter doc. hîc. Simile dicit Dyn. esse in l ij. in prin. ff. de ver. oblig. vbi iurisconsultus dixit quòd stipulationes quædam in dando, & quædam in faciendo consistunt: & tamen reperiuntur quędam stipulationes mistæ, quæ consistunt in dando & faciendo simul: vt est tex. in l. cùm seruus. in prin. ff. de condi. & demon. tamen Iurisconsultus in d.l.ij. in prin. nō ponit de hac mista stipulatione: quia illa comprehenditur sub simplicibus. Aduertite tamen ad propositum textus nostri secundum Ioan. Fab hîc: quia si volumus dicere quòd actiones mistæ cōstituant speciem de per se, vt sentit Ioan. in arbore sua actionum, qui posuit actionem personalem, realem, & mistam, tanquàm distinctas species, & sub distinctis articulis, negare non possumus, quin ista diuisio Imperatoris sit minus sufficiens, & imperfecta. Sed vos dicitē secundum Ioā. Fab. 27 hîc, & etiam Nic. de Nea. hîc, † q̄ mistæ actiones non faciunt speciem de per se: quia nulla est mista actio, quæ non sit subStantialiter personalis, vel realis. Nam actio finiū regundorū dicitur mista: vt in §. quædam. ff. eod. tamen verè est personalis: vt est tex. in l.j. ff. finiū regun. Similiter actio familiæ erciscūdæ, & actio communi diuidundo dicuntur esse mistæ: vt d. §. quædam. & tamen verè sunt personales, quia oriuntur ex quasi contractu: vt in §. item si inter aliquos. suprà de oblig. quæ ex quasi contractu. iuncto tex. nostro. Idem dicemus de actionibus in rem scriptis: quia illæ verè sunt personales: vt l. iij. §. est autem personalis hæc actio. ff. ad exhi. Et quæ sint actiones mistæ, & quare dicantur mistæ. Item quæ sint actiones in rem scriptę. Et quare dicantur in rem scriptæ, dixi opportunè suprà in euidentialibus huius textus. ¶ Ista ergo diuisio hîc posita erat sufficiens, & perfecta quo ad species actionum. & mittitur testari, permittitur causa mortis donare. text. est notab. qui facit hanc consequentiam in l. cùm hic status. §. si miles. ff. de don. inter vir. & vxo. & magis propriè ad terminos. q. nostræ cui remittitur solennitas in testando, remittitur in donatione causa mortis tex. est, & ibi gl. in l. Marcel. in prin. ff. de don. causa mortis, sed in hoc statuto nihil circa testamenti factionem immutatur: ergo nec indonatiōe causa mortis & optimè pro ista parte facit, quia sicut in generali concessione donandi non venit donatio cā mortis. l. si filius fam. §. fi. ff. de don. tit. gen. nec etiam in hoc statuto exorbitāti generaliter dispōnēte in cō tractibus cō prēdetur donatio cā mortis. item pro ista opin. adduco duo argu. quæ pro cōmuni sententia fiunt, & ita retorqueo illa oēs fatentur donationem cā mortis respectu consectionis habere naturā contractus gl. in l.ij. ff. de dote prælc. respectu effectū naturam vltimæ voluntatis l. fin. C. de don. ea. mor. & tradūt scribentes in d.l. ij. ff. de leg. j. sed statuētes vt ex ratione statuti. ſ. relata apparet, respectu effectus voluerunt succurrere mulierum fragilitati, cū leges rebus, & non verbis, imponantur l. fi. C. de vsu. c. commissa. de elec. in vj. sed respectu effectus non ęduntur mulieres, cū possint ad libitū hmōi donationes reuocare, vt suprà dixi: ergo non comprendentur donationes cā mortis in hoc statuto maximè cùm mulier possit diu cogitare num sibi expediat donationem cā mortis reuocare: arg. l. si mulier. la ij. C. ad velleia. nec obst. arg. Petri de Anchā. quod etiam retorquetur: & dico q̄ donatio causa mortis magis participat de vltima voluntate, quā de contractu, vt irrefragabiliter probatur in d.l. fi. C. de don. cau. mor. in §. j. insti. de don. in Lillud. ff. de don. cau. mor. vbi aperta regula ponitur q̄ donatio causa mortis in nulla parte vltimæ voluntati absimilis est: & probatur ex regula l. sicut. C. de act. & oblig. cùm ergo magis participet de

in d.§. quædam. erant bene positę quædam actiones differentes à personalibus, & à realibus actionibus nō specie, sed qualitate, quæ qualitates non constituunt specificas differentias: prout etiam dicit Barto. in l.j. in princip. ff. de acquirenda possess. in vltima col. & Bart. secūdum aliquas lecturas in lege secunda in secunda columna. C. de actionibus & obligationibus ¶ His, quantum est ad declarationem textus nostri, positis, reuertor nunc ad glossam nostram, quæ vult simpliciter 28 † quòd sub simplicibus contineatur mistum. [a] In quo a brocardo paucis concludendo dicite secundum Bart. in dicta lege secunda in principio. ff. de verborum obligationibus, quòd verum est, quòd sub simplicibus cō prehendantur, vel contineantur casus misti in tribus casibus. Primus est in fauorabilibus lege si ita scriptum in principio. ff. de liberis & posthumis & lege clemens. in principio ff. de hæredibus instituendis. Secundus est casus causa vitandæ contrarietatis dicta lege secunda. in principio iuncta dicta lege. cùm seruus. in principio. Tertius est casus, quando lex hoc exprimeret, vt hoc textu nostro: quem ibi, ita intelligit Barto. propter illud signum vniuersale omnium: licet ad hunc tex. possit aliter dici, vt proximè dixi ex mente Ioannis Fab. Extra illos casus tenet Barto quòd regulariter sub simplicibus nō contineantur casus misti, per legē vim passam. §. præscriptione. iuncta lege mariti. §. hoc quinquennium. ff. ad leg. Iul. de adulte. Et cum Barto. transeunt Bal & Ange. & communiter cæteri moderniores in dicta lege secunda in prin licet Rapha. Cun. ibi suo præclaro ingenio ausus sit tenere fortius, q̄ etiam in odiosis sub simplicibus contineantur casus misti, per tex. prima facie coloratum in l. si ita facta. ff. de iniusto rupto. & cum eo inclinat ibi pater, & præceptor meus dominus Alexan de Imol. ¶ Sed circa ista cadit 29 magis vtile dubium, † quid in statutis. An in statutis b sub simplicibus comprehendantur casus misti. [b] Bald. in hoc §. nostro. post princi. tenuit no. quòd non motus per tex in l. quid ergo. §. ité si alterius. ff. de his. qui no. infa. vbi videtur innuere tex. q̄ casus mistus cōprehendatur sub simplicibus ex sententia, & consequenter ex interpretatione, quæ non cadit in statutis. Pro hac decisione allego quod no. decidit Bald. in l. omnes populi. in viij. col. in prin. ff. de iu. & iur. vbi tenet q̄ statutum disponens quòd in contractu mulieris requiratur certa solennitas. non vendicabit sibi locum in persona mista, & consequenter in hermaphrodita. Allegat l. hoc legatum ff. de lega. iij. & hoc sequitur Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. extrà de constitu in versicu. venio ad primum membrum Nec istis obstat c q̄ in contingentia facti pulchrè consuluit [c] ✻ Petr. de Anc. in cōs. suo cccl xvj. inci. in Christi noīe dubium in hac quæstione facit scriptura donationis. vbi consuluit

quòd statutum disponens quod in contractu mulieris requiratur consensus propinquorum, extendatur ad mulierem facientem donationem causa mortis, & tamen certum est, quòd donatio causa mortis est mista, quia participat de contractu, & vltima voluntate: vt est tex. in l. fina. C. de donat. cau. mor. quia respondeo quòd donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm vltimę voluntati: vt est glos. nota. & ibi Barto. in l.ij. in princip. in ver. legatum. ff. de dote præleg. quo casu clarum est, quòd dispositio facta de aliquo simplici comprehendit mistum, quando illud mistum prævalet in illo simplici. l. quæritur. ff. de statu hominum. & no. Ange. in l.ij. ff. de verborum obligationib. Et per hoc limitarunt decisionem illam Bal. in dicta l. omnes populi. in viij. colum. de statuto aliquid requirente in contractu mulierum, vt non comprehendat personam mistam, scilicet hermaphroditam: quia decisio illa procederet, quando hermaphroditus non magis prævaleret in sexu masculino, quàm fœminino, sed si magis prevaleret in sexu muliebri, putarem, per prędicta, quòd statutum loqueus de casu simplici, & sic muliebri, comprehenderet casum mistum, & sic hermaphroditam, quæ magis prævalet dicto casu simplici: vt dicta l. quæritur. per no. per Angelùm in dicta l.ij. in principio. ¶ Per prædicta etiam verificatur quod no. decidit in proposito nostro, Bal. in l. hac consultissima. C. qui testamen. fac. possunt. in iiij. colum. vbi dixit quòd si statutum disponat, quod qui voluit secretè testari, scribat testamentum sua manu, & illud ponat in sacristia fratrum minorum coram septem testibus, quòd tale statutum non habet locum in casu misto, id est in donatione causa mortis, cùm illa magis accedat contractui, quàm vltimæ voluntati, vt proximè dixi, licet contrarium visus sit tenere Bald. in l. fina. C. de testament. vbi tenuit quòd si statutum permittat filiofamilias testari, tale statutum trahitur etiam ad casum mistum, vt intelligatur, etiam permittere filiofamiliàs, vt etiam posit donare causa mortis. Sed si bene aduertitis, Bald. non est sibi contrarius: quia loquitur in terminis diuersis, & diuersam rationem habentibus. ¶ Vltimò hæc glossa nostra, & prædicta inducuntur per Bal. hîc, & post eum per Ang. de Are. hîc ad no 30 tab. q. † Aliquis habet potestatem legitimandi spurios, item & legitimandi incestuosum. Pone ergo quod aliquis sit spurius, & incestuosus simul, an posset per istū legitimari? & sic erit q. vtrum priuilegium loquens in casibus simplicibus, trahatur ad casum mistum. In qua quæstione licet Bal. hîc non videatur se firmare, tamen pro nunc paucis vos concludite quòd sic. & ita tenet Bar. in d.l.ij. in princ. ff. de verborum obligationib. motus, quia sumus in fauorabilibus, in quibus sit extensio, ita vt sub simplicibus comprehendentur casus misti. d. l. si ita scriptum. in prin. ff. de lib. & posth. & d.l. clemēs. 31 in prin. ff. de hære. inst. Item quia sumus † in beneficijs, in quibus sit latissima interpretatio. l. si. ff. de cond. prin. Et ista consuevit esse magis communis conclusio doct. post Bar. in d.l.ij. in prin. De hac tamen q. si vultis plenius videre, vltra prælleg. videatis etiam Bar. Bal. Ange. & Imo. in d.l. si ita scriptum. in prin. & Angel. in d.l. clemens. in prin. & Io. Cal. qui fuit filius adoptiuus Ioā. And. de quo facit mentionem Bal. in prędictis locis. tenuit contra Bart. in dispu. sua incipiente, Papa concessit. & contra Bar. etiam tenet Io. And. in add. ad Specu. in titu. qui fil. sint leg. in rub. & Imo. in ca. at si clerici. in ver. de adul. ad finem. extrà de iud. & ibi etiam, per Ioā. And. & videte do. Anto. de Bu. in ca. per venerabilem. extrà qui fi. sint leg. in xxj. co. vbi concordando opinio

vltima voluntate secundū illius naturā iudicabitur. d.l. quęritur. ff. de stat. ho. Et hæc opin. contra communem placet mihi. Anton. Ange. Carcassona Sardus.

nes dicit quòd aut legitimatio non tendit in præiudicium tertij, puta quia fit patre viuente, & procedit opi. Barto. Aut tendit in præiudicium tertij, puta filiorum post mortem patris, & tunc procedit opin. tenentium contrarium. Et huic concordiæ adhæret Butr. in d.l.ij. in princ. secundum quòd hîc refert Ang. de Are. & ibidem etiam Pau. de Cast. & fortasis quòd tutius esset tenere hanc concordiam. De prædicta etiam quæstione vide etiam Ang. de Are. & hîc, & in locis hîc per eum alleg. & per do. Abb. Panor. in dicto ca. at si clerici. §. de 32 adul. in v. & vj. col. ¶ † Quid autem si aliquis esset spurius & incestuosus simul, & esset legitimatus, tanquàm spurius tantùm, non expresis qualitatibus suprà dictis, nunquid valeat talis legitimatio, nécne? Est quæstio, quam ponit Bal. in l. eam, quam. C. de fideicom. in col. ix. in prin. ver. sed pone, quidam. vbi tenet quòd requiratur expressio causæ, & qualitatis spurietatis, quando quis duplici defectu, & in vno est spurius, aliàs non tenet legitimatio. Et sequitur Ludo. Roman. in l. si verò. §. de viro. in xxxj. fallen. aliàs v. ff. solu. matr. & idem tenet Io. And. in add. Spec. in tit. qui fi: sint leg. in rubr. & do. Anto. de Bu. in c. per venerabilem. in xxvj. co. extrà qui fi. sint leg. De quo etiam videte Bal. in l. si qua illustris. C. ad Orfi. & Bal. in c. naturales. fi de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. paulò post prin. & per Canon. in c. fin. extrà de fi. pref by. per Oldr. Lau. in consi. xcvj. incipien. quidam textus. & Ang. in l. si non lex. ff. de hæredi. insti. per do. Benedictum de Plombino. in l.j. ff. de nata. restituend. Imò fortiùs dixit valde no. Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. in iiij. col. versic. 33 ego dico, quòd etiam in priu. legijs. vbi dixit † q̄ si aliquis impetrauit à principe se legitimari, dicens se natū ex soluto, & ex soluta, cùm esset natus ex adulterio, q̄ talis legitimatio non valet, nec tenet. quod dictum bene notabis ad prædictorum confirmationem. ¶ Glos. in ver. in rem. dicite vt melius dixi, & declarati in euidentialibus positis ſ. in prin. huius tex. ¶ Gloss. in versi. alijs quibusdam modis. diuiditur secūdum me in duas partes principales. In prima declarat tex. in specie quatuor modis. In secunda declarat textum in genere. Secunda ibi, & vt breuiter dicam. Illa prima potest subdiuidi in quatuor particulas, prout quatuor modis declarat in specie istum textum. Partes per se patent. Secunda ibi, vel dic hæc omnia. Tertia ibi, dic ergo. Quarta ibi, item de interdictis. ¶ In ea. glo. ibi, quod reprobatur quia ex quo dixit, &c. Hanc primam expositionē, quæ habet quòd textus noster in verbo, & alijs quibusdam modis, debeat intelligi de quasi contractu, & de quasi maleficio: licet glo. hîc impugnet, tamen eam sequitur communiter doct. hîc ea ratione: quia cum Iurisconsultus in d.l.j. in princ. ff. de act. & obli. dixerit q̄ obligationes nascantur aut ex contractu, aut ex maleficio, aut ex varijs figuris causarum, & Iureconsultus à d.l.j. vsq; ad l. ex maleficijs. in principio tractauerit de obligationibus, quæ sunt ex contractu de obligationibus, quæ sunt ex maleficio: postea à §. si quis absentis. in d.l. ex maleficijs. vsq; ad finem legis, incipit tractare de obligationibus, quæ fiunt ex quasi contractu, & ex quasi maleficio: & sic ibi prosequitur tertium membrum, scilicet ex varijs figuris causarum, ergo de mente Iurisconsulti est, quòd obligationes, quæ sunt ex quasi contractu, & ex quasi maleficio, dicantur oriri ex varijs figuris causarum cùm sequentia habeant declarare præcedentia: vt l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legat. j. Et ista fuit originaria ratio Dy. hîc, quā cæteri omnes hîc ponūt, & sequuntur. Et per hanc rationem tenet etiam istam

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Intelligi, Quomodo autẽ verba sunt intelligenda vide do. Alc. de Imo. in cõsil. lxxxiij. in iij. & vij. col. in ij. parte. & in cõsil. xl. ij. co. ea. par. & in cõsil. cix. in iij. part. & do. Vin. Palleo. in cõsil. lxvj. inter cõsil. do. Alex. in iij. parte.

b ⁂ Adde q̃ licet Iaſ. ibi allegẽt Bart. ibi contrarium, tamen reſtè intuendo ſaluari poteſt à contrarietate: quia Barto. in d. l. apud Iulianum. §. fin. loquitur quando ſtatutum dicit q̃ mulier non poſſit contrahere. & in l. mutum. §. j. ff. de acqui. hæred. loquitur quãdo ſtatutum dicit q̃ mulier non poſſit obligari, quæ duo ſtatuta longè in verbis differunt, vt hîc per Ange. de Are. Quæ cõcordia ſunt Mathefil. in ſuis notabil. prout eum refert Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in viij. colum. ff. de pa. vbi videas Iaſ. ferè omnia, quæ hîc dicentem. Carcaſſona Sardus.

c ⁂ Adde q̃ Abb. in d. ca. fin. cõ. xj. verſic. venio ad glo. ij. non dicit id, quod Ia. refert, ſed dicit propriè contractum eſſe vltrocitroq; obligatorium. per d. l. Labeo. Cæteri verò impropriè, & largo modo in cauſa renuntiationis, & tamen conſtat† quòd diſtractus, & renuntiatio [a] non ſunt propriè contractus l. ſi quam ad hoc ibi no. Bal. C. de interd. matri. & d. §. contractum. & ſic ex identitate rationis extenditur illud ſtatutum ad contractum impropriũ, ergo idem dicemus & in caſu contrario. Ex prædictis poteſtis elicere quòd in ſtatutis poteſt fieri extenſio ad caſum improprium ex identitate rationis, quando vnica tantùm ratio poteſt in ſtatuto illo reddi. Et de prædicta quæſtione principali. vide etiam do. Ab. Panor. in c. qua fronte.

41 in j. col. de app. † Aduertite tamen quòd dictum ſtatutum prohibens mulierem contrahere ſine cõſenſu propinquorum, intelligitur de contractibus inutilibus, & damnoſis. [b] Ita dixit notanter Bal. per illum tex. in l. neque. C. de contrah. & commit. ſtipul. Et per hoc infero vnam limitationem ad concluſionem, quam ſ. tenui,

42 † quòd ſtante ſtatuto, de quo ſuprà mulier, tamen poterit ſine ſolennitate illius ſtatuti adire de per ſe hæreditatem lucroſam, & multò magis opulentam. Et hoc in terminis iſtis, & in ſpecie tenet expreſsè Ange. in d. l. mutum. & ff. de acquiren. hæred. & Ang. & Imo. in l. ij.

43 ff. de excep. † Et quæ dicatur hæreditas lucroſa, & quæ opulenta, habetis glo. no. quam reputat Bal. ibi ſingularem. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſeruus ſiſci. in verbo, hæreditate. ff. de acquiren. hæred. ¶ Item aduerte quòd ſtatutum, de quo ſuprà debet intelligi de contractu, qui ſit circa res, & bona. non autem de contractu, qui ſit circa

44 perſonam. † Et ideo ſtãte dicto ſtatuto, mulier tamen poterit contrahere matrimonium ſine conſenſu duorum conſanguineorum. Ita Bal. in l. in copulandis. per il lum tex. C. de nup. Et dum ſuprà dixi, ſecundum Ang.

45 de Are. † quòd ſi ſtatutum diceret, quòd mulier non poſsit ſe obligare ſine conſenſu duorum conſanguineorum, quòd iſto caſu non poſsit de per ſe adire hæreditatem: quia adeundo ſe obligaret. Addo quòd ad hoc bene facit quod notab. voluit Bar. in l. ſi vnus. §. pactus. ff.

46 de pac. in vj. co. Vbi fortiùs voluit, † quòd ſtante ſtatuto, de quo ſuprà in terminis illis non poſſet etiam mulier aliquem liberare. Et hoc etiam tenet ibidem Bald. Putarem tamen in terminis illius ſtatuti, q̃ ſtatutum illud poſſet notabiliter limitari, vt non habeat locum in obligatione deſcendente ex delicto, vel quaſi delicto. nã crederem, q̃ etiam non interueniente ſolennitate illius ſtatuti, & conſequenter non interuenientibus conſanguineis, quòd nihilominus mulier obligaretur ex delicto ſuo, & ex quaſi delicto. Mouet me illud, quod in ſimili videmus: quia prohibitio legis vetantis minorem, & prodigum ſe obligare, non refertur ad obligationem ex delicto, vel quaſi: vt no. glóſſ. in l. ſi quis in tantam. in glo. mag. in v. q. C. vnde ⁂ vi. & ibi Bar. in iij. colum. & Barto. in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. in vlt. col. in verſicu. quæro nunquid prodigus delinquendo obligetur. Et pro hac limitatione adduco in ſimili optimum text. in l. ſed & ſi ex parte. §. quamquàm. ff. quod cũ eo. ¶ Vltimò, quia ſuprà opportunè vidimus an ſtatutum faciens mentionem de contractu extendatur ad contractum improprium, poſſem hîc appplicare illam quæ-

47 ſtionem, quæ eſt impropriè contractus, vt vult Bartol. in l. ſi donationis. C. quod metus cauſa. de qua quæſtione videte per Ioan. de Imola. in l. v. in principio. ff. de verborum obligationib. ¶ Item an illud ſtatutum extendatur ad donationem, & ad tranſactionem, qui impropriè dicuntur contractus: vt eſt glo. no. in l. contractus. in glóſſ. j. C. de fide inſtrumen. videte ibi per Bald. in ij. colum. in verſi. quid ergo, ſi ſtatutum dicit. ¶ In eadem glóſſ. ibi. ff. de actio. & obligat. l. j. in princi. Habetis

48 ex glóſſ. † quòd condictio furtiua dicitur oriri ex varijs figuris cauſarum, & conſequenter quòd non oritur ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi. Idem tenet glóſſ. in l. ſi pro fure. §. fina. in glóſſ. fina. ff. de condi. fur. & idem viſa eſt tenere glóſſ. in dicta l. j. in princi. in glóſſ. prima. mag. paulò poſt principium. ff. de actio. & obligatio. Et quomodo condictio furtiua dicatur oriri ex varijs figuris cauſarum, declarat, & probat prælegata glóſſ. in dicta l. ſi pro fure. §. fin. & dicta glóſſ. in dicta l. j. in princ. Et iſtud idem tenet Salic. in dicta l. ſi pro fure. §. final. non per rationem dictarum glóſſ. ſed per aliam rationem. Nam illa dicitur eſſe actio perſonalis;

49 † quæ habet cauſam vel originem à contractu vel quaſi, à delicto vel quaſi: vt hoc tex. Illa verò dicitur realis actio, quæ habet cauſam, vel originem à iure, quod quis habeat in re: vt hoc eodem tex. & l. j. C. de alie. iudi. mutan. cau. fact. Si ergo inueniatur aliqua actio, quę habeat vtrunque, ſcilicet cauſam, & originem, illa dicetur naſci proprio quodam iure ex varijs figuris cauſarum. Et hoc eſt, quod voluit propriè dicere Iuriſconſultus, in dicta l. j. in princi. Sed condictio furtiua eſt huiuſmodi. Nam ex parte rei condictio furtiua dicitur oriri ex maleficio, ex parte verò actoris oritur ex dominio. Hinc eſt, quòd ſoli domino competit. l. j. ff. de condictio. furt. Ergo condictio furtiua dicetur oriri ex varijs figuris cauſarum. Et per hanc rationem etiam inclinat in hanc partem Ange. de Aret. hîc. Contrarium tamen, ſcilicet quòd condictio furtiua oriatur ex maleficio, & non ex varijs figuris cauſarum, tenuit glóſſ. in l. ſeruus, quem à me. in principio. ff. de actio. emp. in glóſſ. paruula. in verbo, non haberem. quam allegat Ang. de Are. hîc, & ante eum Nico. de Neapo. hîc. Et hoc idem tenet Dyn. & Ioan. Fab. hûc per l. ſi ambo. §. quoties. ff. de compenſat. & per l. ſi mulier. §. hæc actio. ff. rerum amotarum. per quas leges idem tenuit Barto. poſt antiquos & Moder. in dicta l. prima. in princip. ff. de actio. & obligatio. in j. columna. & idem Bartol. in dicta l. ſi pro fure. §. fina. & idem Bartol. in dicta l. ſi ambo. §. quoties. qui etiam ibi notat ad hoc illum textum. & Bartol. in dicta l. ſi cùm mulier. §. hæc actio. Sed in veritate illæ leges non multùm vrgent pro hac parte, & ad eas poteſt faciliter reſponderi, prout etiam reſpondebat Ange. de Aret. hîc; nam in dicta l. ſi ambo. § quoties. in ver. idem eſt. bene dicitur quòd ſi agatur condictione furtiua, ita habeat locum compenſatio, ſicut ſi ageretur actione, quæ oritur ex delicto, puta actione furti: non autem dicitur quòd condictio furtiua oriatur ex delicto, imò potius textus ille videtur ſentire contrarium. Eodem modo in

50 dicta l. ſi cùm mulier. §. hæc actio. bene dicitur † quòd actio rerum amotarum ita non finitur anno, ſicut condictio furtiua: non autem dicitur quòd condictio furti ua oriatur ex maleficio. Et licet ſuprà dictum eſſet, quòd actio rerum amotarum naſceretur ex delicto, vbi de condictione furtiua verbùm nullum. [d] ⁂ Concludendo igitur dico, quòd quamuis poſsit teneri quòd condictio furtiua oriatur ex varijs figuris cauſarum, per rationes glo. ſ. allegatarum, tamen de ea non poteſt loqui tex. in d. l. j. in prin. eo quia ille tex. loquitur de obligationibus, quæ oriuntur ex varijs figuris cauſarum, non autem loquitur de actionibus. Et propter hoc Bar. ibi impugnat quoddam exemplum Pe. de Bel. per intelligentis illum tex. loqui de actione in factum. per l. ſancimus. C. de ſac. ſanct. eccle. prout ſuprà ante eum intellexerat illum text. glóſſ. in d. l. ſi pro fure. §. fina. in glóſſ. fina. ad finem. & glo. in rub. ff. de pact. & Pet. de Bel. per Iacob.

d ¶ Adde q̃ in dicto §. hæc actio. optimè probatur ex maleficio cõ dictionẽ furtiuam oriri: quia Iuriſcõſultus arguit à ſimili. Nã dubium in illa deciſione erat: quia rerum amotarum actio ve nebat ex delicto: ideo videbatur qd anno finiret. Tamen hoc non obſtante Iuriſconſultus contrarium decidit ex quo contnet rei perſecutionem. Et ad tollẽdum obiectum, q̃ oriebatur ex delicto, dat ſimilitudinẽ, in condictione furtiua, q̃ oritur ex delicto, tamen quia rei perſecutionẽ cõtinet, anno non finitur. Vel, ſi vis, dic q̃ dat Iuriſconſulti in ſtantiã ad reſeliendum argumentũ cõtrarium, quia data corruit. argumẽtum e. ſicut vrgeri. j. qõ. j. eſt bonus text. quem ad hoc ſolet allegare domin⁹ & præceptor meus Maria. Soci. Iunior. in §. pauonũ. inſti. de rerũ di. alioquin ſi militudo vel inſtantia iuriſcõſulti nõ eſſet bona. & ſic vrgenter probat ille tex. cõdictionem furtiuã ex delicto oriri. & ſolut. Ang. de Are. & Iaſ. ſunt verbales, vt ex iſtis patet & ita teneo, quicquidipſi dicant. Carcaſſona Sardus.

expoſitionem Bartol. in dicta l. j. in princi. ff. de actio. & obli. in j. colum. Nec obſtabit prædictæ expoſitioni reprehenſio glo. noſtræ, dum dicebat quòd appellatione contractus, veniunt quaſi contractus, & appellatione maleficij, veniunt quaſi maleficia: quia ſecundum Dynum. hîc, & expreſsiùs ſecundum Ioan. Fab. hîc, nulla le

34 ge reperitur, † quòd appellatione contractus, vel maleficij, veniant quaſi contractus, vel quaſi maleficium, niſi per ſubauditionem, vt facit glóſſ. hîc, & in iuribus per eum allegatis. Dicunt tamen quòd pro glo. facit vnum eorum in l. ex contractibus. ff. de actio. & obligat. Nam actio tutelæ eſt ex quaſi contractu, & tamen textus ibi appellat tutelam contractum. Ad idem etiam pro glóſſ. facit. nam negotiorum geſtor quaſi contrahit in §. j. ſ. de oblig. quæ ex quaſi contract. & tamen lex appellat illum contractum, in l. ſed cùm aliquis. ff. de ne go. geſt. Præterea pro glo. facit. nam hæres adeundo dicitur quaſi contrahere. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & oblig. §. hæres quoque. ſ. de oblig. quæ ex quaſi contrac. & tamen lex appellat talem aditionem contractũ, in dicta l. apud Iulianum. §. fina. & in l. ſequen. paruula. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur. Sed ad iſta iura licet doctores hîc in ſpecie non reſpondeant, poteſtis dicere quòd propriè appellatione contractus non venit quaſi contractus, ſed impropriè, prout in iuribus ſuprà proximè alleg. Ita dixit glóſſ. no. in l. omnem. in glo. fi. ff. de iud. & Bar. in dicta l. apud Iulianum. §. fin. Accedat gl. no. in c. fin. in verbo, contractus. extrà de foro compe. quæ not. dicit q̃ appellatione contractus largiſsimè venit quaſi contractus, & omne illud, vnde obligatio oriatur. per dictam l. omnem. Stabit ergo ex prædictis concluſio cõtra glo. noſtram, quòd appellatione contractus non venit propriè quaſi contractus. Et per hoc infert hîc An

35 ge. de Are. † quòd ſtatutum loquens in contractu, non haberet locum in quaſi contractu, cùm in ſtatutis verba debeant propriè intelligi, [a] & propriè appellatione contractus, non venit quaſi contractus. Vnde, ſecun-

36 dum eum, † ſi ſtatuto caueatur quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorũ, poterit tamen quaſi contrahere, & ſic adire hæreditatem ſine conſenſu conſanguineorum. Secus tamen dicit Ang. de Aretio, ſi ſtatuto caueatur quòd mulier nõ poſsit ſe obligare ſine dicta ſolennitate, quia tunc mulier non poſſet adire, vel aliter quaſi contrahere, ſine ſolennitate ſtatuti, quia obligaretur. Addo, quòd ſtante primo ſtatuto, de quo ſuprà ſcilicet quòd mulier non poſsit contrahere, ſine conſenſu duorum conſanguineorum, quòd tamen poſsit adire hæreditatem. Hoc idem in terminis tenet Bar. in [b] ⁂ d. l. apud Iulianum. §. fi. motus, quia adire hæreditatem, eſt impropriè contrahere, & ſtatuta debẽt accipi in propria ſignificatione. Et hãc eandem partem ſequuntur Bal. & Imo. in l. mutum. §. j. ff. de acqui. hæred. per rationem Bart. de qua ſuprà. Et vltra eos pro hac opi. Bar. videtur optimè facere, quod voluit Abbas [c] ⁂ Panor. in c. fina. extra de foro compe. poſt glo. ibi, vbi voluit quòd licet quo ad ſortiendum forum omnis obligatio habeatur pro contractu, tamen, ſecundum eum, ſi ſtatutum diceret, aut faceret mentionem de contractu, intelligeretur de contractu vltrocitroq; obligatorio, & ſic de contractu proprio. Alleg. l. Labeo. §. contractum. ff. de verbo. ſignifi. tamen contra hoc dictum Panor. facerent multa, quæ infrà ſubijciã. Sed ipſemet Bar. in l. more, in prin. ff. de acquiren. hære. arguit ad partes. Et primò quòd ſtante prædicto ſtatuto poſsit mulier adire hæreditatem ſine conſenſu con-

37 ſanguineorum, adducit, † quia adire non eſt contrahere, ſed quaſi contrahere. In contrarium, quòd non poſſit, facit ſecundum eum, quia pro contractu accipitur omnis obligatio d. l. omnem. ff. de iud. & mulier adeundo ſe obligaret. Poſteà his adductis ibidem Barto. nihil firmat, ſed ipſemet Bar. ali. ibi contra morem ſuum ſibi contrarius. d. l. mutum. §. j. ff. de acquirend. hæred. tenet totum oppoſitum eius, quod ſuprà primò retuli, ſcilicet, quòd ſtante ſtatuto, de quo ſuprà mulier non potest per ſe ſimpliciter adire hæreditatem, niſi adeat cum ſolennitate ſtatuti, & ſic cum conſenſu conſanguineorum. Et hoc dicit probari in dicta l. more. in princip. ff. de acquiren. hæred. Ego teneo hanc vltimam opi. Bart. teneant cæteri quicquid velint, ſcilicet quòd ſtante ſtatuto, de quo ſuprà mulier non poterit per ſe quaſi contrahere, & ſic nec hæreditatem adire, niſi interueniente ſolennitate ſtatuti. Et pro hac parte fundanda, mo-

38 ueor tali fundamento, † Vbicunque in ſtatuto vnica tã tùm ratio reddi poteſt, illa habetur pro expreſſa, [d] & ex ea arguitur extenſiuè. [e] Glóſſ. eſt, quæ in communi ad hoc allegatur pro ſingulari. in l. quamuis. C. de fideicõ. & ibi expreſsiùs Bal. qui illam glóſſ. ad hoc no. & ibi dicit quòd iſto caſu iſta non erit interpretatio extenſiua ſed intellectiua. & idem quod illa gl. tenet Bal. licet de illa non fuerit pro tunc memor. in l. maximum vitium. in iiij colum. ad finem. C. de liber. præteriti. vbi pro hoc allegat multa iura, & Bal. in l. fin. ff. de hæred. inſtituen. & Ioan. de Imo. in iiij. colum. & Bald. in authenti. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. in ij. colum. in iij. quæſt. & Rapha. Cuma. & Pau. de Caſt. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. Et licet glóſſ. illa ſoleat allegari pro ſingulari, & licet glóſſ. illa mihi hoc non dicat, ſed bene expreſsè eam notet Bald. ibi, addo tamen aliam glóſſ. conſonam, & magis expreſſam, in clemen. prima. in verſic. ligatur. extrà de electio. iunctis ibi notatis maximè per Paulum de Eleaza. Cùm ergo illius ſtatuti de conſanguineis adhibendis in contractibus mulierum, illa ſola ratio fuerit, ne mulieres per fraudem, & circunuentionem defraudentur, vt eſt tex. in l. tranſactionem. & illũ ad hoc ibi no. Barto. C. de tranſact. Cùm ergo illa ratio habeat locum ita quaſi contractu, & ſic in hæreditatis aditione, ſicut & in contractu, ergo ſtatutum illud extẽdemus ad quaſi contractum. Non obſtat fundamentum ejuſdemmet Bart. in dicta l. apud Iulianum. §. fin.

39 & aliorum contrarium tenentium, ſcilicet † quòd adire hæreditatem eſt impropriè contrahere, & ſic quaſi contractus, dicitur impropriè contractus, quæ impropriatio non habet locum in ſtatutis: quia reſpondeo q̃ fundamentum, de quo ſuprà quòd cùm in hoc ſtatuto non poſsit aſsignari niſi vnica ratio, quòd ex identitate rationis illius debet fieri extenſio, etiam ad contractum improprium. Et pro hoc adduco quod notabiliter voluit Baldus in rubrica. C. de pactis. vbi voluit, quòd ſi per ſtatutum mulier prohibeatur contrahere ſine conſenſu propinquorum, quòd etiam intelligetur prohibita omnis conuentio ad liberandum, & tamen liberatio non eſt propriè contractus. dicta lege Labeo. §. contractum. ſed ex quo eſt identitas rationis, ipſe Baldus, extendit illud ſtatutum etiam ad contractum improprium, ergo idem dicemus & in iſto caſu noſtro. Ad idem facit quod notan. dixit Baldus in l. pactum, quod dotali. C. de collationibus. in vndecima quæſtione. vbi voluit quòd ſtatutum illud prohibens mulierem contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, habeat locum in diſtractibus, & conſequenter in renuntiationibus. Motus, quia ſtatutum illud prouidet imbecillitati mulierum. Quæ ratio prouiſionis habet locum in caſu

a ¶ Renuncia tio. Adde d. Alc. de Imo. in l. ſi vnus. 9. pactus. in add. ad Bart. ff. de pact. & Pau. de Caſt. in conſil. xl. & de diſtractu Bald. in conſil. incipi. In Dei nomine, Amen. ille dicitur habere.

¶ Et dãnoſis Sed nunquid tale ſtatutũ habeat locum renũtiatiõe facta per filiam patri, vide do. Alc. de Imo. incõſi. xxix. in pen. col. in iij. parte. vbi etiam quid ſi velit vendere vni ꝓpinquo, & nunquid ſtatutũ loquens incõtractibus habeat locum in contractibus iuratis à minore, vide per eũ in conſil. cvj. in vlt. colum. in iij. parte.

b Sed illa gl. in d. l. ſi quis in tantam. reſpectu prodigi communiter reprobatur, vt ibi ꝓ Bart. & alios Sardus.

c ¶ Sed illa gl. in d. l. ſi quis in tantam. re ſpectu prodigi communi ter reprobatur, vt ibi ꝓ Bart. & alios Sardus.

d ¶ Pro expſſa. Vide do. Alc. in conſi. xlv iij. in iij. co. in j. part. & in conſilio lxxx. ĩ iij. co. & in conſilio cvj. in pe. co. ea. parte. j. & in conſi. lxxvij. in fi. in ij. parte.

e ¶ Extẽſiuè. Videdo. Alc. in cõſi. xciij. in fi. in ij. parte. & in conſi. clxxxij. ſv. co. & in cõſi. clxxxviij. in ij. col. in eadẽ ij. parte. & in cõſ. clxxxix. in j. & ij. col. in iiij. parte. & in cõſilio xxij. in ij. co. ea. parte.

do. De ſtatu toverò nullum verbum quod quæſtioni noſtræ adaptari poſſit. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Ra.& Rodul.de Auricur.hîc, ſecundum quod eos refert hîc Nico.de Neapo.Nam dicit Bar.quòd exemplum illud de actione in factum,non poteſt conuenire ad dictam l.j.in princip.cùm lex illa loquatur in obligationibus,& exemplum prædictum in actionibus. ¶ In fin.gloſſ.tenete quod ſuprà tenui. ¶ Glo.in ver.nullo iure.diuido in duas partes.In prima colligit ex tex.vnum notabile.In ſecunda contra illud notabile oppo.& ſolu. Secunda ibi,ſed oppo. ¶ In ead.gloſſ.in finalibus verbis, ibi,teneris.ergo es obligatus.non ſequitur.Pro hac gloſ. facit:nam cùm iſte teneatur ſolùm officio iudicis quo ad reſtituendum,vt dicit gloſſ.certè † officium iudicis nullam præſupponit obligationem.l.qui per colluſionem.in fin.ff.de act.emp.l.Quintus.ff.de annu.leg. niſi largo modo.ſecundum quod dicit Barto.in l.ſi.ff.de in-
52 iurijs.Et ad hanc gloſſ.quæ diſputat † an ille,qui tenetur actione reali,dicatur obligatus.vide glo.ſ.eodem.in prin.in gloſſ.fin.in ver.debetur.in prin.& ibi opportunè dixi.Hanc tamen gloſſ.volentem quòd actio realis nullam præſupponat obligationem,quidam reprehendunt,& Rodul.de Auricur, ſecundum quod eum refert Nicol.de Neapo.hîc:& ponunt etiam hanc repre-
53 henſionem Ioan Fab.& Ang.de Are.hîc. † Nam actio de peculio,dicitur actio in rem.l.quæſitum.in prin.ff.de pecul.& tamen illa actio præſupponit obligationem. ꝙ patet, quia ei accedit fideiuſſor: vt l.creditorem. ff.ad Macedonianum.iuncta l.fideiuſſor obligari. §.fideiuſſor.ff.de fideiuſſo.Item patet,quia poteſt deduci in conſtitutum.vt l.j.§.fin.& l.ſequen.ff.de conſtitu.pecu. Sed per iſta non recedatis à gloſſ.noſtra,quam tenent cæteri communiter docto.hîc.Et pro ea eſt textus apertus in hoc §.noſtro.in ver.nullo iure obligatus eſt.Et non obſtat primum de actione de peculio,quæ eſt in rem,et præſupponit obligationem: quia ei accedit fideiuſſor, quia reſpondeo, etiam fatendo quòd actio de peculio ſit in rem,tamen non firmo.Sed dicite vt per Bald.in l.
54 penul.C.quod cum eo. Tamen non eſt perpetuò,id eſt, generaliter verum illud,quod poſtea ipſi dicunt: Accedit fideiuſſor,ergo præſupponit obligationem.Nã cla-
55 rum eſt † quòd officium iudicis nullam præſupponit obligationem:vt iuribus ſuprà proximè allegatis: & tamen officio iudicis, etiam non deſeruienti alicui actioni,accedit fideiuſſor:vt not.Bartol.in l,Marcellus.in ij. colum.ff.de fideiuſſ.per textum.in l.cùm quis.§.ſi quis pro reo.ff.de ſol.Et eſt caſus,ſecundum eum,in l.pecuniæ.§.fin.iuncto §.penul.ff.de verbo.ſigni.quæ l.pecuniæ.quamuis non inducatur per Barto.tamen optimè
56 probat hoc modo inducendo. † Nam fideicommiſſa de iure Digeſtorum petebantur officio iudicis, non iure actionis.Ita dicit tex.in dicta l.pecuniæ.§.perſecutionis.qui eſt §.pe.per Bar.allegatus.& ibi gloſ.declarat.Si ergo fideicommiſſa non petebantur niſi officio iudicis, & clarum eſt ꝙ pro fideicommiſſo accedit fideiuſſor, eo quia fideicommiſſa dicuntur eſſe debita: vt dicit tex. in §.fin.illius l.pecuniæ.ergo officio iudicis bene accedit fideiuſſor.Et iſtud idem, ſcilicet ꝙ officio iudicis poſsit accedere fideiuſſor,tenet etiam Baldus: per dictam legem pecuniæ.§.penaltimo.& fina.in l.penultima. C. quod cum eo.& ibi ſentit no.ꝙ etiam actioni reali, quæ nullam præſupponit obligationem,vt hoc tex.poſsit ac
57 cedere fideiuſſor:quia ille,qui tenetur actione reali, largo modo dicitur obligatus. Non obſtat vltimum † ꝙ actio de peculio poſsit deduci in conſtitutum: quia reſpondeo ꝙ etiam omne illud,quod largo modo eſt debitum, poteſt deduci in conſtitutum.l.j.§.debitum. ff. de conſt.pecu.Et ſic etiam actio realis poſſet in conſtitutum deduci,cùm largo modo præſupponat obligationem,vt millies dictum eſt. ¶ Aduertite tamen dum ſu-
57 prà dixi de actione de peculio,ne erretis. † quòd actio de peculio,& eodem modo,quod iuſſu,de in rem verſo,& eodem modo,inſtitoria,exercitoria,& tributoria non ſunt propriè actiones,ſed adiectiones,ſiue qualitates actionum.de quo eſt gloſſ.no.in §.fina.in verb.directè.ſ.quòd cum eo.& gloſſ.in l.ſi tamen.§.hæ actiones. in gloſſ.j.ff.de exerc.& tex.in l.iij.§.Iulianus quoq;. ver. & ibi gloſſ. in verbo,mandati.ff.de pecu.cum alijs concordan. ¶ Gl.in verbo,poſsideat. diuido in duas, prout duo extrema ponit,quę requiruntur in actione in rem. Secunda ibi,item ex parte rei. ¶ In eadem gloſ.ibi,& §.
58 quod ait,vult gloſſ.ꝙ in actione in rem ex parte actoris requiratur alterum duorum, dominium, vel quaſi dominium.In hoc glo.reprehenditur per Dynum hîc, quia imò † actio in rem competit ei,qui non habet dominium,nec quaſi dominium: vt patet in actione in rẽ hypothecaria,quæ competit creditori pro pignore, in quo impoſsibile eſt, quòd creditor habeat dominium, vel quaſi.l.ex ſextante.§.Latinus.ff.de except.rei iudi.&
59 l.debitor.in princi.ff.ad Trebel.† Item confeſſoria,eſt actio in rem, & tamen non competit ratione dominij vel quaſi,ſed ratione iuris ſeruitutis,quod quis habeat: vt in §.æquè.ſ.eodem.Sed ab iſtis impugnationibus defendebat hanc gloſſ.Nico.de Neapo.hîc.qui dicebat ꝙ licet gloſſ.loquuta ſit generaliter de actione in rem,debet tamen ſimpliciter intelligi de actione in rem ſpecia li,& ſic de rei vendicatione directa vel vtili,de qua tantùm loquitur iſte text.& ſic prima contraria non obſtant.Sed ſi iſto modo intelligeretis iſtam glo.iſta gloſſ. malè diceret in alio, cùm dicit de bonæfidei emptore,
60 quia non eſt verum,† quòd bonæ fidei emptori competat directa vel vtilis rei vendicatio,ſed ſibi competit Publiciana:vt in §.ſed iſtæ.ſ.eodem.Et in hoc gl.reprehenditur per Ioan.Fab.& Ange.de Are.hîc.Sed ſi intelligeremus gloſſ.prout iacet:& ſic generaliter de actione in rem,verum eſſet quòd bonæ fidei emptori competeret actio in rem,ſcilicet Publiciana, quæ eſt actio in rem.dicto §.ſed iſtæ.& hoc motiuum non obſtaret. Sed tunc bene obſtarent motiua Dy.ſuprà relata. Dicite ergo ſecundum Dynum, & Nicol.de Neapol. hîc, quòd in actione in rem generaliter ſumpta requiritur alterum de quatuor,vel dominium directum, quo caſu competit directa rei vendicatio,vt hoc §. noſtro. & l.j. C.de aliena.iudic.mutand. cauſ. fact. & l.in rem.in principio.ff.de rei vendicatione. vel vtile dominium, quale eſt illud,quod habent emphyteuta, & ſuperficiarius,quo caſu competit vtilis rei vendicatio.l.prima.§. fina.ff.ſi ager vectiga.vel emphy.pe.& l.j.in principio. & §.quod ait.ff.de ſuperfi.vel quaſi dominium, quale eſt illud,quòd habet bonæ fidei emptor, qui nondum vſucepit:quo caſu competit Publiciana:vt dicto §.ſed iſte.infrà eodem.Vel neceſsè eſt quòd habeat aliud ius in re,vt ius ſeruitutis, & tunc habeat confeſſoriam. vt dicto §.æquè.ſ.eodem.Vel ius pignoris:& tunc habeat Seruianam,ſeu hypothecariam,vel quaſi Seruianam:vt in §.item Seruiana.infrà eodem. ¶ Item eſt & aliud circa hanc gloſſ. diligenter aduertendum. Gloſſ. dicit de quaſi dominio. Aut enim gloſſ.intelligit de quaſi dominio,pro vtili dominio: & gloſſ.malè dicit, & reprehenditur per Ioan.Fabr.& Angelum de Aret.hîc: quia bonæ fidei emptor,de quo etiam gloſſ.dicit, non habet vtile dominium. Quod clarè patet:quia ſi haberet vtile dominium, præferretur domino directo: vt eſt tex-
in di[illegible] l.j.§.fina.ff.ſi ager vectigal.vel emphyteu.peta.

& tamen

& tamen hoc eſt falſum,quia bonæ fidei emptor,& ſic habens Publicianam,regulariter excluditur à vero domino.l.penul.& fin.ff.de pub.niſi in caſibus enumeratis per gloſſ.in dicta l.penul.ergo non eſt verum,quòd bonæ fidei emptor habeat vtile dominium. Si verò gloſſ.intellexit de quaſi dominio,prout verba ſonant, & ſic non pro vtili dominio:etiam male dicit,& reprehenditur hîc per Nico.de Neapo.quia imò emphyteuta,& ſuperficiarius,de quibus hæc glo.dicit,habent vtile dominium,& non quaſi dominium.dicta l.j.§.fi.ff.ſi ager vectiga.vel emphy.pet.& dicta l.j.in princip.& §. quod ait.ff.de ſuperfi.Et dicit Nico.de Neapo.quòd ab hac impugnatione non poſſet hæc gloſſ.defendi. Et ſic quomodocunque intellexerimus hanc gloſſ.dum dicit de quaſi dominio,non poterit gloſſ.euitare,aut effuge re reprehenſiones doctorum.Ego tamen reperio Bald. qui hîc per alios non allegatur,in c.j.§.j.iuxta princi. in titu.de inueſt.de re alie.fact.in vſibus feudorum.ex cu-
61 ius verbis poteſt elici defenſio glo.noſtræ. † Nam,ſecũdum eum,quaſi dominium poteſt duobus modis intelligi largè :& hoc modo appellatione quaſi dominij
a veniet nedum vtile dominium,quod habent emphyteuta & ſuperficiarius,ſed etiam quaſi dominiũ quòd habet bonæ fidei emptor,& hoc modo ſaluabitur gloſ. hîc.Poteſt & ſecundo modo intelligi quaſi dominium ſtrictè: & tunc capitur tantùm pro eo quaſi dominio, quod habet bonæ fidei emptor.& ita ſtrictè non intelle xit gloſſ.hîc. ¶ Et de directo dominio,vel vtili dominio,item & de quaſi dominio,habetis gloſſ.no.in l.minor.§.ſi ſeruus.ff.de euict.in glo.in ver.ſupererit.& ibi Barto.declarat in quo iſta differant inter ſe.Et alibi dixit gloſſ.valde notabil. in lege ſecunda. §.quædam.in verbo. de liberis.ff. de interdictis. quòd ſicut eſt dare poſſeſsionem,& quaſi poſſeſsionem, & dominium &
62 quaſi dominium,ita † etiam eſt dare proprietatem & b quaſi proprietatem. b Et ad hoc illam glo. reputat ſingularem Bal.in dicto cap.j.§.j.in prin. iuxta princip.de
c inueſt.de re aliena fac. ✱ c Sed de hoc,quòd ſit dare proprietatem,& quaſi proprietatem,allego tex.expreſſum in cap.fin.extrà de iud.& proprietas dicitur dominium quod multis modis acquiritur.Ita eleganter dixit Paul. de Eleaza in commento rubricæ,extrà de cauſ. poſſeſſ. & prop.De quo tamen videte Bal.in l.penul.in penult.
63 co.C.ſi à non comp.iud.fue.appel.Et ibi ponit † an appellatione proprietatis ſignificetur directum dominiũ, vel vtile dominium,an verò neutrum ipſorum.& per Bal.in l.cùm res.ad fin.C.de prob.& videte Bar.in l.locorum.C.de omni agro deſer.lib.xj.vbi per illum text. dixit,quòd tantum eſt dicere proprietas poſſeſsionis, quantum eſt dicere dominium rei. Et dicit Ioan. Fab. hîc,quòd verbum proprietatis,videtur ineſſe in ipſa re
64 † cùm proprietas rei dicatur illa,cuius dominium nullius eſt:vt in §.litorum.C.de rerum diuiſio.Sed verbũ dominij videtur eſſe in perſona illius, ad quem dominium pertinet,per text.in l.ſi tibi fundi.in verbo, Proprietatis.ff.quemadmod.vſufruct.amit.licet, ſecũdum
65 eum, † frequenter proprietas pro dominio capiatur. l. proprietatis.C.de proba. ¶ In fin.glo.vult glo.quòd in actione in rem ex parte rei conuenti requiratur alterum duorum,ſcilicet poſſeſsio,vel quaſi poſſeſsio.Hæc glo.videtur poſſe reprehendi,ſecundum Dy.hîc. nam confeſſoria,quæ eſt realis actio , competit contra eum, qui nec poſsidet , nec quaſi poſsidet , ſed inquietat , vel moleſtat eum,qui habet ius ſeruitutis vel non præſtat ei debitam patientiam , iuxta §.æquè.ſ. eodem. Poteſt tamen,ſecundum eum,glo.ſaluari,vt procedat in actione reali,quæ competit pro re corporali: non autem in actione reali competente pro rebus incorporalibus,puta pro iuribus,vt pro iure ſeruitutis.nam illa datur aliquando etiam poſsidenti contra eum,qui non poſsidet, nec detinet,ſed tantùm inquietat,dicto §.æquè.ſ. eod. Poſſes etiam ad ſaluandam gloſſ.dicere quòd loquatur de actione in rem ſpeciali,& ſic de rei vendicatione , & illa nunquàm competit , niſi contra poſsidentem , vel quaſi.Pro clariori tamen intelligentia totius huius glo. & materiæ §.huius,offert ſe opportunè hîc examinanda materia rei vendicationis,quam docto. hîc prolixo ſermone,& per multas quæſtiones expediunt,& inter cæteros Ioan.Fab.Nico.de Neapo.hîc hanc materiam longo commentario proſequuntur. Ego ea duntaxat, attingam,quæ putabo neceſsaria pro habendis fundamentis huius materiæ,& quæ putabo proficere ad habendam intelligentiam eorum,quæ hîc in glo.tanguntur.Duo ergo in hac materia principaliter expediam, & his,prout occurret,connexa,& ſuccedanea applicabo.Primùm erit,quæ requirantur ex parte actoris , ad hoc vt poſsit ſibi competere rei vendicatio.Secundum
66 quæ requirantur ex parte rei,ad hoc vt poſsit contra eum rei vendicatio intentari. ¶ † Circa primum dicite ſecundum omnes hîc,quòd ex parte actoris requiritur dominium vel quaſi,prout etiam dicit glo.noſtra. Et intelligite quaſi dominium,pro vtili dominio,vt declarat Barto.in dicta l.j.C.de alie.iudi.mutan.cau.facti. Et ſic rei vendicatio competit ei , qui habet directum dominium, vel ei, qui habet vtile dominium. Et dicit Ioan.Fab.in j.q̃.principali,in princip.quòd ille dicitur habere directum dominium,qui habet plenum dominium,& nullum alium ſuperiorem habeat quãtum ad dominium.Sed quãdo aliquis habet alium ſuperiorem in dominio,tunc non dicitur habere plenum dominiũ, ſed vtile, vt emphyteuta, & ſuperficiarius.De quo tamen dicite vt per Bartolum.in l.ſi quis. in §.differentia.ff.de acquir.poſſeſſ.& per Bald.& Salic.in l.traditionibus.C.de pact. ¶ Et iuxta prædicta quærunt hîc doc. pone quòd actor à principio tempore porrecti libelli non erat dominus,ſed poſt litem conteſtatam pendente lite ſuperuenit ſibi dominium, an ſufficiat vt poſsit ſequi condemnatio contra reum.Et in hoc gloſſ.in l.ſi rem.§.fina.in gloſ.fin.ff.de pigno.actio.expreſsè firmat quòd ſic. Vos breuibus concludite cum Bartolo. in l. & an eadem.§. actiones. in penultima columna.ff. de exceptio.rei iudic. Aut ille,qui non eſt dominus,à principio petit ſimpliciter , & abſolutè ſe declarari dominum,non expreſſa cauſa in ſpecie,ſed in genere , & tũc ex iure dominij poſteà ſuperuenientis procedet condemnatio.Et de hoc eſt textus in cap.abbate ſanè.in fine.de re iudicata.in ſexto.Et dicit hîc Ioan.quòd contra deciſionem illius capituli , tanquàm contra ſtimulum,durum eſt calcitrare.Et ponit Innocen.in dicto c. abbate ſanè.ſuper vltima gloſſ.Aut ille,qui non eſt dominus,petit ſe declarari dominum ex cauſa ſpeciali, & ſpecifica,puta quia dicit ſe emiſſe rem illam,quam petijt à Sempronio,& tunc ſi ſuperuenit ſibi ius ex cauſa de præterito,quia res erat ſibi vendita ante cœptum iu-
67 dicium,ſed nondum tradita.† Et iſto caſu tale ius ſuperueniens poterit,vt ex eo poſsit ſequi condemnatio, aliàs autem ſi ius ſuperueniat ex cauſa de præſenti,& tale ius non prodeſſet actori. Et in hanc ſententiam videntur effectualiter ſe conformare Dyn.Nico.de Neapo.& Ange.de Are.hîc:licet Ioan.Fab.ſit dubius.& nihil clari firmet.De quo ſuprà videte Bald.latè diſputantem in l.prima.C.de alie.iudi.mutand.cau.fact.in tertia

a ¶ Dominij. vide.d.Alex. de Imo.in cõſil.xcix.in x. col.in ij. parte.

b ¶ Et quaſi proprietatẽ. An ſit dare proprietatẽ & quaſi proprietatem,vide do. Alex. de Imo.in cõſil.xcix.in x. co.in ij. parte.vbi etiam ponit an appellatione ꝙ prictatis veniat quaſi ꝙ prietas.

c ✱ Vide eundem laſ.in l. naturaliter. §.nihil commune. in iij. col.ff.de acq. poſſ. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

col.in versi.viso principio,videamus de processu.& ibi latè disputat de opin.Innocen.ad dictũ cap.abbate sanè videatis etiam Bald.subtiliter loquentem in l.j.in ij. co.C.de exec.rei iud.& dixi de hac materia.ſ.eod. tit.in prin.super glo.magna fi.in ver.debetur.ante fi. ¶ Vnũ tamen perpetuò nota pro maxima limitatione prædictorum;ꝙ illud,quod ſ.dixi,ſecundum communiter
68 omnes,† ꝙ ius ſuperueniens actori poſt litem conteſtatam ex cauſa de præterito ſibi prodeſt,[a] vt ex eo poſſit ſequi condemnatio:illud eſt verum,& procedit quãdo cauſa agitur coram iudice ordinario.Secus autem,ſi ageretur coram iudice delegato,coram quo ius ſuperueniens,etiam ex cauſa de præterito, nihil tamen ſibi prodeſt,propter dolum impetrantis iudicem delegatũ contra eum,contra quem tempore impetrationis nihil quęſtionis habebat.Ita fuit ſingularis limitatio Bal. in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vti.pub.in pe.col. in ix.q.Pro qua limitatione dicit ibi Bal.videri caſu no. in c.fi.de reſcri.ſubijciens,hoc eſſe multum tenendum menti:quia eſt magna limitatio multarum legum. De qua tamen limitatione videte Ludo.Roma. tenentem
69 contrarium in l.ſi Titius.ff.de verb.obli.¶ † Quid autem eſſet in caſu econtrario,ſi actor in principio tempore porrecti libelli,& ſic tempore cœpti iudicij, erat dominus:poſteà lite conteſtata deſijt eſſe dominus: an nihilominus poſsit fieri condemnatio contra reum cõuentum.Prima fronte videretur dicendum ꝙ ſic, per tex.qui videtur expreſſus in l.ij.ad fi.C.de liti.in verbo, nihilominus peragenda.Sed paucis concludendo vos tenete contrarium,vt tenent communiter doc.poſt Dy. hîc:per tex.in l.tigni.§.fi.ff.ad exh.& per tex.meliorem in l.ſi ſeruus.in prin.ff.de cond.fur.Et ibi iſtud idem tenet Bal.& Bar.in d.l.& an eadem.§.actiones.& videte Bal.in d.l.j.C.de alie.iud.mu.cau.fact.in pe.co.in verſi. ſecundò quæro quid econtra.Non obſt.d.l.ij. Nã ideo ibi lis ſuo marte peragitur,quia vẽditio ibi facta reſcinditur per l.ſi illius ti.& ſic res ad priorẽ ſtatum,in quo erat tempore cœpti iudicij,& ſic ad priorem dominũ redigitur.Et ita ſoluunt communiter doct.hîc.vt Dy. & Bal.Io.Fab.& Nico.de Neapo.¶ Et ex hac ſolu. elicio limitationem ad concluſionem prædictam,vt non procedat, quando ille, qui deſijt eſſe dominus,denuo poſteà eſt etiam effectus dominus:quia tunc etiam debet ſequi condemnatio, & medium tempus nihil obſtat.d.l.ij.C.de litig.& bene facit d.l.tigni.§.fi.ff. ad exhiben.¶ Secundò intelligit prædictam concluſionem,
70 † vt procedat,quando actor facto ſuo ꝓprio deſijt eſſe dominus,ſecus autem,ſi deſijſſet eſſe dominus facto ipſius rei conuenti, ei ius culpa,dolo,vel mora, quia tunc poſſet ſequi condemnatio contra reum, ſecundum Io. Fab.hîc: qui ad hoc allegat l.item ſi verberatum.§.fin. cum l.ſeq.ff.de rei vend.Addite vos tex.in d.l.ſi ſeruus. in prin.& ibi Barto.ff.de cond.fur.& ad idem eſt tex.in l.ſi poſt acceptum.ff.de rei vend.quem ad hoc ibi ponderat,& reputat no.Bart.Et ibi per illum textum,ſubdit no.Bar.quòd exceptio ſuperueniens pendente iudicio centra actorem culpa rei,non poteſt per ipſum reũ opponi.De quo tamen dicite,vt pleniùs per Bald.in d. l.j.in penul.colum.C.de aliena.iud.mutand.cau.fact.Et per hoc ſunt expedita requiſita ex parte actoris.¶ Vltimò,quia vidimus ſuprà quòd rei vendicatio non competit niſi ei,qui habet directum dominium, vel ei, qui
71 habet vtile. † Reliquum eſt,vt videamus qualiter, & [b] quibus modis poſsit probari directum,[b] vel vtile.Et generaliter,modos,quibus acquiruntur dominia de iure gentium,non dico pro nunc:habetis in titu.ff.de acquirend.rerum dominio.per totum.& in titu.ſ.de rerum
72 diuiſione.per totum.¶ † Modos autem,quibus acquirantur dominia de iure ciuili,enumerat gl.ordinaria.& magiſtra in l.j.in prin.in verbo, noſtræ.ff.de acquiren. rerum dominio.& Bartol.in l.in rem.in princip.ff.de rei vendicatione. Et quantum eſt ad directum dominium,ſi loquamur in rebus,quæ in nullius bonis ſunt, quarum dominium de iure gentium primo occupanti acquiritur:vt ſunt ferę beſtiæ,gemmæ, lapilli, & ſimilia:vt in §.ferę.cum ſequen.& §.item lapilli.ſ.de rerum diuiſione.Et in his ſecundum Ioan.Fab.in vl.columna. hîc modus probandi eſt aptus & facilis:quia ſi probo me accepiſſe feram,dico me probaſſe directũ dominiũ. Vos in hoc dicite melius ſecundum Bar.in l.rem, quæ nobis.in vlt.col.ff.de acquirend. poſſeſſ. ¶ Aduertendum eſt quòd quædam ſunt res,in quibus ex rei qualitate probatur eas eſſe in nullius bonis, vt in lapillis inuentis in litore maris.d.§.item lapilli.& in feris beſtijs. l.j.in fin.cum l.ſequen.ff.de acquiren.rerum domin. & in inſula nata in mari.l.adeò.§.inſula.ff.de acquirendo rerum dominio. & in ſimilibus. Et in iſtis clarum eſt quòd probando apprehenſionem, probo dominium directum,per illam regulam iuris gentium,quæ eſt, ꝙ ea,quæ in nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur. Quædam ſunt res,in quibus ex vti qualitate non probatur eas eſſe in nullius bonis,imò natura rei repugnat vt in domo,in territorijs antiquitus,vel aliquando cultis,& in alijs ſpeciebus,quæ non per naturam, ſed per factum hominis producuntur in eſſe,& in iſtis,ſi resnõ eſt mea,debeo credere illam eſſe alienam.l.cùm quærebatur.C.vnde vi.Et in iſtis dicit Bartol.vbi ſuprà quia difficile eſt probare rem in nullius bonis fuiſſe, per ſolam apprehenſionem non probatur dominium. Poſſet tamen,ſecundum eam,tribus modis probari,rem in nullius bonis fuiſſe.Sed in iſtis tribus modis per apprehenſionem non acquiritur directum dominium, ſed vtile.Primò,ſi probetur, dominum habuiſſe rem pro derelicto.l.j.& per totum titulum.ff.de pro derelict.Secundò,ſi res erat tributaria, puta ex forma ſtatuti, & tunc ſi res vacauit biennio,præſumitur habita pro derelicto, & apprehendens poſſeſsionem,biennio præſcribit,per textum not.in l.qui agros.C.de omni agro deſer.lib.xj.Et hoc reputat Barto.eſſe bene no.Idem etiã firmauit,& latiùs ipſemet Bar.deducendo hoc ad practicam ind.l.q ui agros.per illum tex.Et idem Barto.in l.ſi de eo.§.primo.ff.de acquirend poſſeſſione. & Bald. in l.non ignorat.C.ad exhibend. licet hoc impugnent Angelus & Imola in dicta l.ſi de eo.§.primo. ff. de acquirend.poſſeſſ.Si verò res non eſſet tributaria,vt ſunt communiter prędia per Italiam,tunc etiam ſecundum Bartolum.in dicta l.rem, quæ nobis. eſſet tertius modus,vt officio iudicis fiant publica bannimenta,ſiue ꝓclamata,quòd qui vult dicere talem rem ſuam, compareat intra certum terminum antè,quàm ab alio poſſideatur.Certe nullo in eo comparente termino, dicit Bartolus,ſe putare quòd conſtaret rem in nullius bonis fuiſſe.argumen.l.locorum.C.de omni agro deſert. libro vndecimo.& l.ſi eo tempore.C.de remiſſ.pignor. licet ipſe Bartolus in l.nam & ſi fur.in principio.ff. ſi certum petatur.& in l.ſi duo.in principio.ff.vti poſſidetis.viſus ſit ſentire quòd etiam ex ſola poſſeſsione,etiam non factis proclamationibus,præſumatur quis dominus, ſi non appareat alius antiquior poſſeſſor. Et hoc ſecundum videtur verius,per ea, quæ tradit Bartolus, in lege quidam in ſuo.in principio.ff.de conditionibus inſtitu.Subdit etiam hîc Ioan.Faber,quòd ſi vellem: dicere

a ¶ Sibi prodeſt.adde ſingulariter d. Ale,de Imo. in conſi. clxxvij.ad fi.in ij. parte.vbi ponit vnum mirabile,ꝙ ius ſuperuenięs lite pendente ex cauſa de præterito prodeſt, & ideo filius agens ex teſtamẽto, poteſt lite pendente repudiare & adire abinteſtato,& obtinet.

b ¶ Directũ. Vide tu latiſsimè Firmianum in ſuo aureo repertorio. in ver.dominiũ probatur.vbi ad ſaturitatem habet materiam ꝓbationis dominij.Et quomodo & quãdo dicatur ꝓbatum directum dominium; vide do. Alex. in conſil. lxxxviij.in iij.co. in ij.parte.& in conſil.j.in vl.col.in iij. parte. & in conſil. xj. in vlti.col.ead. parte.

cere me habere directum dominium, eò quia dicerem me emiſſe à domino,neceſſe eſſet ꝙ tria probarẽ. Primò ꝙ vendens fuiſſet dominus.Secundò ꝙ res fuerit mihi tradita.Tertiò,ꝙ pretium ſoluerim. Addo de his requiſitis eſſe tex.in l.cùm res.& ibi gl.not.C.de ꝓb. & ibi Bal.poſt Bar.Item probatur directum dominiũ, ſi probo ꝙ poſſederim rem mobilem bona fide ſpatio trium annorum,cùm per vſucapionem acquiratur directum dominium.l.traditionibus.& ibi gloſ.& docto. C.de pact.& auth.niſi tricennale. & ibi gloſſ.& docto. C.de bo.ma.& l.iij.& ibi glo.& doct.ff.de vſucap. Dominium autem vtile probaretur, ſi probarẽ me poſſediſſe rem immobilem cum titulo decem annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes, cùm ſecundum iura communia per præſcriptionem acquiratur dominium vtile,& non directum:vt tenent glo.prælleg.& in eiſdem locis Bart.& alij doct.& idem etiam in præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum.¶ Et iuxta hoc dubitabat Io.Fab.hîc,quid ſi,aliquis non probaret titulum, ſed probaret quòd ipſe,& prædeceſſores ſui tenuerunt rem illam tanquàm ſuam per tantũ tempus,quod hominum memoriã excedit,an per hoc probetur dominium,dubitabat, & ſub dubio fortè, dicit poſſe ſuſtineri ꝙ ſic, cùm per tantum tempus ſicut a-
73 mittitur dominium,ita etiam acquiritur.† Addo etiã ꝙ iſto caſu per præſcriptionem tanti temporis acquiritur dominium directum,licet,vt ſ.dixi,ſecundũ communes concluſiones,regulariter per præſcriptionẽ non acquiratur niſi vtile.Et ita expreſsè,& no.tenet Bald.in d.l.traditionibus.in antepe.co.C.de pac.per tex.in l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſti.quam legem Bald.non inducit, ſed ego induco vt hoc optimè probet.Nam ibi dicitur ꝙ longinquitas tanti temporis
74 habet vim conſtituti:† conſtitutum habet vim conſ-
75 enſus.l.j.in prin.ff.de conſt.pecu.† & conſenſus inducit directum dominium,vt voluit Bal.in d.authen. niſi tricennale.Et vltra pręallegata,ſi vultis videre alios modos,quibus probetur dominium,videte etiam latè Bal. in l.ij.in ij.co.C.de pig.act.Bal.in l.ob meritorum. poſt Bar.C.ne vxor pro ma.& aliquid per Ange.de Are.& Ioan.de Pla.hîc,& Bal.in l.ij.in prin.ff.de rerum diui.in aliquibus quæſtionibus.Et ibi etiam ponit,an in dubio præſumatur res eſſe in nullius bonis. Et ibi etiam ſubdit,ꝙ in dubio res particularis præſumitur ꝙ fuerit in bonis alicuius quo ad dominium particulare. Videte etiam Bal.in l.cùm ſuper.C.de rei vend.& ibi eſt tex.ꝙ dominium etiam probatur per teſtes & inſtrumenta, imò probatur dominium per indicia: vt l.indicia.C.de rei vend.Et ibi declarat Bal.qualia debent eſſe illa indicia,& omnes modos,quibus probatur dominium, ponit Specu.in ti.de loc.§.fi.ver.lvj.& in ti.de act.emp. §. ſequitur.ver.ſinautem velis.Et an ex eo ꝙ quis poſsidet rem,preſumatur ꝙ ſit dominus.vel ꝙ fuerit dominus, vide latè Bar.poſt glo in l.quidam ſuo.in prin.ff.de condi.inſt.& Bar.in l.ob meritorum.C.ne vxor pro ma.& Bar.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.verſi.quæro an hîc. §.in ij.col.ff.de re iud.Bal.in l.indicia.C.de rei vendi.& latè Bal.in l.j.in ix.& x.co.C.qui accu.& Specu.in ti.de primo & ſecundo decr.§.reſtat.ver.ſed nunquid.& ponunt Bal.& Ange.de Are.in §.ſic itaq;.ſ.e.& ibi latius dicam Et iſta ſufficiant quantum ad ea,quæ requiruntur ex parte actoris.¶ Veniamus nũc ad ſecundũ prin-
76 cipale,ſcilicet ad ea,† quæ requiruntur ex parte rei, ad hoc vt contra eum poſsit rei vendicari intentari. Et gl. noſtra,ſecundum quod in ea vidimus,requirit alterum de duobus,ſcilicet poſſeſsionem vel quaſi.Et intelligite quaſi poſſeſsionem pro eo,qui dolo deſijt poſsidere,qui conuenitur perinde,ac ſi poſsideret.l.qui dolo.& l.parem.ff.de reg.iu.& l.finautem.§.ſed & is.& l.is, qui dolo.ff.de rei vend.Et ita declarat Bar.in l.vnica.C.de alie. iu.mu.cau.fact.Et ſic habetis ꝙ ille,qui dolo deſijt poſsi-
77 dere,habetur pro poſsidente.Nunquid † tamen ſtatutum faciens mentionem de poſſeſſore, habeat locum in eo,qui deſijt poſsidere,vide Io.And.in reg.pro poſſeſſore.de reg.iu.in vj.in Mercu.¶ Aduertite tamen ꝙ il-
78 lud,quod dicitur,† ꝙ rei vendicatio datur contra illum,qui dolo deſijt poſsidere,eſt verum, ſi dolo deſijt poſsidere poſt litem conteſtatam:ſed ſi dolo deſijſſet poſsidere ante litem conteſtatam,tunc contra eum nõ competit rei vendicatio,ſed actio in factum ad intereſſe,ex titulo.de ali.iud.mu.cau.fact.Ita notabiliter & mi-
a rabiliter do.Abb.[a] *Panor.in c.j.in iij.co.in ij.oppo.de
79 alie.iu.mu.cau.fact.¶ † Item aduerte ꝙ poſsidens tempore primæ citationis,ſi poſtea deſijt poſsidere, præſu-
b mitur in dolo,[b] ſecundum Bald.in c.ad finem.de iud.
80 ¶ † Qualiter autem, & per quem modum probabitur,quem dolo deſijſſe poſsidere.Dic ſecundum Io.Fa. hîc,& Bar.in l.qui petitorio.in prin.ff.de rei vend.ſi reo denuntiaueram me velle talem rem vendicare,& ipſe poſteà alienauit,vel ſi poſt datum libellum,vel poſtquã dixi me daturum ei libellum,ipſe alienauit,per id,quod in ſimili dixit glo.no.in l.fulcinius.§.quid ſit latitare.in verb.animo.ff.ex qui.cau.in poſſ.ea.ponit Dy.in regul. pro poſſeſſore.circa prin.de reg.iu.in vj.Spec.in titu.de emp.& vend.§.nunc dicendum.verſic.ſed nunquid.& idem dixit ipſe Bar.in d.§.quid ſit latitare.& idem Bar. in l.non ſolum.§.morte.in co.x.nu.43.ff.de ope.no.nũ. Et quid de eo,qui non per dolum,ſed lata culpa, deſijt poſsidere,an habeatur pro poſsidente,ita vt contra reũ poſsit,ſaltem vtilis rei vendicatio intentari:vide Io.Fab. hîc:& Bar.remiſsiuè in l.qui reſtituere.ff.de rei ven.& Bal.in l.vnica.C.de ali.iu.mu.cau.fact.& vide tex.no.& optimum in l.qui petitorio.§.j.ff.de rei vendic. ¶ Aduerte tamen hîc, quòd eſt dare caſum,in quo tenetur ille,qui poſsidet,quamuis ſine dolo,& ſine culpa deſierit poſsidere,ſi habuit malum,& vitioſum initium.Tex.eſt in l.ſi vi me deieceris.ff.de vi & vi arma.Et iſto caſu nõ oportet dolum probare. Et hoc reputat Ioan.Fab.hîc
81 eſſe bene not.¶ † Item aduerte,quòd in eum,qui dolo deſijt poſsidere,datur rei vendicatio,non directa directò,ſed directa vtiliter,vt tenent gloſſ.noſtræ communiter,& cum eis communiter Citramontani,vt eſt gl. noſtra,& ibi Bartolus in rubrica.ff.de rei vendicatione.& gloſſ.prima.in l.curatoris.C.de negotijs geſtis. licet Vltramontani tenuerint quòd imò iſto caſu non detur directa vtiliter,ſed vtilis tantùm,vt referunt doctores in locis prælegatis.Et iſtud ſecundum firmauit Bartolus in l.quamquàm.§.Iulianus.ff.de aqua pluuia.
82 arcenda.† Et contra iſtum qui dolo deſijt poſsidere,iuratur in litem per actorem,& tanti condemnatur à iudice,ſecundum formam l.qui reſtituere.ff.de rei vendicatione. ¶ Et iuxta iſta dubitant hîc doctores omnes. Actum eſt directa rei vendicatione contra eum, qui tempore porrecti libelli poſsidebat,poſtea lite conteſtata dolo deſijt poſsidere,an poſsit contra eum ſequi condemnatio ex directa rei vendicatio contra eum intentata,quæ à principio competebat,an verò ſit opus vtilem intentare,vel ſaltem directam vtiliter? Effectus eſt maximus,vt intelligamus,an poſsit ſequi condemnatio virtute directæ intentatæ,& ex prima inſtantia,an verò ſit opus noua inſtantia, & nouo iudicio. Breuibus concludendo tenet Dy.hîc,quòd poſsit ſequi condẽna-

a ¶ Aduerte ꝙ hoc dictũ Panor. & la. eſt, videri meo, contra text.in l.finautem.§.ſed & is.ff.de rei ven.vbi formaliter inqt tex.ꝙ qui dolo ante litis conteſtationẽ deſijt poſſidere,in rem actione tenetur. Carcaſſona Sardus.

b ¶ In dolo. Adde Fel.in c.auerſario tuo.de excep.inij.co.& do. Ale.de Imo. in conſi.lxxvij.† iiij.parte. & adde Old.in conſi. cccxx ꝙ qui deſijt poſsidere per dolum,non euitat ſuicium actionis perſonalis.Et ad de do. Alex. de Imo.in cõſil.c.in vl.co.† ſi.in iij.parte.vbi ponit nunquid poſſidens tempore iudicij,ꝓſumatur, & poteſt etiam poſſidere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio virtute directæ intentatæ,etiam ex illa eadem instãtia,& dicit esse de hoc casum in l.quamquàm.§. Iulianus.ff.de aqua plu.arcenda.& hoc tenent communiter docto.hîc. Ad hoc bene facit,quia directa,& vtilis,sunt qualitates actionis, quæ qualitates non habent instantiam,vel iudicium diuersificare.l.in delictis. §.si detracta.ff.de noxa. Prætereà si aliter diceremus, sequeretur, secundum Ioan.Fab.hîc,maximum absurdum, ꝙ esset in potestate rei conuenti eludere processum actoris, si statim desinendo possidere annullaret processum directæ rei vendicationis. Et istam etiam partem tenet Cy. in l.vnica.in vjj.q.C.de ali.iu.mu.cau.fact. Et idem etiã tenet Bar.& latè disputans in dicta l.quamquàm.§.Iulianus. licet dicat illum §.Iulianus. allegatum hîc per Dy.nihil probare. De quo etiam vide Bar.in rub.ff.,de rei vend.ad finem.& in l.j.in vj.co.ff.de act.& oblig.& Bal.in l.curatoris.in vl.co.C.de neg.gest.& Ange.in repe.l.si quis vi.§.differentia.in xviij.colum.ff. de acquir. poss.& Bal.in l.motæ lit.C.de rei vendica.& vide inter cæteros Nico.de Neapo.hîc,in hoc puncto referentem varias antiquorum opin. ¶ Limitabitis tamen prædictam conclusionem,vt procedat, quando à principio competebat directa,sed postea tempore sententię competebat vtilis. Et in istis terminis propriè loquuntur ea,quæ proximè dicta sunt. Secus si à principio non competebat directa,sed vtilis tantùm,vt in emphyteuta, & superficiario: quia si iste intentasset à principio directam,non posset ferri sententia super vtili sibi competenti. Ita no. dixit do. Anto.de Bu.in c.cùm ad sedem, circa xvj.co.extrà de rest.spo.per illum tex.ad hoc not, secundum vnam lecturam. Ad cuius tamen limitationem & veritatem,videte Io.Fa.hîc,in x.co.dum examinat.an si quis agat rei vendicatione directa,cùm sibi cõpetat tantum vtilis,vt in emphyteuta,& superficiario,
2 ✱Addetu ꝙ opin. Bald. ꝙ Barto.in d.l. creditores.§. ali.C. de pig. vult ꝙ si ius executiuum erat in actu producendi, quia agitaba tur iudicium & tũc si erat tale iudicũ, quod reddebat rem litigiosam, vt est in rei vendicatione,de qua agimus, vt authen. li tigiosa.C. de litigi.ꝙ tale ius executiuum transeat in singularem succes sorem,per l. ij.C.eo.ti. de litigio.& plenius ibi per eum.Si ergo ius executiuum hoc casu transit in singularem successorem, nõ erit opus libello,nec lis contestatione. Carcassona Sardus.
83 an iste debeat succumbere.¶ † Item aduerte ꝙ talis sententia lata contra eum,qui dolo desijt possidere, nõ potest simpliciter mandari executioni contra eum, in quem est dolo possessio translata,sed esset opus nouo iudicio. Tex. est no.in l.j.§.necessariò.ff.si vendi.no. mul. in poss.mil.ead.poss.ad alium dolo ma.&c.& ibi Barto. ad fi.facit §.si quis in fraudem.j.eo.licet Cy.simpliciter contrarium tenuerit,& malè,in l.vnica.in x.q.C.de alie.iud mut.cau.fact.per l.certa est forma. C.vt in poss. leg.ad quam legem respondeatis,vt respondit Bar. in l. si quis missum.§.iudex.ff.de damno infecto.& Bart.in l.is,cui.§.in possessionem.ff.vt in poss.lega. De quo tamen puncto vide latiùs per Bar.per duas col.in repet. l.creditores.C.de pigno.in iiij.q.princ.in ver.videamus ergo,an ius exequendi.& Bar.in l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.& in dicta l.quamquàm. §. Iulianus. ff.de aqua plu.arcend.& Bald.in dicta l.certa est forma. & multùm elegãter Bal.in l.ob maritorum. C.ne vxor pro ma.vbi meliùs,& perfectiùs videtur in hoc puncto loqui, quàm alij.& late per d.Anto.de Bu.in c.quia V. extrà de iud.per Pe.de Anch.in consi.cl.incip.in Christi nomine inuocato,in causa ventilata inter dominam
84 Altamuiliam,&c.¶ † Vnum tamẽ tene menti,quòd licet quo ad hoc vt sententia lata contra eum, qui dolo desijt possidere,possit mandari executioni contra eum, in quem dolo est translata possessio,sit opus nouo iudicio,vt proximè dixi,tamen cõtra istum nouum possessorem,qui consecutus est possessionem dolo post litem contestatam cum primo,non est necessarius nouus libellus. Ita visus est velle no.Bal.in l.j.in iiij.oppo.[a] ✱C. commu.diuidundo. De quo tamen videte plenè Inno. in dicto cap.quia V.extrà de iud.qui videtur velle contrarium. Illud autem expeditum est,quòd si reus tempore litis contestationis non possidebat,si tempore ferendæ sententiæ possideat,tamen debet contra eũ omnino ferri sententia condemnatoria. Ita dicit text.in l.
85 sinautem.§.possidere.ff.de rei vendi. ¶ † Quid autem si actum sit rei vendicatione contra non possidentem, qui putabat se possidere,& lata sit sententia secundum actorem,an si possessio posteà perueniat ad reum ex noua causa, talis sententia mandatur executioni contra reum. dixi s̃.in tex.in vl.no. ¶ Vnum etiam in hac mate
86 ria tene menti', † quòd si actum sit rei vendicatione contra eum,qui negat se possidere,qui in veritate possidet,quod si conuincatur de mendacio,quia actor probet eum possidere,debet talis possessio incontinenti ab eo auferri,& in actorem transferri, etiam nihil de suo iure probantem. Tex.est no.in l.si.ff.de rei vendica. De quo mirabiliter per do.Abb.Panor.in c.penul.in vj.co. de iuramen.calum.vbi ponit quot requirantur ad hoc, vt fiat hæc translatio possessionis in ipsum agentem, quamuis regulariter tenentes res alienas non debeant illas restituere,nisi probantibus de iure suo:vt l.res alienas,quæ est l.vltima.C.de rei vendica. Et idem dicit Ange.de Are.hîc esse,si actum esset contra aliquem,qui diceret se tenere pro Titio,nominando Titium dominũ in iudicio,vt habeat beneficium.l.ij.C.vbi in rem act. cùm ille Titius non esset dominus,nec pro eo possideret,sed possidebat pro se,tunc si conuincatur de mendacio,debet priuari possessione,& illa est in aduersarium transferenda. Et ita dicit tenere Spec.in ti.de primo & secundo decreto.§.restat.versicul.quid si nominans.& Bald.in dicta l.si.ff.de rei vendi. Addo Bal.idem tenentem post Barto.in dicta l.ij.C.vbi in rem act.in v.col. in xj.q.& idem Bal.in l.vnica.C.de his qui poten.nomine.& Innoc.in c.quoniam frequenter.§.quod si super. extrà vt li.non conte.& ibi idem tenet do.Ant.in ij.co.
87 Quod dictum nota pro extẽsione dictæ l.fina.¶ † Et per illum tex.dicit ibi no.Ang.in j.co.ꝙ si emphyteuta
b negat rem esse emphyteuticam, [b] & conuincatur de mendacio,ꝙ priuatur iure suo emphyteutico. Allegat etiam Innocen.idem tenere in ca.cæterum,in fin.extrà de iud.licet contrariũ videatur tenere Bal.in c.vasallus. el.j.si.de feud sue.controuer.inter dominum & agnat.
88 in ij.col.versicu.extra quæro vtrum ista pœna.¶ † Et idem dicatur esse in vasallo negante feudum:quia si cõ uincatur de mendacio,priuatur iure feudi. Text.est de
89 hoc no.in dicto cap.vasalus.el j.¶ † Et aduerte ꝙ talis translatio possessionis,quæ fit in casu d.l.si.fit officio iudicis incidenter sine nouo libello,sine litis contestatione,sine iuramento calumniæ. Ita dicit glosf.no. in §.illud quoque.el ij.in authen.de trien.& semiss.colum.iij. glosf.magna.in versicu.legem.quam glosf.reputat multùm no.Barto.in dicta l.si.& Ang.de Are.hîc dicit eam esse meliorem,quæ reperiatur de iure. Et illam glos.dicit esse singularem,& non reperiri alibi Bal.in l.fina.in
36 ſecundùm Dy. hîc, & probo ꝙ actio cõfeſsoria ſit ſuperuacua, & inutilis. Et hoc oſtendo à partibus ſufficienter enumeratis. Aut enim conceſsio ſeruitutis eſt relicta in vltima voluntate, aut inter viuos, iuxta §. fi. §. de ſerui. Si eſt conceſſa in vltima voluntate: & tunc pro tali ſeruitute competit actio perſonalis ex teſtamento, quæ durat triginta annis. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcrip. triginta annorũ. Aut eſt conceſſa inter viuos: & tunc competit actio perſonalis ex ſtipulatu, quãdo eſſet cõceſſa per ſtipulationem: & illa actio durat etiam triginta annis: vt iuribus præalleg. Aut eſt conceſſa per aliũ contractum, puta emptionis: tunc cõpetit actio perſonalis ex empto, quę etiã durat
37 prędicto tempore. Cùm ergo † iſta actio confeſsoria nõ duret niſi decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes: vt eſt tex. in l. ſicut. C. de ſerui. & aqua. & in l. corruptionẽ. C. de vſufr. ergo iſta actio cõfeſsoria, quę minori tẽpore durat diceretur inutilis: cùm illę perb ſonales longiori tempore durent: b ✱ Nonnulli doc. quos refert Dy. ſoluebãt hanc difficultatẽ hoc modo: Aut nondũ ſeruitus eſt conſtituta: & tũc pro ea cõſtituẽda bene competunt iſtæ perſonales actiones ſuprà dictæ: & procedit cõtrarium §. formatũ. Aut ſeruitus eſt iam cõſtituta: & tũc ſublatæ ſunt, & extinctæ iſtæ actiones perſonales. Nam ſicut per ſolutionẽ eius, quod debeẽ, omnis tollitur obligatio, vt §. qui. mo. tol. obli. in prin. & cõſequẽter tollitur actio: ita & per cõſtitutionẽ ſeruitutis tolluntur iſtę actiones ꝓſonales: ergo relinquitur ꝙ ſublatis illis actionibus, ꝓſonalibus ꝙ iſta actio cõfeſsoria ſit vtilis. Sed ſecũdùm Dy. iſtud tenentes errãt in fundamẽtis, ſcilicet ꝙ per cõſtitutionẽ vſusfructus extinguatur actio perſonalis: quia iſtud eſt cõtra l. corruptionẽ. C. de vſufru. Nec obſtat eorũ fundamentũ, ꝙ per ſolutionẽ eius, quod debeẽ, omnis tollitur obligatio, quia in hoc, quantum pertinet ad terminos noſtros, vehementer errant: quia ſi loquamur in rebus corporalibus: & tunc quia in eis eſt dare veram traditionẽ, & ſic veram ſolutionẽ, bene verũ eſt ꝙ ſolutione tollit omnis obligatio, & ſic actio. Si verò loquamur in

patiẽtiã, eſt queſitũ illi, cui ſeruitus debebatur. Sicut ergo vero domino pro re ſua regulariter perſonalis actio nõ cõpetit. l. fi. ff. vſufru. quẽad. cau. §. ſic itaq;. j. co. ita etiã pari ratione quaſi dño dari nõ debet. Hęc volui dixiſſe, in qbus relinquo te cogitantẽ. Ant. Ang. Carcaſſona Sardus.

rebus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebus incorporalibus, prout in terminis nostris: & tũc quia in istis nõ est dare verã traditionẽ, relinquit ꝙ per traditionẽ factã eo modo quo põt, nõ tollitur actio personalis: nã in incorporalibus traditio nõ potest verè, & realiter fieri: sed fit prestãdo patiẽtiã: & sic patiẽtia habetur ꝙ traditõe. l. quoties. quę est l. pe. ff. de serui. & l. iij. §. dare. ff. de vsufr. Sed ille, qui tenet ad patiẽtiã, nũquàm perfectè tradit: quia licet hodie patiatur, fortè nõ patietur cras: & ideo semper durat illa actio personalis. Ista omnia habentur per glos. not. in d. l. corruptionem: in ver. altercantibus, & ibidem per Bar. & per glo. in l. pluribus. §. & si placeat. in ver. cõfirmatur. ff. de verb. obli. & plenè per Bar. in l. ij. §. j. ff. de verb. obli. Dicebat ergo pro solu. prędictę oppositionis Dy. ꝙ vtilius est habere cõfessoriam pro seruitute iam constituta, quàm agere actione personali, pro qua seruitus debeatur: quia facilius est defendere illud, quod iam habeo, quàm consequi de nouo vt aliquid mihi constituatur. & consequenter vtilius est cõstitutam seruitutem conseruare, quàm petere vt de nouo constituatur. Et cũ hac sol. trãsit simpliciter Bal. hîc. Ista sol. Dy. quãuis per alios non reprehendatur, tamen mihi non placet. Primò enim presupponit solutio ista ꝙ cõfessoria sit tãtùm vtilis: sed ego ꝯ. ostẽdam ꝙ imò est necessaria. Prętereà, & fortiùs, presupponit Dyn. in hac sol. ꝙ pro seruitute iam cõstituta, & consequenter pro seruitute conseruanda, solũ competat confessoria, & non actio personalis: Quod nullatenus puto verũ: quia, vt s. dicebam statim, si aliquis teneatur cõstituere seruitutem, & illam constituat, quia iste tenetur ad prestandũ patientiã, etiã post constitutã seruitutem durat actio personalis: ergo ita potest intẽtari illa actio personalis, sicut & confessoria. Pro solu. ergo dicite † ꝙ actio cõfessoria nedum est vtilis, sed
38 etiã necessaria. Quod apertè demõstratur: nam illę actiones personales dantur contra constituentẽ, non autem contra extraneum. Sed ista cõfessoria datur nedũ contra cõstituentem, sed etiã contra quemcunq; aliũ impedientem: vt est tex. in l. si quis diuturno. §. fi. ff. si ser. vendi. ergo apparet, eam esse necessariã. Ita soluunt Ioan. Fab. & Nico. de Neap. hîc. Consyderabã posse hîc colligi aliam notabilem solutionẽ ex verbis Bar. in d. l. corruptionem. vbi voluit, & reputat hoc esse mirabile, ꝙ licet actio personalis de per se duret triginta annis, l. sicut. & l. omnes. C. de prescript. trig. an. tamen si illa actio personalis sit iuncta cũ reali, & seruitus nondum sit cõstituta, sed constituẽda. ꝙ illi actioni personali eodem tẽpore prescribitur, quo & reali. Et istud idem videtur sentire glo. in d. §. finitur. in ver. per modum s. de vsufru. & Bal. in l. iij. vlti. col. C. quod met. cau. Et hoc modo cessaret dicta oppositio s. facta, dum dicebatur ꝙ actio personalis competens pro seruitute constituenda, durat longiori tempore, quàm ista realis actio cõfessoria: quia istud nõ est verum, quãdo personalis est iuncta reali, prout in terminis nostris. Ego tamen nõ teneo hanc solutionem, eò quia contra Bar. est communis
39 opi. doct. Nam quãdo vult Bar. † ꝙ actio personalis competens pro seruitute cõstituenda, tollatur eo tempore, quo tollitur ipsa seruitus: & consequenter decem annis inter presentes, viginti inter absentes. si autem seruitus nõ est constituta, tunc actio personalis competẽs pro ea cõstituenda non tollatur minori tempore triginta annorũ. Et est ratio diuersitatis, quia quãdo seruitus est cõstituta prescripta seruitute, & sublata, necessarium est dicere ꝙ etiã sit prescripta actio personalis pro ea cõpetens: aliàs illa actio esset frustratoria. Sed quãdo seruitus non fuit constituta, nõ possumus dicere ꝙ sit sublata, vel prescripta. l. j in fi. ff. quib. mo. vsusfru. amit. in l. si partem. in prin. ff. quemadmo. serui. amit. ergo seruitute non prescripta, bene dicemus actionem personalem durare triginta annis. Istud in primis tenet glo. hãc differentiam constituens in d. l. si partem. in prin. in ver. ius. & glo. in d. l. corruptionem. in ver. altercantibus & ibi istud tenet Petrus Cy. Gul. Ray. & Sali & Ang. in l. j. in v. col. C. de an. excep. post gl. ibi: in ver. pro socio. & Pau. de Cast. etiã idem tenet in l. stipulatio ista, habere licere. §. si quis. ff. de verb. obli. licet Bald. in d. l. corruptionẽ. in vlti. col. multùm arguat pro ista parte: & nihil clari firmet. ¶ Vltimò
40 nota ex hoc tex. in ver. quod genus. ꝙ † actiones, scilicet negatoria, & confessoria, dãtur etiã possidenti. Ad idẽ est tex. in l. & si fortè. §. sciendũ. ff. si ser. vendi. & ibi Bar. & Bald. in l. vti frui. §. vtrũ autem. per illũ tex. ff. si vsusfru. pet. & Bar. in l. si prius. ff. de ope. no. nun. in v. oppo. j. partis principa. Et per ista dicebat Bart. in d. §. vtrũ autẽ. ꝙ quamuis aliquis comes possideat comitatũ suũ, tamen potest petere vt declaretur comes. ¶ Reperio tamen alibi textũ istũ, & concordantes s. alleg. multùm eleganter, & sing. limitari per Bar. in l. fi. ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. arg. illius text. vt nõ procedat, quãdo habẽs confessoriã, vel negatoriam, cederet rẽ alteri causa mutandi iudicij: quia ille, in quẽ facta est alienatio, si possideat, non potest intentare cõfessoriam. vel negatoriã, quamuis aliàs regulariter tales actiones competãt etiã possidẽti. Secus tamen esset secũdùm Bar. si nõ possideret: arg. l. pe. eiusdẽ tit. quam Bar. ibi reputat singularẽ. ¶ Glo. in verbo altius tollendi. Pro expeditione istius glo. oppo. cõtra text. nã Imperator in prin. §. nostri. vsq; ad versi. & cõtra. tractat de cõfessoria: ergo videtur ꝙ exemplum illud. §. altius nõ tollendi, pro quo cõpetit negatoria, sit malè positũ hîc inter exẽpla confessoriæ. Pro cuius solutione facta est glos. nostra, quæ dupliciter intellexit istud exemplũ: & ideo diuiditur in duas partes. Secũda ibi: vel pone hoc exemplũ in confessoria. ¶ In ea. glo. ibi: & ita hîc interserit exemplũ negatorię. Iste primus intellectus reprehẽditur per Dyn. & omnes alios hîc: quia rediculũ esset dicere ꝙ Imperator inter exẽpla cõfessorię includeret exẽplum negatorię: cùm de negatoria ponat posteà de per se exẽpla particularia. ¶ Circa tamen hanc partem glo. con-
41 gruum est vt videamus † quomodo, & quando quis dicatur esse in quasi possessione seruitutis. In quo dicas breuibus ꝙ quędã sunt seruitutes negatiuę, vt est altius nõ tollẽdi: & in istis per vnũ solũ actũ, & sic per vnã solã prohibitionem eum patientia aduersarij dicitur acquisita quasi possessio seruitutis. Vnde si vicinus meus habẽs domũ depressam velit eã eleuare, & ego prohibeã. & ipse huic prohibitioni acquiescat: ego per hũc actũ dicor in quasi possessione seruitutis altius non tollẽdi. & nisi talis ꝓhibitio interueniat, nunquã essem constitutus in quasi possessione seruitutis, ne altius possit ædes suas tollere. & ideo domus vicini per mille annos staret depressa, nunquã essem in quasi possessione nisi tũc demũ, cùm eo volẽte ædificare prohibuissem: & ille prohibitioni acquieuisset. Ista est gl. no. in l. j. C. de seruit. & aqua. in gl. j. & ibi Bar. glo. in l. qui luminibus. in prin. & ibi Bar. ff. de ser. vrb. prędi. & Bar. in d. l. & si fortè. §. j. ff. si ser. vendi. & Bart. in l. si prius. ff. de ope. no. nun. in vij. oppo. j. partis. Spe. in tit. de causa possess. & proprie. §. in cõfessoria. versi. sed pone.
42 & hoc dicit Ang. de Are. hîc esse menti tenendũ. ¶ Quędam † sunt seruitutes affirmatiuæ, vt est seruitus ire, agere, licere. Itẽ quòd liceat aquã ducere, & similes. Et in istis seruitutibus affirmatiuis quædam sunt, in quibus põt esse vsus per modũ facultatis, vel amicitię: vt, ire per fundum tuum. Nam cuilibet datur facultas eũdi per fundũ alienum, nisi prohibeatur: vt l. iij. §. j. de acquiren. rerũ do. gl. in l. diuus. ff. de ser. rusti. prędio. & glo. in l. per agrum. & ibi Bald. C. de ser. & aqua. Et in istis dicite ꝙ nõ dicitur acquisita quasi possessio seruitutis, nisi secuto cursu triginta dierũ, & sic nisi vsus fuerit per triginta
43 dies. l. j. §. hoc interdicto. & ibi Bar. ff. de itine. actũq; priua. Quædam † sunt seruitutes affirmatiuę, in quibus nõ potest esse vsus per modũ facultatis, vel amicitiæ: vt est, ducere aquam per fundũ alienum. Et in istis per vnicũ solũ actũ acquiritur quasi possessio seruitutis. l. j. §. quod autem. ff. de aqua quoti. & æsti. Istã theoricã tradit nobis Bar. & post eũ alij in l. j. C. de seruitu. & aqua. & idẽ in l. sicuti. §. & si quęratur. ff. si ser. vẽdi. Et si vis plenè scire per quos modos acquiratur quasi possessio seruitutis, vltra prædicta vide Inno. in c. bonæ. extra de postu. pręla. & Inn. in c. literas. extra de resti. spo. Bal. in repe. l. ij. C. de seruit. & aqua. in xij. & xiij. col. & plenè per Ang. in repe. l. si quis. §. differẽtia. in vj col. ff. de acquir. pos. & per eundem Ang. in l. licet. C. de acqui. possess. & plenè per Pet. de Anch. in repe. c. sine possessione. de reg. iur. in vj. Ad ista vide etiã Inn. in c. cùm ecclesia. de cau. pos. & proprie. & ibi etiã ponit de eo, qui sæpius, & pluribus vicibus duxit secũ amicum ad prandium: an per istos actus probetur quasi possessio seruitutis. Ad ista etiã videte Bart. in l. j. §. hoc interdicto. vbi etiã ponit, si commune patitur aliquem intrare consilium, vel

consilium, vel patitur aliquem esse de prioribus consilij, per quot actus acquireretur quasi possessio. & ibi etiam ponit per quot actus inducatur quasi possessio eligendi episcopũ. ¶ In ea. glo. ibi: & confessoria negatiuis proponitur. de hoc videbimus ꝯ. in glos. magna. in ver. altius tollendi. ¶ Ad fi. glo. istud vltimum exemplum sequitur Dynus hîc. & illud declarat hoc modo: Pone quòd tu debeas mihi seruitutẽ recipiendi tigna mea in ædes tuas: pone ꝙ ędes tuę sint lapsę: ego volo illas altius tollere, vt eis vtar pro seruitute mea. & consequenter in eas mittam tigna mea: certè clarũ est quòd pro isto iure altius tollendi competit mihi confessoria. & secundũ istum intellectum tex. noster in ver. ędes suas. intelligitur, suas, id est, vicini: nõ autẽ suas, id est proprias eius, qui agit pro seruitute. Et aduerte ex mente Iac. But. & Nic. de Neap. hîc, ꝙ istud exemplum non posset verificari in seruitute oneris ferendi: quia in tali seruitute oneris ferendi cadit vnum speciale cõtra naturam aliarũ seruitutũ. Nam regulariter qui debet seruitutẽ, tenetur solummodo ad patientiam, nõ autem ad aliquod factũ. l. quoties. la j. in §. fi. ff. de serui. Iste autem, qui debet seruitutem oneris ferendi, nedũ tenetur præstare patientiã, sed etiam tenetur facere: quia si ędificium, per quod debet onus sustentari, sit dirutum, tenetur illud ędificare: vt l. sicut. §. competit. ff. si ser. ven. Et ibi Bart. ponit rationem specialitatis, quam colligit à significatione vocabuli: vt l. eum debere columnam. ff. de ser. vrb. prędio. & ibi Bar. per eundem plenius in l. & si fortè. §. etiam. ff. si ser. vendi. Si ergo ad propositum aliquis deberet mihi seruitutem oneris, ego nõ agerem ius esse mihi altius ædificãdi ędes suas: sed ipse teneretur ędificare. Istud tamẽ exemplum glo. Et postea Dy. non placuit Ang. de Aret. hîc, exponendo ędes suas, id est, vicini: quia secundũ eũ, istud est violare literam textus nostri: quod etiam visus est sentire Ioan. Fab. hîc. Sed ego puto istud exemplum glo. declaratum, vt s. declaraui esse minùs periculosum alijs exemplis, quę ad hunc tex. datur. Nec mihi videtur tanta violatio, exponere ędes suas, id est, vicini: sed quòd fortius stabit exemplũ glos. & Dy. intelligendo ędes suas, scilicet eius, qui agit pro seruitute: quia ædes, quæ sunt vicini, possunt dici suæ, videlicet istius, qui habet seruitutem tantum. Nam terminus Suum, nõ solum significat dominium, imò etiam qualecunq; ius habeat quis in re, videtur illa res sua. Tex. est de hoc no. in l. talem. §. si quis ita. & ibi Bart. ff. de hære.
a insti. de quo etiam per Bar. in l. nuper. ff. de leg. iij. [a] ⁂ ¶ Ponebat tamen vltimo loco Io. Fab. hîc aliud exemplum ad hunc text. prima
44 fronte satis coloratum, in quo ostendi † ꝙ cùm actor agit confessoria, ius sibi esse ędes suas altius tollendi: pone, statuto, vel consuetudine disponi ꝙ nullus possit eleuare ædificiũ, nisi vsq; ad certam mensuram, & nõ vltra, inuito vicino: iuxta l. qui luminibus. in prin. ff. de ser. vrba. prædio. & ibi dicit glo. ꝙ istud est Florentiæ, iuxta l. j. C. de ædi. priua. & ibi etiam dicit glo. ꝙ istud est Florentiæ in turribus. pone modo quòd vicinus concesserit mihi quòd possim ædes meas eleuare vltra dictã mensurã: pone posteà ꝙ me volentẽ eleuare vicinus prohibeat: nonnè clarè constat ꝙ contra vicinum impedientem potero agere confessoria, ius mihi esse ędes meas altius tollendi. Et cum isto exemplo transit simpliciter Ange. hîc. Sed ego puto hos reuerendos patres in hoc errare: & puto in hoc deficere egregium, & mirabile ingenium Ioan. Fab. Nam præsupponunt isti in exemplo supra posito quòd possit agi cõfessoria pro illo iure altius tollendi: sed errant, quia confessoria datur pro seruitute contra alium, qui velit ædificare: sed in dicto exemplo non agitur pro seruitute, sed pro libertate: quia ego dico ædes meas esse liberas à seruitute imposita secundùm consuetudinem, vel statutum, propter concessionem mihi factam à vicino: propterea ago, & dico mihi ius esse altius tollendi. Cùm ergo agam pro libertate, competit mihi negatoria, & non confessoria: iuxta l. ij. in princip. ff. si ser. vend. Illud ergo esset exemplum negatoriæ, & non confessoriæ: quod nullatenus potest ad text. nostrum conuenire. Teneatis ergo vltimum exemplum glos. & Dy. s. relatum, declarando vt s. declaraui post Dyn. ¶ Glos. mag. in ver. item altius tollendi. diuiditur in quatuor partes principales. In prima glos. timore cuiusdam taciti contrarij dupliciter intelligit text. In secunda format quæstionem, & soluit. In tertia format aliam quæstionem. In quarta
per modum notabilis reprobat quandam opi. a Placen. Secunda ibi: sed quæritur hîc. Tertia ibi: item quare ista dicuntur. Quarta ibi: prope fi. item quod dicit Placen. ¶ In ea. glos. in primis verbis, ibi exemplum confessoriæ. Istud primum exemplũ confessoriæ reprehenditur per Dy. Io. Fab. & omnes alios hîc, ea ratione, qua fuit repræhẽsum primum exemplũ gl. s. in ver. tollendi. quia ridiculum est dicere ꝙ intra exempla negatoriæ Imperator immiscuerit exempla confessoriæ. ¶ In ea. glo. ibi: vel dic nõ b repeti. Non vult dicere glo. ꝙ si ad hoc, exemplum, item altius tollendi: nõ reputatur negatiua, quòd istud erit optimum exemplũ negatorię: quia si ago, ius mihi esse altiùs tollẽdi, ego ago pro libertate: & sic bene competit negatoria. d. l. ij. in prin. ff. si ser. vendi. Sed aduerte, quia licet in hoc glo. per alios nõ repræhendatur, puto ꝙ ex necessitate ad istud exẽplum, item altius tollendi: debeat repeti illa negatiua:
45 non ista ratione: quia † quotiescunq; ista dictio
b Item, [b] adijcitur orationi, cui deficiat ver- c
bum principale, illud debet suppleri ex oratione precedenti cum omnibus qualitatibus in ea positis. Textus est in l. à sententia. in prin. & ibi Bart. ff. de app. & in l. j. in prin. & ibi Bart. ff. de pub. latè Bart. in l. in repetendis. ff. de leg. iij. Cùm ergo in textu nostro apponatur ista dictio Item, huic orationi Altius tollendi: in qua deficit verbum principale: ergo illud verbum principale suppletur ex oratione præcedenti cum qualitatibus ibi positis: ergo suppletur cum negatiua ibi posita. Dicite ergo secundùm Dy. hîc, ꝙ istud exemplum, altius nõ tollendi: & sic cum negatiua, potest esse exemplum negatoriæ, hoc modo: nam, vt dictum est in glo. præcedenti. in ver. Altius. pone quòd habebam seruitutem immittendi tigna mea in domum tuam: si domus tua est depressa, possum agere confessoria contra te, cuius sunt illæ ædes depressæ, ius mihi esse illas ædes altius tollere: & tu econtra, potes agere negatoria, ius mihi non esse ædes illas altius tollendi: & hoc modo procedit tex. iste. ¶ Sum modo in secunda parte principali glo. ibi sed quæritur hîc quare talia nomina. quam subdiuido in quatuor particulas. In prima formatur quæstio. In secunda ponitur opi. Placen. In tertia ponitur eius reprobatio. In quarta ponitur opi. glos. Secunda ibi: respondet Placen. Tertia ibi: hæc opi. reprobatur. Quarta ibi: dic ergo inspiciendam esse. ¶ In eadem glos. ibi: negatoria, quia negatur. Videte
46 ergo diuersitatem inter Placen. & glossatorem nostrũ, † quare istæ actiones negatoriæ, & cõfessoriæ istis nominibus nuncupentur. Et idem per omnia dixit glos. in l. ij. in princ. in ver. qui negat. ff. si ser. vendi. Dy. hîc dicit ꝙ Placen. non discrepat à glo. dicens ꝙ Placen. etiam ipse cõsyderauit consonantiam verborum, prout consyderauit glo. nostra. Saluat etiam Pla. Pet. de Bellaperti. & Iac. But. hîc, vt Pla. voluerit se referre ad ea, quę communiter accidunt, iuxta l.
47 ex his. & l. nam ad ea. ff. de legi. & communiter accidit † ꝙ confessoria verbis affirmatiuis, negatoria verbis negatiuis proponatur. Bar. in l. ij. in prin. ff. si ser. vendi. dixit Placen. verè habuisse bonum intellectũ, & rectum: pro cuius euidẽtia dixit orationem esse affirmatiuã, vel negatiuam respectu suppositi, nõ appositi. Vnde in proposito nostro cõfessoria respectu suppositi apponitur verbis affirmatiuis: quia agens cõfessoria dicit ius sibi esse prohibẽdi, ne altius tollat, vel ius sibi esse eundi, & ambulãdi. Eodem modo est in negatoria: quia respectu suppositi semper verbis negatiuis presupponitur: quia agens negatoria det ius nõ esse eundi, nec ambulandi. Et hoc est verũ effectualiter loquẽdo, qui effectus debet attendi, iuxta id quod in simili dicit glos. quam Ang de Are. hîc reputat singularem in l. fi. §. fi. in ver. exceptionẽ. & ibi Bar. ff. de doli excep. Accedant quæ not. per doc. in l. nec codicillos. [c] ⁂. C. de codicil. Bene verũ c
est, ꝙ aliquãdo verba negatoria sunt affirmatiua: vt si dico ius mihi esse altius tollendi: sed effectus verborũ est negatiuus. Nam tantum est dicere

⁂ Pro hoc dicto videtur, imò est casus not. in materia nostra, vbi necessario exponẽdum est prout exponit glossa, id est mihi seruientem. in l. sicuti. §. competit. ver. distãt. in verbo, meum. ff. si ser. vendi. Carcassona Sardus.

¶ Dictio Itẽ. Cuius autem importãtiæ sit hæc dictio Itẽ, vide do. Alex. de Imo. in cõsi. cxvij. in j. & iij. col. in j. parte. Fran. Aret. in l. q superstitis. de acqui. hæred. & Felin. in c. pastoralis. in §. item. cum. de offic. delega. & quod ibidẽ ad eũ dixi in apo. Raph. Cu. in consil. xxij.

⁂ Videas omnino Barto. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quasi dominus. Adde quæ habentur per do. Alex. de Imo. in l. sed posſessori. §. item si iu rauero. de iniur. & in conſi. cxxix. ij. parte. & in cõſi. v. iiij. parte. & Bart. Cepo. de ſer. tit. de vſufruc. vbi nunquid vſufructuari' veniat appellatio ne domini.

b ¶ In emphyteuta. Adde domi. Alex. in d. conſil. cxxix. in ij. parte.

c ⁂ Adde q̃ multũ, iudicio meo, extra propoſitũ Petr. dicit confeſſoria cõ petere ei, qui negat ſe debere ſeruitutem: quia vt ex proximè allegat ꝫ. apparet, actionis natura repugnat: niſi forſan collegerit Petrus iſtud in d. §. cõpetit. ibi habere me ius altius tollendi &c. quæ verba, cùm ſint affirmatiua, videbant ſonare in confeſſoriam. Sed deceptus fuit: quia ſunt negatiuo reſpectu effectus, qui ſemper attendi debet. vt p glo. & Bar. in l. ſi. §. ſi. ff. de doli excep. & vidimus ꝫ. col. viij. nam tantundẽ important illa verba in d. §. cõpetit. ac ſi dicerẽ ius tibi non eſſe prohibendi me, ne altius tollã. Et in effectu verior eſt opi. Specula & Iaſon. q̃ in caſu. d. §. competit. negatoria agi debeat & multũ cogitaui, vt Petri de Bellaperti mentem preciperem: quia in commento Iaſ. ſupabũdabant due negationes Carcaſſona Sardus.

eſt dicere, quantum ſi dicerem, ius non eſſe tibi prohibendi me, ne altius tollam. Ipſe tamẽ Bart. alibi latius hoc attingens, in l. ſi prius. in v. oppo. ſecundæ partis. ff. de ope. no nun. dicebat vtrãque opi. ſcilicet gloſſatoris & Pla. poſſe cõcordari. Aut enim conſideramus verba, quæ in libello exprimuntur: & tunc procedit opi. glo. noſtrę. Aut conſideramus verba quę à iure tacitè intelliguntur, & quæ ex neceſſitate debent referri ad perſonam actoris, vt eſt medium, ex quo concluditur in actione propoſita: & illud mediũ tacitè ineſt ex neceſsitate, etiam ſi non exprimatur. Exemplum in alia materia: ago contra te ad decẽ, quia mutuaui: quare peto te condemnari, &c. hîc deficit medium concludendi, ex quo reſultat actio. Deficit enim obligatio: quia in libello non dixi te obligatum. Sed iſtud mediũ concludendi ſuppletur à lege iuxta ea, quę traduntur in l. edita. C. de eden. Item in propoſito medium concludendi, quod exprimitur, vel ex neceſsitate intelligitur, in confeſſoria ſemper proponitur verbis affirmatiuis: quia agẽs cõfeſſoria aſſerit ius ſeruitutis ſibi competere: & agens negatoria negat aduerſario ſeruitutis ius competere. Et iſta propriè fuit opi. Placen. Et ſi dicas forſitan opponendo, q̃ imò in negatoria medium concludendi poteſt proponi, vel etiã ex neceſſitate ſubintelligi verbis affirmatiuis, iuxta d. l. ſi prius. ver. idem quoq;. quia poſſum dicere in negatoria ius mihi eſſe prohibendi te vti tali ſeruitute: vt eſt text. expreſſus in l. vti frui. in prin. ff. ſi vſusfru. pe. ergo in hoc exẽplo mediũ cõcludendi in negatoria proponit verbis affir
48 matiuis. Et in hoc dicebat Bar. aduertendũ t̃ q̃ ſicut argumentũ logicorũ habet maiorẽ propoſitionem, minorẽ, & cõcluſionem: ita apud Legiſtas libellus debet hęc tria cõtinere. Maior ergo propoſitio in propoſito noſtro tam in confeſſoria, quàm negatoria proponitur verbis affirmatiuis: quia cõfeſſoria agens, dicit ſe dominũ prędij: quia negat ſeruitutẽ debere. l. vti frui. in prin. ff. ſi vſusfru. pet. l. loci. §. competit. & l. & ſi fortè. §. hęc autem actio. ff. ſi ſervendi. Minor autem propoſitio, ſeu medium concludendi in iſtis actionibus, in confeſſoria ſemper proponitur verbis affirmatiuis, in negatoria negatiuis: vel ex neceſsitate ſubintelligitur, vt dictum eſt. Et ſi dicis in exemplo, de quo ꝫ. dixi, medium concludendi in negatoria proponitur verbis affirmatiuis: quia dico ius mihi eſſe prohibẽdi te, ne tali ſeruitute vtaris. Dicebat Bart. quòd iſtud non eſt medium concludendi: imò eſt concluſio, quæ infertur ex medio concludendi: quia ex quo in medio concludendi dixi non eſſe tibi ius vtendi tali ſeruitute: ex hoc medio ſequitur poſteà hæc concluſio, quòd mihi eſt ius prohibẽdi te vti tali ſeruitute. Et in concluſione, ſecundùm eum, verba poſſunt & negatiuè, & affirmatiuè, proponi. Et ſic effectualiter vult Bart. quòd conſiderato medio cõcludendi, procedat opi. Pla. nõ autem conſiderata maiori propoſitione, vel concluſione. De quo dicite vt ibi latiùs per eum.

¶ Sum modò in tertia parte principali glo. ibi: item quare iſtæ dicũtur in rem, quæ poteſt ſubdiuidi in duas particulas. In prima quærit quare cõfeſſoria dicatur in rem. In ſecũda quare negatoria dicatur in rem. Secũda ibi: hoc idẽ in negatoria. ¶ In eadem gloſ. ibi: fructuario creditori. Iſta glo. in hoc malè dicit: & reprehẽditur per Dy. Iac. But. & omnes alios hîc. Et dicit Dy. ſe putare hoc prouenisſe vi-

49 tio ſcriptoris, & nõ vitio gloſſatoris. Nam nõ eſt verũ, t̃ q̃ creditor ſit quaſi dominus: quia ſi eſſet quaſi dominus, in re illa nõ poſſet pignus cõſtitui. l. ex ſextãte. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. & l. neq; pi-
50 gnus. in prin. ff. de reg. iur. t̃ Item nõ eſt verũ q̃ vſufructuarius ſit
a quaſi dominus: [a] quia quaſi dñs nõ poſſet habere vſumfructũ formalẽ in re ſua. l. vti frui. in prin. ff. ſi vſufru. pet. Bene verũ eſt q̃ ibi tales, ſcilicet creditor, & vſufructuarius, dicuntur habere ius in re. l.
51 eorum. in prin. ff. de dam. infec. ratione t̃ cuius iuris cõpetit eis vtilis cõfeſſoria pro ſeruitute. Et in creditore hoc eſt expeditũ l. ei qui. ff. de ſerui. Vſufructuarius autẽ nõ habet directè, & principaliter cõfeſſoriã pro ſeruitute, ſed per quandã conſequentiã: quia petendo vſumfructũ, conſequitur ſeruitutẽ. Iſtud eſt, quod dicit tex. in l. j. in prin. & in l. vti frui. §. vtrũ autem. ff. ſi vſufru. peta. Teneatis ergo
52 exemplum glo. t̃ q̃ ſequitur de ſuperficiario, qui bene eſt quaſi do-
53 minus, accipiẽdo quaſi dominiũ pro vtili dominio. d. l. j. in prin. &
b d. §. quod autẽ. ff. de ſuperfi. t̃ Idem dicite in emphyteuta, [b] & vaſallo: vt eſt tex. in l. in prouinciali. §. ſi ego. ff. de ope. no. nun. Circa id, quod dixi ſecundũ doc. hîc, q̃ vſufructuarius nõ eſt quaſi dominus, & cõſequenter q̃ vſufructuarius nõ habet vtile dominium: ſed iſtud pro nũc nolo attingere: Videte tamen tex. in l. rectè dicimus. in prin. & ibi glo. not. in ver. ſeruitutis. ff. de verb. ſig. & text. in l. in venditione. in prin. & ibi glo. & Bar. ff. de bo. autho. iudi. poſſ. & tex. glo. & Bar. in l. iiij. ff. de vſufru. & Bar. poſt glo. & Gul. in rub. C. de vſufr. & vide omnino latè Bar. in l. qui vſumfructũ. ff. de verb. obli. ¶ In ea. glo. ibi: item Publiciana datur. De hoc dicite vt per Bar. in l. ſi ego. §. j. hîc in glo. alleg. ¶ In ea. glo. ibi & ratione horũ, & ſimi-
54 lium dicuntur in rem. Habetis rationẽ, t̃ quare cõfeſſoria, & negatoria dicãtur in rem, eò quia competũt domino, vel quaſi domino cõtra poſſidentẽ, & eũ, qui dolo deſijt poſſidere, & cõtra eum, qui liti ſe obtulit. Hęc ratio gl. nõ videtur mihi poſſe procedere: quia licet verũ ſit q̃ iſtę actiones aliquãdo dentur non poſſidenti contra poſſidentem, vt dicit glo. hîc, & glo. not. in c. examinata. in glo. ij. in ver. poſſidebas. extra de iudi. tamẽ poſſunt etiã dari ipſimet poſſidẽti cõtra nõ poſſidentẽ: vt hoc tex. in ver. ſi. & l. & ſi fortè. §. ſciendũ. ff. ſi ſerui. vendi. & l. vti frui. §. vtrũ autẽ. ff. ſi vſufruc. peta. Imò poſ-
a ſunt etiã dari cõtra quemcũq; extraneũ poſſeſſorẽ: vt l. ſi quis diuturno. §. ſi. ff. ſi ſer. vẽdi. & d. l. vti frui. §. vtrũ autẽ. Ergo relinquit q̃ nõ eſt vera ratio gl. q̃ dicãtur in rẽ, quia cõpetunt cõtra poſſeſſorẽ. Dicite ergo paucis, q̃ iſtę dicũtur in rẽ actiones, quia cõpetunt pro iure, quod quis habet in re: & tale ius tranſit cum re, ad quemcunq; illa res perueniat. l. via cõſtitui. §. ſi fundus. & l. cum fundo. ff. de ſer. ruſt. pred. ergo debẽt dici in rem: vt l. actionũ genera. in prin. ff. de
55 actio. & obli. ¶ t̃ Ex hac tamẽ parte gl. declarata, & intellecta, vt ꝫ. poteſtis colligere definitionẽ negatorię, & cõfeſſorię, vt cõfeſſoria ſit actio in rẽ competẽs alicui ratione ſeruitutis ſibi debitę, vel fundo ſuo, vel quaſi ſuo, cõtra impedientẽ ad declarationẽ iuris ſui. Ita definit Pet. de Bellaperti. hîc, & ſequit Io. Fab. Et quare dixerim q̃ ſit actio in rẽ, patet ex ſupra dictis: Quare autẽ dicatur ratione ſeruitutis ſibi debitę, vel fundo ſuo: dicite vt appareat, hãc actionẽ cõpetere tam pro ſeruitutibus perſonalibus, & ſic debitis à re perſonæ quàm p̃ ſeruitutibus realibus, & ſic debitis à re rei: vt hoc tex. Ideo autẽ dicitur quaſi ſuo, propter vſufructuariũ, & creditorẽ: vt hîc in
56 gloſ. declaraui. ¶ t̃ Negatoria autẽ dicitur in rem competens alicui ratione rei ſuæ, vel quaſi ſuæ, contra vtentem aliqua ſeruitute in re illa, ad pronuntiandum aduerſario ius nõ eſſe vtendi tali ſeruitute. Et ita etiam definiebat Pet. de Bellaperti. & Ioan. Fab. hîc. Quare autem dictum ſit q̃ eſt actio in rem, patet ex ſupra dictis. Et quare dicatur, ratione rei ſuæ, vel quaſi: dicite propter illos, qui non ſunt domini, & habent ius in re, & propter bonæ fidei poſſeſſorẽ. Quare
57 autem dicatur cõtra vtentem, ſatis patet. ¶ t̃ Nũquid autẽ negatoria detur cõtra quemlibet impedientem, etiam ſi nõ prætendat ſibi deberi ſeruitutem: vide gloſ. in l. apud Trebatiũ. §. idem Trebatius. in ver. non eſt. ff. de aqua plu. arcen. & glo. in l. ſi cõm meus. §. j. ff. ſi ſer. ven. & Pet. de Bellaperti. & Ioan. Fab. hîc. Dixit poſtremò, ad pronuntiandum aduerſario, ius non eſſe vti tali ſeruitute. Et quare
c hoc dictum ſit ſatis patet. Putabat tamen [c] ⁂ Pet. de Bellaperti. hîc, q̃ cõfeſſoria cõpetat ad pronuntiandũ rem eſſe liberã: quia, ſecundùm eum

non dicit

dùm eũ, ſequeretur q̃ ſi res mea deberet tertio ſeruitutem, q̃ cõtra te, cui nõ eſt debita ſeruitus, nõ poſſit intẽtari cõfeſſoria: quia nõ poſſet peti q̃ pronuntietur rẽ eſſe liberam. quod tamen eſt falſum: vt eſt tex. in l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. vend. Et dicit Io. Fab. hîc, quòd hęc opi. eſt vera de iure: licet referat Spec. tenentem contrarium in tit. de cau. poſ. & prop. §. nunc dicẽdum. circa fi. §. Ego puto opi. Spe. eſſe verã: quia etiam præſuppoſito q̃ res mea debeat tertio ſeruitutem, nihilo minus quantum eſt ad te, cui non debetur ſeruitus, ego poſſum per negatoriã petere q̃ pronũtietur, rem eſſe liberã, & intelligatur libera quantũ ad rem. Iſtud eſt, quod dicit tex. ille in §. competit. dum dicit, quantum eſt ad te, liberas ędes habeo.

¶ Sum modò in quarta, & vltima parte glo. ibi: item nota quod dicit Pla. quam poteſtis ſubdiuidere in duas particulas. In prima per modum notabilis refert quãdam opi. Plac. & illã reprobat. Secunda ibi: ſed falſum eſt. ¶ In fi. glo. bene dicit. & idem tenet, & latiùs, glo. in l. ij. in prin. in verb. qui negat. ff. ſi ſer. ven. ¶ Glo. in ver. neget. Pro cuius expeditione opp. contra tex. dum dicitur, q̃ ei, qui poſſidet, nõ eſt prodita actio. Contrà, deponens retinet poſſeſsionem rei depoſitę. l. licet. §. rei. ff. depoſi. Item commodans retinet poſſeſſionem rei cõmodatę. l. rei. ff. commo. & tamen deponens, & commodans, licet poſsideant, habent rei vendicationẽ. l. officium. ad fi. ff. de rei ven. ergo tex. noſter, qui dicit poſsidenti nõ eſſe proditam actionẽ, malè dicit. Timore huius cõtrarij facta eſt glo. noſtra, quæ tripliciter reſpondet ad iſtud contrariũ: ideo in tres partes diuiditur. & ſecunda eſt ibi: alij dicunt legem illam. Tertia ibi: ſunt & alij.

¶ Ad fi. glo. quantũ eſt ad ſol. cõtrarij ꝫ. formati, teneatis primam ſol. ſecundũ quod etiã tenet glo. noſtra. Pro clara tamen intelligentia huius glo. & eius enucleatione duo ſe offerunt in hac glo. principaliter examinanda. Primũ eſt, vtrũ poſsidens poſsit agere rei vendicatione. Secundũ, vtrum poſsidens, ſi agit rei vendicatione, dicatur poſſeſsioni renuntiaſſe. ¶ Circa primum dicite ex mente Dy.
58 hîc, t̃ q̃ aut q̃s poſsidet naturaliter, & ciuiliter, & habet etiã detenta
a tionẽ: & tunc clarũ eſt q̃ non poteſt agere rei vendicatione [a] quia non eſt contra quẽ agat. Aut verò poſsidet naturaliter tantùm, aut ciuiliter tantùm, aut ciuiliter & naturaliter ſimul, ſed nõ detinet: & in iſtis caſibus clarũ eſt q̃ poſsit agere rei vendicatione cõtra eũ, qui detinet, vel etiã qui naturaliter tantũ poſsideret. Et ita loquitur d. l. officium. & vidimus in §. omniũ. in materia rei vendicationis. ꝫ. eo. Et per iſta dicebat Dy. hîc, errare illos, qui tenent q̃ rei vendicatio non poſsit cõcurrere cum interdicto vti poſsidetis. & ſimul intentari: quia agẽs rei vendicatione aſſerit poſſeſsionẽ eſſe penes reum: & agẽs interdicto, vti poſsidetis, aſſerit ſe poſsidere: & ſic videntur cõtraria intentare: vt tenet glo. in l. ſi de vi. ff. de iudi. quia imò ſecũdum Dy. quando quis poſsideret ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm, poſſet agere rei vendicatione propter naturalẽ, quæ eſſet penes aliũ, vel propter detẽtationem rei, quam alius haberet. Item etiã in interdicto, vti poſsidetis, propter ciuilem, quam ipſe habet, vel propter naturalem, quę eſſet penes eũ: & ita nõ diceretur contraria intentare. Et ita tenuit glo. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. in fi. ff. de acqui. poſ. Bene verũ eſt, quòd ſi quis poſsideret naturaliter & ciuiliter, item etiã ſi haberet rei detentationẽ, q̃ iſto caſu nõ poſsit concurrere rei vendicatio & interdictũ, vti poſsidetis: quia impoſsibile eſſet q̃ iſto caſu competeret ſibi rei vendicatio. Et cum Dy. tenet Nico. de Neap. & Bal. hîc. Addo q̃ idem tenet Bart. in l. naturaliter. in §. nihil commune. in prima cõbinatione. ff. de acquir. poſ. vbi dicit q̃ omnes tenent iſtud, quod Dy. hîc. ibi vide latè per eum. De quo etiã vide glo. in l. incerti. in ver. queſtionem. & ibi Bar. C. de interdi. & ibidem Bald. in repe. in vij. col. & glo. in l. ordinarij. in glo. fi. in ver. tu dic. C. de rei vend. & ibi Bald. in ij. & iij. col. & apud Cano. vide tex. optimũ in c. paſtoralis. & ibi gloſ. in ver. recuperãdę. extra de cau. poſ. & proprie. & ibi habetur per omnes, & per do. Anto. in c. cùm dilectus. eo. tit. in vj. col. ¶ Circa ſecundum
59 principale, t̃ vtrum poſsidens, ſi agat rei vendicatione dicatur poſſeſsioni ſuę renuntiaſſe. Et in glo. videtis illos antiquos doc. Bulg. & Ioan. tenere q̃ ſic. quorum opi. maledicit Dy. hîc, & dicit quòd eſt mala, peior, & peſsima, & quòd eſt cõtra caſum l. naturaliter. §. ni-

a ¶ Rei vendicatione. Quando autem competat rei vendicatio, vide do. Barth. Soci. in conſi. lxij. incip. in preſenti. verſi. tertio cõcludo. in j. parte. & in cõſil. lxxix. inci. in cauſa agitata. circa med. viij. col. eadẽ parte.

b ⁂ Adde q̃ in hoc q̃ agens petitorio ratione poſſeſsionis quã habet, dicatur illã perdere: reſidet cõmunis opi. quę penes me nõ eſt ſine dubio, quia hil cõmune. ff. de acqui. poſ. vbi ad cõtextũ dicit nõ videri poſſeſsioni renũtiaſſe, qui rẽ vendicauit. Ad idẽ l. cùm fundũ. §. fi. ff. de vi & vi ar. Ad idẽ caſus in c. paſtoralis. de cau. poſſeſ. & proprie. Ego puto opi. horum antiquorũ poſſe ſaluari ex diſtinctione Bar. in d. §. nihil commune. in iij. lectura. ver. quęro pro declaratione huius lec. & ibi Bar. faciens mentionem de opi. iſtorum in hac gloſ. recitata eam ſaluat. In hoc ergo nunquid agens rei vendicatione, vel alio iudicio petitorio, videatur renũtiaſſe poſſeſsorio quod habet diſtinguebat ibi Bar. Aut enim iſte ignorabat ſe poſsidere, quia poſsidebat per alium, puta per filiũ, vel ſeruũ: & tunc clarũ eſt q̃ intentando petitoriũ, non dicitur renuntiaſſe poſſeſsorio, quod ignorat ſe habere. l. ſi duo. in prin. iuncta gl. ff. vti poſ. Aut verò ſciebat ſe poſsidere: & tunc aut poſsidebat per alĩ puta per colonum: & tunc etiam intentãdo petitorium nõ admittit poſſeſsionem: quia iſto caſu poſſeſsio nõ admittitur ſolo animo, ſed requiritur q̃ alius ingrediatur. l. pere grè. §. quibus explicitis. ff. de acquir. poſ. Aut poſsidebat per ſe ipſum: & tunc aut iſte, qui ſcit ſe poſſidere, agit pro eadẽ poſſeſsione, quę eſt
b penes ipſum. & tunc bene dicitur poſſeſsioni renũtiaſſe. [b] ⁂ & in hoc caſu procedat, & ſaluetur opi. iſtorũ antiquorum. Aut agit pro alia poſſeſsione, quàm pro ea, quę eſt penes ipſum: quia dũ poſsidet ciuiliter tãtùm, agit pro natu- c
rali, aut pro detentatione, quàm alius habet: & tunc nõ dicitur ſuæ poſſeſsioni renũtiaſſe. De quo dicite vt ibi per Bar. & de hoc etiam per do. Ant. in d. c. cùm dilectus, in iiij. col. extra de cau. poſ. & proprie. ¶ Capio glo. in ver. vno caſu. quam diuido in duas partes, prout duobus modis intelligit, vel exemplificat text. Secunda ibi vel dic quod dicit. ¶ In fi. glo. Dyn. tenet vtrunq; exemplũ gloſ. dicens q̃ vtrũque eſt bonum. Pe. de Bellaperti. & Io. Fab. & poſt eos Ang. de Are. reprehẽdunt vtrũque exemplum. Et q̃ primum de duplicibus iudicijs non poſsit procedere, patet: quia tex. dicit, vno caſu: & iſti eſſent plures caſus. Secundũ etiã de reo in exceptionibus eadem ratione multò minùs procedit: quia, ſecũdũ eos, eſſent plures, quàm mille caſus. Dicebat ergo Pe. de Bellaper. q̃ ad iſtum text. iſtud eſt propriũ exemplum: Si ego poſsideo rem meã propriam, & tu agas, & dicas eſſe tuam: quia ſi ego nego illã eſſe tuam, & volo probare eſſe meam, quòd poſſum, iuxta l. circa. cũ glo. no. ff. de proba. dicor ſuſtinere partes petitoris. Et dicit Ioan. Fab. hîc, q̃ putat iſtud verũ exemplũ ad text. noſtrũ. Quod etiã
c tenet [c] ⁂ Ang. de Are. hîc: quia ſecũdũ eos, tex.

derando aduerſatiuam Vero, quæ aduerſatur ver. præcedenti ibi: nam Nec obſtat tex. in l. j. ff. famil. erciſ. qui tex. non loquit̃ de actione, ſed de exceptione. Nam ſi poſsidens inficietur non poſsidentẽ ſibi cohæredem eſſe, hac exceptione repellet eum, ſi in ea re &c. exemplum verò Petri, Io. Fabri, & Ang. loquitur in actione. Et Sic remaret defenſatus tanquã. germanus hinc literæ eorũ intellectus. Anto. Ang. Carcaſſona Sardus.

c Retorqueo iſtud argumẽtum cõtra Iaſ. defendẽdo exẽplum Petri de Bel. pert. Ioan. Fab. & Ang. de Are. nam exceptio debet (vt ipſe inquit) eſſe de regula. d. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pen. leg. Phi. Dec. in l. j. ff. de regu. iur. ſed regula loquit̃ verè in reo: ergo etiam exceptio. Quod regula loquatur in reo, patet clarè: dicit text. ei vero qui, poſsidet, non eſt actio prodita, per quã neget rẽ actoris eſſe & ſic text. præſupponit eſſe actorẽ vt ibi: actoris eſſe. q̃ agat cõtra poſsidẽtem & ſic ſenſus eſt q̃ reo nõ eſt prdita actio, per quam neget ac regula loquitur in reo: ergo & fallentia. Probatur etiã iſte intellectus põis, &c. in quo loquitur de actore. ergo in verſi. ei verò. loquitur de reo. Nec obſtat tex. in l. j. ff. famil. erciſ. qui tex. non loquit̃ de actione, ſed de exceptione. Nam ſi poſsidens inficietur non poſsidentẽ ſibi cohæredem eſſe, hac exceptione repellet eum, ſi in ea re &c. exemplum verò Petri, Io. Fabri, & Ang. loquitur in actione. Et Sic remaret defenſatus tanquã. germanus hinc literæ eorũ intellectus. Anto. Ang. Carcaſſona Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ In negatoria. Quomodo autem agatur negatoria, & quid requiratur in ea, vide domi. Alexan. de Imo. in consil. cxxxv. in iiij. col. in secunda parte.

non dicit ꝙ actor sit: sed bene dicit, ꝙ sustinet partes actoris. Sed in veritate istud exemplum parum, aut nihil differt à secundo exẽplo glos. nostrè: quia in vtroq; intelligimus textum loqui de reo. Ego puto vtrunq; intellectum nultenus posse stare. Et vt intelligamus text. in
60 reos, apertè demõstro: † Nam exceptio debet esse de regula. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pe. leg. Barto. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. in ij. col. Sed regula hîc posita loquitur in actore: ergo exceptio, quæ esset in reo, non esset bona. Ideo Ioan. Fab. qui sensit hanc rationem, & vt eam euaderet, dicit quòd in hoc tex. non ponitur propriè exceptio, sed quædam illatio. Ego teneo ad hunc text. primum exemplum glos. nostræ, & ostendo quòd in eo debet necessariò textus intelligi: nam, vt etiam fatentur, qui reprobant illum intellectum, vel exemplum gloss. verum est quòd in istis duplicibus iudicijs ille, qui possidet, habet actionem, per quàm neget rem actoris esse: vt est etiã tex. clarus in l. j. ff. famil. ercis. alleg, in glos. Si ergo textus noster intelligeretur in alio casu, quàm in istis duplicibus iudicijs, malè diceret, dum dicit, vno casu: quia vltra illum casum esset etiam alius casus. Nec obstat reprobatio eorũ, dũ dicebant ꝙ iste nõ esset vnus casus: quia imo est vnus casus in duplicibus iudicijs sub quo bene plures continentur: & nõ possum mihi persuadere ꝙ iste tex. loquatur in alio casu. ¶ Extra gloss. restat vltimò vt videamus
61 †qualiter formãdus sit libellus in cõfessoria scilicet, & negatoria: & in cõfessoria dicit, vt colligit ex mẽte doctorũ hîc, ꝙ debeo primò narrare qualiter Titius cõstituit mihi seruitutẽ in tali fundo suo, ad talẽ fundum, qui est meus, vel quasi meus, vel in quo habeo ius: & debeo fundi illius cõfinia demonstrare: dehinc debeo dicere, qualiter dictus Titius me existente in possessione, vel quasi, illius seruitutis, impediuit, vel turbauit vti dicta seruitute: & ꝙ etiã de præsenti impedit, & turbat, propter quod impedimentum interest mea in decem: quare peto per vos declarari dictã seruitutem dicto fundo competere: & dictum Titium in illis decem condemnari mihi dandis ratione mei interesse: & ꝙ mihi mediante officio vestro caueat ꝙ in futurũ nec ipse, nec hęredes, nec successores sui, impediẽt me vti tali seruitute. Dixi primò debere narrari, qualiter Titius cõstituit seruitutẽ. Et si bene aduertistis, non dixi propter vsumfructũ, cui non potest constitui seruitus. l. ij. §. rectè. ff. si serui. vendi. l. sed & si quis. §. fi. ff. de vsufru. & tamen põt agere cõfessoria ratione seruitutis debitę fundo, in quo habet vsumfructum, vt vidistis ꝛ. in glos. mag. in iij. parte principali. ¶ Posteà dixi, ad talem fundum, qui est meus, vel quasi meus, vel in quo ius habeo: ita dixi propter directos dominos. Item propter habentes vtile dominiũ, qui sunt quasi domini. Item propter vsufructuarium, & creditorem, qui habent ius in re, prout vidistis in prędalleg. gl. mag. in iij. parte principali. Deinde dixi fiendam mentionẽ de impedimento, vel turbatione. Requiritur enim molestatio, siue inquietatio ex parte eius, qui conuenitur: aliàs conueniri nõ potest. Ita videtur innuere tex. in l. vti frui. §. verũ. & l. fructuario. §. fi. ff. si vsufru. peta. Et hoc tenet Iac. But. hîc, secundũ quòd eum allegat Bart. in l. si prius. in v. oppo. j. partis. ff. de ope. no. nun. & ibi dicit Bart. hoc esse menti tenendum. ¶ Subdit tamen ibidem Bar. se putare ꝙ si in processu iudicij apparet contradictio etiam verbalis, quia cõuentus negasset: ꝙ istud sufficeret. Quod reputat Ang. de Are. hîc singularissimũ: vt dicit ꝙ istud idem sequitur Lap. de Floren. in allegationibus suis, alle. xxv. & do. Ant. in c. cùm ad sedem. extra de resti. spo. Posset tamen dictum istud Bar. limitari per id, quod notabiliter voluit ipse Bart. in l. si dubitetur. §. ita demum. ad fi. ff. de fideiuſ. & in l. etiam. §. licet. ff. sol. mat. secundùm Ang. de Are. hîc. ¶ Dixi postmodum ꝙ debet petere seruitutem declarari deberi dicto fundo, & per l. qui aliena. §. fi. ff. de nego. gest. Aduertatis tamen ꝙ si quis peteret pronũtiari seruitutem sibi deberi, & non fundo, ꝙ tamen valet, & sustinetur libellus: nam ita eum format Iurisconsultus in l. ij. in prin. ff. si ser. vendi. & tex. hîc: & illa verba, peto pronuntiari seruitutem mihi competere: intelligũtur scilicet ad prędij vtilitatem, & mediãte fundo, cuius ego sum dominus: per tex. no. in l. vnus ex socijs. in prin. ver. quamuis. ff. de ser. rusti. pred. Et ita dicit Bart. in d. l. si prius. in vj. oppo. ij. partis principalis, & idem in d. l. qui aliena. §. fi. & in l. ij. in prin. ff. si serui. vendi. & in l. fi. §. finautem. C. de bo. quę lib. ¶ Dixi etiam faciendam esse petitionem interesse † & ꝙ in istis actionibus veniãt
62 interesse, & fructus, & damna, habetis text. no. in l. loci corpus. §. in confessoria. & §. & si fundus. & l. si fortè. §. fi. ff. si ser. vendi. & text. in l. si quid. & ibi Bal. C. de serui. & aqua. & notabiliter Bar. in d. l. si prius. in x. opp j. partis. & in quinta oppo. ij partis. ad fi. & Bart. in. l. fluminũ. §. fi. ff. de dam. infec. Et ibi dicit Bart. post Iaco. de Aret. ꝙ licet confessoria detur ad interesse, ꝙ non datur principaliter, sed in consequentiam. Imò plus dicit Bal. post Pet. de Bellapertic. in d. l. si quid. ꝙ interesse non venit iure actionis confessorie, sed per officiũ iudicis mercenarium: & propterea dicit ꝙ in formatione libelli debemus esse cauti, vt super interesse, & damnis officiũ iudicis imploretur. Et secundùm eum, text. in d. §. in confessoria. qui dicit in actione confessoria venire fructus & interesse seruitutis, est intelligendus vt veniat, scilicet officio iudicis mercenario, nõ iure actionis confessorię. Et bene no. d. §. in confessoria. qui vult ꝙ interesse pro fructibus computetur. Ideo dicebat Bal. in d. l. si quid. ꝙ si in libello fiat mẽtio interesse, videtur etiam fieri mẽtio fructuum quòd ipse reputat esse notabile. ¶ Vltimo dixi petendam esse cautionem, ꝙ in futurum, nec ipse, nec heredes, nec successores sui, impedient me vti tali seruitute. Et de hoc est tex. in l. harum. & ibi Bart. in l. egi. ff. si ser. ven. & vide Bar. magistraliter in hoc loquẽtem in d. l. si prius.
63 in iij. oppo. ij. partis principalis. ¶ †In negatoria [a] autem qualiter
a sit formandus libellus, dicebat Bal. in l. j. in vj. col. C. vti posi. ꝙ glos. quę est notabilis in l. Aurelius. §. si centum. in glos. in ver. consequi posse. ff. de libe. leg. formabat libellum in negatoria: sed quia illa glo. explicitè nõ format. ideo formabo secũdùm Nico. & Io. Fab. hîc, ꝙ libellus in negatoria formãdus sit ad similitudinẽ libelli, qui formatur in actione confessoria. Et ex mente doctorum hîc, colligo formam talem: Dico me esse dominum, vel quasi dominũ, talis fundi, vel ius me in eo habere, in quo Titius prętendit sibi debitã seruitutem, & ita ea vtitur, cùm tamen nulla seruitus sit illi fundo imposita, vel sibi debeatur: propter quod ego sum lęsus in decem, & in tantum mea interest: quare peto per vos declarari ius non esse Titio seruitute illa vtendi. Vel possum petere pronũtiari ius mihi esse prohibendi dictum Titium vti seruitute illa. Item possum petere etiam pronuntiari, fundum illum esse meũ liberum: prout dixi, & tenui ſ. in glo. mag. in iij. parte princip. a. in definitione negatorię: & ego simul has clausulas ponerem in conclusione libelli, hoc modo: Peto pronuntiari dictum fundum esse liberũ: & sic Titio nõ esse ius illa seruitute vtendi: & mihi esse ius illum prohibendi. & de hinc debeo petere ipsum condemnari ad dicta decem ratione mei interesse. postremò debeo petere mediãte officio iudicis mihi caueri, quòd in futurũ ipse Titius, nec hęredes, vel successores sui, vtentur illa seruitute: & quod nullatenus impedient, aut turbabunt libertatem prędij mei. Et quare ista ponantur, patet ex his, quę ſ. dixi in libello confessorię. Et vltra prędicta si vultis videre de forma libelli tam in actione cõfessoria, quàm in negatoria, videte etiam Bar. in d. l. harum. ff. si ser. ven. & Spec. in tit. de cau. pos. & proprie. in §. confessoria. per totum illum. §. Bald. in authen. ei, qui. in xiij. col. C. de bo. autho. iudi. pos. & latè Ang. in repe. l. si quis vi. §. differentia. in v. & vj. char. ff. de acqui. pos. Inno. & Cano. in c. abbate sanè. extra de verb. signifi. & in c. examinata. extra de iudi. fit laus in compręnsibili, & omnia compręndenti.

1 *Paragraphus, versiculus, seu litera grossa, quando in lege, vel statuto dici debeat.*
2 *Paragraphus vnde dicatur, & an debeat potius dici paragraphus, quàm paraphus.*
3 *Imperator quare non seruet ordinem Iurisconsulti.*
4 *Rei vendicatio ciuilis ad quem extendatur.*
5 *Condictio, si hæres non erit: an verificetur in bonorum possessore.*
6 *Statuta loquentia de hærede, an vendicent sibi locũ in bonorũ possessore.*

Actio

7 *Actio Publiciana quid sit.*
8 *Ius in re, & ius ad rem, quando quis dicatur habere.*
9 *Bonis esse in nostris quæ dicantur. 10.*
11 *Ius bonum in re quando quis dicatur habere.*
12 *Actio Publiciana an in vectigalibus & alijs prædijs competat.*
13 *Præscribi an possit vectigal.*
14 *Præscribi licet contra comitem iurisdictionem habentem ab ecclesia.*
15 *Actio Publiciana in quibus rei vendicationi æquiparatur.*
16 *Actio Publiciana in casibus, in quibus vsucapio procedere potest, locum habet. 17.*
18 *Actio Publiciana an ad res incorporales detur.*
19 *Actio Publiciana an detur contra possidentem cum titulo. 20.*
21 *Titulus à fure acquisitus, pro non titulo habetur.*
22 *Actio Publiciana an detur contra possidentem titulo pro hærede.*
23 *Possidere pro hærede an sit habere titulum.*
24 *Petitio hæreditatis contra titulo possidentem non datur.*
25 *Actione Publiciana agere non valenti qualiter succurratur.*
26 *Dictio Quasi, quid importet.*
27 *Actiones descendentes ex statutis ducum, marchionum, & episcoporum, an sint ciuiles vel prætoriæ. 28. & seq. & 32.*
30 *Actiones prætoriæ, si sint pœnales, anno finiuntur.*
31 *Statuta ducum, marchionum, & episcoporũ, quãdo dici possunt prætoria.*
33 *Accusationes, quæ ex quacũq; lege, vel edicto descendunt, perpetuæ sunt.*
34 *Actio Publiciana vt competat, quid necessariò requiratur.*
35 *Dominium absq; traditione an in ecclesiam transeat in rebus ei venditis, & donatis.*
36 *Actio Publiciana an competat ecclesiæ, non facta traditione.*
37 *Actione Publiciana conuentus an cõuictus de mẽdacio incidat in pœnã.*
38 *Actio an sit ciuilis, seu prætoria, quomodo cognoscatur.*
39 *Rei vendicatio, contra dolo desinentem possidere, an sit ciuilis, seu prætoria.*
40 *Actiones descendentes ex contractu vel quasi, ex delicto, vel quasi, an sint prætoriæ.*
41 *Actionum prætoriarum an aliqua mista reperiatur.*
42 *Petitio hæreditatis an sit actio mista, vel realis.*
43 *Actio Publiciana an competat pro rebus furto subtractis.*
44 *Speciei per genus non derogatur.*
45 *Furtum an inter casus fortuitos enumeretur.*
46 *Dictio Casus, quando denotet casum fortuitum. 47*
47 *Culpæ alicuius imputari non posse quando dicatur. 48.*
49 *Casus fortuiti qui dicantur.*
Casus fortuitus, & leuissima culpa, nihil habent medium.
50 *Casus fortuitus, & casus improuisus, qualiter differant.*
51 *Casus improuisus qui dicatur.*
52 *Casus fortuitus an puniatur.*
53 *Casus improuisus qualiter puniatur. Et*
Casus & fortuna, qualiter differant secundùm Aristotelem.
54 *Actio Publiciana an competat habenti vtile dominium.*
55 *Glossa referens duas opiniones, & nullam expressè approbans, vltimam tenere videtur.*
56 *Dominium, quotuplex reperiatur.*
57 *Actio Publiciana an competat feudatario, seu vasallo.*
58 *Feudatarius simpliciter inuestitus an habeat vtile dominium.*
59 *Actio Publiciana an competat vero, & directo domino. 66.*
60 *Actio Publiciana propter quem propriè inuenta est.*
61 *Actiones ab origine contrariæ an simul concurrere possint.*
62 *Iuramentum quomodo pro veritate habeatur.*
63 *Actio Publiciana, & rei vendicatio an simul intentari possint.*
64 *Directo, & vero domino Publiciana non competit.*
65 *Bonorum possessio inuenta à prætore cui competat.*
67 *Libellus in Publiciana qualiter formetur.*
68 *Dictio Quasi, quid importet.*
69 *Nomen actionis non necessariò exprimitur in libello.*
70 *Libellus alternatiuus quando procedat.*
71 *Actiones contrariæ in effectu æquipollentes, nõ possunt simul cumulari.*
72 *Libellus, Dico rem ad me pertinere iure dominij vel quasi: an valeat.*
73 *Sententia ex libello alternatiuo an ferri possit.*
74 *Libellus in Publiciana qualiter in practica formetur.*
75 *Dominium quando transferatur absq; traditione.*
76 *Actione Publiciana agens an necesse probare habeat tradentem non dominum.*
77 *Bona fides in contractu emptionis, an requiratur.*
78 *Bonæ fidei successori an mala fides actoris noceat.*
79 *Præscribere an possit habens causam à malæ fidei possessore. 80. 81.*
82 *Actione Publiciana agens an in libello ponere debeat quod hodie se dominum esse non credit. 83.*
84 *Actio Publiciana in quibus rei vendicationi æquipartur. 85. 87.*
86 *Actio Publiciana an domino præiudicet.*
88 *Assertio simplex in quibus sufficiat.*
89 *Scientia vel ignorantia an probetur solo iuramento.*
90 *Iuramento alicuius quando stetur. 91. 92. 93.*
94 *Impedimentum probatur per iuramentum, tamen probatio in contrarium admittitur.*
95 *Statutum disponens quòd stetur iuramento alicuius, intelligitur nisi contrarium probetur.*
96 *Statutum disponens standum conscientiæ, qualiter intelligatur.*
97 *Statutum disponens standum iuramento denuntiatoris, vel damnum passi, an procedat, si sint infames.*
98 *Statutum disponens quòd credatur libro mercatoris, an procedat, si sit infamis.*
99 *Bona fides qualiter probetur.*
100 *Bona fides an & quando præsumatur.*
101 *Conscientia quid sit.*
102 *Conscientia vnde dicatur.*
103 *Conscientia quotuplex sit.*
104 *Contrahentibus an liceat se inuicem decipere.*
105 *Prælatus ecclesiæ vendere non debet maiori pretio, quàm valeat res.*
106 *Conscientia idem est, quòd bonus vir.*
107 *Amenti fundum carius propter necessitatem, an succurratur.*
108 *Forus conscientiæ quid sit.*
109 *Obligatio naturalis sola, an sit efficax ad agendum.*
110 *Pœnæ legales tripli, vel quadrupli, an in foro conscientiæ sint debitæ.*
111 *Pœna conuentionalis an in foro conscientiæ per ecclesiam peti possit.*
112 *Emptor malæ fidei an in foro conscientiæ pretium soluere teneatur.*
113 *Salarium nimis magnum quid si per medicos & aduocatos extorqueatur.*
Salarium an in foro conscientiæ per doctorem consulentem sine reuolutione chartarum peti possit.
114 *Hæres adeundo hæreditatem an vltra vires hæreditarias teneatur. 115.*
116 *Falcidiæ detractio, vel Trebellianicæ an locũ habeat in foro cõscientiæ.*
117 *Falcidia in relictis ad pias causas an locum habeat.*
118 *Testis de rebus sensatis, non de conscientia animi, deponere debet.*
119 *Statutum si disponat quòd mulier non possit sine consentia duorũ consanguineorum contrahere, an eorum scientia tantum sufficiat.*
120 *Cõscientia alicuius si requiratur in actu, an sola notificatio sufficiat, siue eius consilium, vel consensus.*
Illiteratus si contra ius iudicet, an parti, quam læsit, teneatur.
121 *Conscientia verificatur per iuramentum.*
122 *Conscientiæ commissum an subdelegari possit.*
123 *Conscientiæ alicuius vbi aliquid committitur, vt optimo viro commissio facta videtur.*
Conscientia alicuius quòd aliquid fuerit gestum, qualiter probetur.
124 *Primogenitus an in foro conscientiæ possit in totum succedere.*
125 *Conscientiam remordentem habens mortaliter peccat, si eam nõ deponit.*
126 *Papa, Imperator, & alij principes, qui vim supremi principis habent, semper secundùm conscientiam iudicare debent.*
127 *Succedens ab intestato an aliquid dare teneatur in foro conscientiæ hæredi instituto in testamento minus solenni.*
128 *Conscientiæ alicuius quando aliquid committitur an alium substituere possit.*
129 *Edictum quod qui ſq; iuris: quando locum habeat.*
130 *Damnum dans ex culpa leuissima an in foro conscientiæ teneatur.*
131 *Electus ad aliquam dignitatem an sit tutus in foro animæ, si electio sua tenuit de iure gentium, non seruata forma iuris positiui.*
132 *Forma iuris positiui vbi prætermissa sit, an in foro animæ prætermittens, teneatur sibi facere conscientiam.*
133 *Rei vendicatione cõuentus si iniustè condemnatus fuerit, & præceptum*

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

de restituendo secutum fuerit ficlum, & tamen si non restituat, non peccat mortaliter.

134 *Testis quid si dicat vera esse secundùm conscientiam suam, an eius dictum valeat.*

Iudex quid si in sententia dicat secundùm suam conscientiam, an valeat.

135 *Iurans sufficit quòd secundùm conscientiam in quolibet iuramento verum dicat.*

136 *Conscientia alicuius an appellationem patiatur, an verò per viam supplicationis superior adiri possit.*

137 *Transgredi leges an possit ille, cuius conscientiæ committitur.*

138 *Disponendi potestatem habens secundùm conscientiam, an propriam sequi debeat.*

139 *Iudex quando conscientiam sequi debeat.*

140 *Sententia lata in Publiciana an in rei vendicatione præiudicium faciat.*

141 *Dominium simpliciter in iudicio proponens an tantum directum proposuisse intelligatur.*

142 *Dominij appellatione an in dubio de directo intelligatur.*

143 *Actio Publiciana an domino præiudicet.*

a ¶ Pōt dici §. Vide Bartho. Cep. in rubri. de test. in repe. & do. Alex. de Imol. post Ioā. in d. §. filius. alle. hîc per do. Iason. May.

b ¶ Paragraphus. Sed dic ꝙ illud p mittitur ratione breuioris locutionis: vt etiam dicit Firmianus in suo Aureo repertorio in ver. paragraphus. in fin.

c ⁂ De illo text. facit idem Iaſ. feſtum in l. j. C. qui admi. Sardus.

§. Sed istæ.

¶ Iste §. se ipsum continuat, ita ꝙ non est opus alia continuatione: quamuis illum Nico. de Neap. hîc multis modis cōtinuet. & fuit altercatio inter Citramonta. & Vltramon. secundùm quod referunt Io. Fab. & Nico. de Neap. hîc. Nam Citramontani, & Iac. de Ra. & Rodul. de Auricur. tenuerunt ꝙ hic non sit §. sed sit ver. qui continuetur cum præcedenti, & ita eum legunt cum præcedenti. sed in ver. aliæ. ponatur principium §. moti, quia non est verū ꝙ in isto §. sed istæ. ponatur diuisio actionum: imò diuisio fuerat etiam s̄. tacitè facta: quia illius diuisionis vidimus primum membrū, scilicet quę sint actiones ciuiles. Cùm ergo non fiat noua diuisio actionū, & cōsequenter cùm hîc non fiat inchoatio nouæ materię: ideo Imperator superiorem materiam prosequitur. Relinquitur ergo ꝙ hîc non debet esse §. nisi gratia euidentioris intellectus, vel doctrinę: vt est glo. no. in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. in glo. j. ff. de leg. ij. Accedat glo. in l. non cogendum. §. Sabinus. in glo. j. de procur. & glo. in l. ita tamen. §. ita tamen in glos. j. ff. ad Trebel. & glo. in l. nō distinguemus. §. compromisso. in glo. j. ff. de arbi. & glo. in l. eum, qui iudicare. §. magistratum. in glos. j. ff. de iurisdi. om. iud. & glos. in l. tres partes. in gl. j. ff. ad leg. Falci. Pro hac opi. Citramontanorū videtur bene facere quod voluit Bar. in l. iij. §. filius autem inter medias. col. j. & fi. ff. de libe. & posthu. vbi

1 dixit posse colligi † ex illo tex. quando in l. vel statuto debeat dici §. vel versic. aut litera grossa. Nam quando est vnum capitulum,

a nunquam durante illo capitulo potest dici §. [a] bene possent esse versiculi: finito autem illo capitulo, quando incipit aliud capitulū, debet dici §. Et dicitur vnum capitulū, quando circa idem disponitur: & dispositiones possunt simul circa idem concurrere: vt probatur ex illo tex. & ibi declarat Bar. Cùm ergo hîc sit vnum capitulum cum præcedentibus, quia ibi est eadem dispositio: ergo apparet ꝙ hîc non debet esse §. Et dicit Arch. in c. humanum genus.

2 j. dist. † ꝙ §. dicitur à para Græcè, quod est diuisio, & graphos, quod est scriptura. Vnde dicitur §. quasi diuisio scripturarū. Et secūdùm

b eum, bene propriè pronuntiando debet dici paragraphus, [b] nō autem paragraphus. Sed aduertite ꝙ rationes alleg. per Vltramon. concludunt ꝙ sicut in §. sed istæ. ita etiam in ver. aliæ. non debeat esse §. quod est contra ipsosmet Vltramonta. ergo & quasi communiter omnes faciunt §. hîc in isto §. sed istę. cùm Imperator hîc tacitè subintret aliam diuisionem actionū, vt dicit hîc glos. in prin. Et hoc in specie tenendo, scilicet ꝙ hîc debet esse §. tenet Nico. de Neap. Ioan. Fab. & Iac. But. Et istud mihi magis placet vnica ratione: quia licet verum sit ꝙ s̄. in præcedentibus sint positæ actiones ciuiles, tamen sunt positæ tanquam contineantur sub prima diuisione actionum: & sic cùm essent vel reales, vel personales: nō autem sunt positæ eo quòd essent ciuiles. Cùm ergo Imperator hîc aperiat nobis illas actiones etiam esse ciuiles, & posteà subiiciat alias esse prætorias, apparet manifestè quòd hîc ponatur secūda diuisio actionum: & cōsequenter rationes s̄. adductę pro Citramon. probabunt hîc §. esse. ¶ Et est aduertendum etiam quòd Imperator in hoc §. vsq; ad §. sequens. tractat de actionibus prætoriis hoc ordine: quia primò ponit de actionibus prætoriis realibus: secundò de prætoriis personalibus ibi in §. in personam. tertiò de prętoriis popularibus ibi in §. populares. ¶ Antequam accedā ad materiam huius §. attingam in primis duo, super quibus posset probabiliter,

3 iuxta hunc §. dubitari. Primum est, † quæ possit esse ratio ꝙ Iurisconsultus in volumine Digestorum post tit. de rei vendi. immediatè posuit titulum de Publiciana, ante tractatum seruitutum: & tamen Imperator in hoc titulo fecit totum econtra: quia in §. omnium. posuit materiā rei vendicationis, & in §. æquè posuit immediatè materiam seruitutum, & posteà in hoc §. posuit materiam Publicianæ. Potestis dicere vtrunq; factum esse ratione. Nam Imperator in toto hoc titulo procedit per diuisiones actionum, iuxta glo. magistram. in §. sunt præterea. in glo. ꝯ. eo. quia ergo in prima diuisione hîc posita, scilicet in §. omnium. optimè cadebat materia rei vendicationis, & materia seruitutum: idcirco ibi sunt bene positæ: verùm quia in secunda diuisione actionum, quæ hîc ponitur, optimè cadit Publiciana, idcirco illa etiam hîc bene ponitur. Iurisconsultus autem non processit per diuisiones actionū, sed secundùm earum materiam. Quia ergo Publiciana habet materiam conformen cum rei vendicatione imò omnia disposita in rei vendicatione, habent locum etiā in Publiciana, vt est tex. not. in l. eum qui. §. in Publiciana. ff. de Publicia. idcirco post titulum de rei vendicatione. Iurisc̄sultus bene posuit titulum de Publiciana. Secun-

4 dum dubium est, † quare prætor non extendit potiùs rei vendicationem ciuilem ad hunc casum, scilicet vt rei vēdicatio ciuilis, quæ datur ei, qui est dominus, per extensionem prætoris daretur etiam ei, qui non est dominus, quando bona fide, & iusto titulo acquisiuit rem à non domino: sicut videmus in simili in titulo. ff. de bo. possh. æ. pet. vbi prætor extendit petitionem hæreditatis, quæ est actio ciuilis competens hæredi, vt etiam competat bonorum possessori. Et melius fecisset prætor ita extendere, quàm facere de nouo vnā actionem de per se nominatam. Io. Fab. hîc in vlti. col. mouet istud dubium: & notabiliter hoc modo respondet, quòd est magna ratio diuersitatis inter istos casus. Nam cùm bonorum possessor, & hęres habeant magnam conformitatem inter se, nil mirum si petitio hæreditatis, quæ datur hęredi de iure ciuili, potuit extendi per prætorem ad bonorū possessorem. Et ad hoc, quòd hæres, & bonorum possessor, habeant inter se magnam conformitatem, nihil

c allegat. Sed ego pro hoc allego solennem [c] ⁂ tex. in l. in conditionibus. §. si patronus. ff. de condi. & demon. vbi † conditio de hærede,

5 scilicet, si hæres nō erit: verificatur in bonorum possessore: quantumcunq; in conditionibus verba debeant strictè accipi, & in forma specifica impleri. l. qui hæredi. in prin. & l. Meuius. ff. de condi. & demon. Accedat quod multū singu. voluit Bart. in l. j. §. bonorū. ff. ad Trebel. vbi per illum tex. & per tex. in d. §. si patronus. dicit

6 † ꝙ statuta loquentia in hęrede, habent locum in bonorum possessore. Sed ad propositum nostrū licet hæres, & bonorum possessor habeant conformitatem inter se, tamen dominus, & non dominus nullam habent inter se conformitatem, imò sunt adinuicem de directo contrarij: nil mirum si rei vendicatio ciuilis, quæ competit domino, non debuit extendi ad non dominum, qui est sibi contrarius. ¶ His expeditis condescendo nunc ad materiam huius §. & quia in hoc §. tractatur materia Publicianæ, in primis ad euidentiam habetis videre † quid sit Publiciana, Et secundùm quod reperio eam definitam per Pet. de Bellaper. & post eum per Ioan. Fab.

7 hîc, in iij. col. potestis eam sic definire: Publiciana, est actio in rem, competens alicui ratione iuris sibi bona fide quæsiti in re, vel ad rem, commercio hominum non exemptam, & non prohibitam vsucapi propter vitium, traditione, vel quasi, sequuta ex causa habili ad translationem dominij, contra habentem facultatem restituendi ad

tuendi ad declarationē iuris sui. Dixi primò quòd est actio in rē. Et hoc satis patet ex isto text. vbi Imperator inter reales prætorias ponit pro prima istam Publicianam. Posteà dixi, Ratione iuris: intelligite scilicet quasi dominij: vt hoc text. De hinc dixi, Bona fide quæsiti: propter tex. in l. eum, qui. §. prætor ait. ff. de Publi. Istud tamen verbum puto non esse de necessitate ponendum in definitione, quòd debeat esse res non prohibita vsucapi: ergo de necessitate infertur quòd debeat esse bona fide quæsita. Dehinc posteà subiunxi: In re, vel ad rem. Ista verba exponit Pe. de Bellaper. hoc modo: Ille, qui habet seruitutem sibi acquisitam à non domino bona fide, dicitur habere ius in re, hoc est, in eo prędio, in quo debetur sibi seruitus: & pro illo iure seruitutis sibi à non domino constitutæ competit Publiciana: vt l. si ego. §. j. & ij. ff. de Public. Ille verò, qui potest vendicare rem ratione directi dominij, vel potest Publiciana agere ratione quasi dominij, dicitur habere ius ad rem. Hæc

8 declaratio non placuit Ioan. Fa. qui dixit † quòd imò ille dicitur habere ius in re, qui habet dominium ipsius rei: ille verò potest dici habere ius ad rem, qui habet quasi dominium. Allegat c. fi. & c. ne captandæ. de concess. præben. lib. vj. Ego ad idem addo text. not. in l. ij. §. in hac actione nō vtiq;. ff. vi bo. rap. vbi dixit tex. quòd ille dicitur habere ius in re, qui habet in ea vsumfructum, vel aliquid aliud, propter quod sua interest illam rem à se non auferri. Et ibi

9 habetis solennem text. qui ponit † differentiam inter hæc verba in bonis nostris, & ex bonis nostris: & dicit quòd illa dicuntur esse in bonis nostris, in quibus habemus dominium: illa verò dicuntur ex bonis nostris, in quibus nō habemus dominium, sed sunt bona nobis cōmodata, vel apud nos deposita, vel in quibus habemus vsumfructum, vel habemus simile ius. Et similem tex. habetis in §. sanè in hac actione. s̄. vi bono. rap. Alibi etiam habetis glos. no. & magistram, quam Bar. ibi dicit menti tenendam in l. rem in bonis. & est

10 glo. vnica. ff. de acqui. re. do. quæ dixit † quòd quędam sunt in bonis nostris, quædam ex bonis, quædam extra bona, quædam nec in bonis, nec extra bona. Alibi etiam habetis glos. not. in l. vnica. in glo.

11 fin. C. quādo, & qui. quar. pars deb. lib. x. quæ declarat † quādo quis dicatur habere bonū ius in re, & quādo melius, & quādo optimū. Et illam glo. inducit Bart. ad quæstionem, de qua ibi per eū. Posteà dixi, Et non prohibitam vsucapi: hoc dixi propter l. eum, qui à furioso. in prin. ff. de publi. Deinde subiunxi, Propter vitium: istud dicit Io. Fab. hîc etiam positū cum ministerio, propter l. cùm sponsus. §. in vectigalibus. iunctis primis verbis glos. ibi: & iuxta l. siue autem. §. hæc actio. ff. de Publi. Ego puto verbū istud Propter vitium: non esse ponendum in definitione, saltē de necessitate. Nec obstat d. l. cùm sponsus. §. in vectigalibus. dum ibi dicitur ad con-

12 textum † quòd in vectigalibus, & aliis prædiis, quæ vsucapi nō possunt, Publiciana competit: quia intelligo §. illum secundùm vltimam sol. quam ibi dat glo. & quam ibi pro notabili sequitur Bart. & quam etiam sequitur glos. in d. l. siue autem. §. hæc actio. in glos.

13 j. quòd illud, quod dicitur ibi in tex. † quòd vectigal nō potest prescribi: verum est respectu directi dominij: sed bene potest præscri-

a bi respectu vtilis: & illo respectu datur Publiciana. [a] ⁂ Et propter-

14 eà dicebat ibi sing. Bart. se aliās in facto dixisse † quòd licet in iudicio non posset præscribi contra Romanā ecclesiam nisi spatio centum annorum, auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. tamen cōtra vnum comitem, qui haberet iurisdictionem ab ecclesia Roma

b na posset præscribi [b] legitimo tempore, per prædicta. Pro qua decisione alleg. text. optimum in c. ad audientiam. extra de prescrip. in ver. principaliter. & ibi glos. super illo ver. expresè firmat hoc: licet multi doc. Canonistę ibi teneant cōtrarium, cum quibus ego tenerem contra Bart. quando iste prescribens non fateretur ius directum ecclesię, imò ecclesiam nollet recognoscere. In quibus tamen terminis non puto loqui Bart. De quo etiam videatis Bald. & Ang. in l. ficut. in vlti. colum. C. de prescrip. triginta vel quadraginta anno. & Angel. & Imol. in l. vsucapionem. & in l. quamuis. ff. de vsucapio. Posteà dixi: Commercio hominū nō exemptam hoc est dictum cum ministerio, secundùm Io. Fab. hîc: propter tex. in l. cùm sponsus. §. fi res talis. ff. de Publi. Ego puto quòd istud etiā de necessitate non esset ponendum in definitione: quia si est res, quę non sit in commercio, certè non potest vsuca

a pi. d. l. vsucapionem. ff. de vsucap. Et iam dictū est quòd si sit res prohibita vsucapi, quòd non competit Publiciana. Posteà dixi, Traditione, vel quasi. hoc dixi propter tex. in l. siue autem. b in prin. & §. j ff. de Publi. Posteà dixi, Ex causa habili ad translationem dominij: propter tex. in l. j. §. fina. cum sex legibus sequentibus. & l. quæcunq; in princ. ff. de Publi. Reliqua verba posita in definitione, sunt posita cum ministerio, & ad similitudinem rei vendicationis: quia ita iam dixi. Hoc sit vobis firmum fundamentum in hac materia, † quòd ea omnia, quę

15 habent locum in rei vendicatione, habent etiā locum in Publiciana: & omnes leges loquentes de rei vendicatione, intelligūtur etiam vt procedant in Publiciana: vt est text. no. in l. eū, c qui. §. in Publiciana. ff. de public. Quemadmodum ergo rei vendicatio datur contra eū, qui habet facultatem restituendi. l. officium. ad fi. ff. de rei vendi. item quemadmodum rei vendicatio datur ad declarationem iuris sui. l. & ex diuerso. §. vbi alienum. ff. de rei vendica. eodē modo Publiciana ad similitudinem rei vendicationis competit contra eum, qui habet facul-

d tatem restituendi. Item competit ad declara- tionem iuris sui. Potestis ergo definitionem illam ad magis pauca verba reducere, reiectis his verbis, quę notaui superflua esse extra hāc definitionem, quę competat huic Publicianæ. Et quot requiran-

c tur [c] ad hoc vt competat, ponit hîc glo. mag. & ibi referuo dicendum. Secundò principaliter ad euidentiam ꝯ. dicendorum pro-

16 mitto vobis maximum fundamentum in hac materia, † quòd in omnibus casibus, in quibus potest procedere vsucapio, in illis omnibus habet locum Publiciana. Eodem modo econtrà. Ista enim sunt conuertibilia, Procedit vsucapio: ergo competit Publiciana: Tex. est in l. eum, qui. in princ. & ibi Bart. & alij. ff. de publi. Reperio tamen quòd Bald. in l. nihil. C. de vsucap. pro hærede. limitat

17 not. hanc regulam † vt procedat affirmatiuè, non autem negatiuè. Vnde, secundùm eum, regulę Publicianę & vsucapionis negatiuè non sunt ęquipollentes: ergo falsę. Et ideo, secundùm eum, non est bene dictum, A quo remouetur vsucapio, etiam remouetur Publiciana. Sed affirmatiuè bene regula est vera, quòd qui vsucapit, habeat Publicianam. Et idem etiam tenet Bald. in l. j. in x. col. C. fi plu. vna sen. Ego teneo in hoc contra Bald. & puto quòd regula prędicta procedat tam affirmatiuè, quàm negatiuè. Et pro hoc al-

d leg. tex. rotundum in l. siue autem. §. hęc actio. ff. de Publi. ⁂ [d] Item prę mittite vobis quòd licet rei vendicatio nō competat ad res incorporales, vt l. vendicatio. ff. de rei vendica. & dixi in §. omnium.

18 in glo. in ver. corporalem. † & ibi limitaui: tamen Publiciana datur etiam ad res incorporales. Hinc est quòd si seruitus constituatur alicui à non domino, quòd pro tali seruitute, quę est res incorporalis, cōpetit Publiciana. l. si ego. §. j. & ij. ff. de publi. Et cogitabam quòd posset esse ratio diuersitatis. Nam ideo rei vendicatio non datur ad res incorporales, quia pro rebus incorporalibus proditę sunt speciales actiones, & confessoria pro seruitutibus, iuxta §. equè. s̄. eodem. Et hoc quando tales seruitutes essent à domino constitutę: sed quando essent constitutę à non domino, tunc quia pro eis non competunt illę actiones, necessarium fuit, hanc Publicianam ad illas extendere. Cogitabitis tamen de veritate huius ra-

19 tionis: quia alij non ponunt. † Vltimo habetis vobis prę mittere, quòd licet rei vendicatio detur etiā cōtra possidentē cum titulo. l. officium. ad fi. ff. de rei vend. tamen Publiciana nunquàm datur contra eum, qui possidet cum titulo l. siue autem. §. si duobus. & ibi Barto. & alij. ff. de publi. Et intelligite vt ibi per glos. no. in glo. mag. Et puto quòd sit ratio diuersitatis. Nam quando aliquis possidet cum titulo, habet duo, scilicet titulum, & possessionem: nil

a ⁂ Adde in simili bonum text. in l. finita. §. si de vecti galibus. ff. de dāno infec. Sardus.

b ¶ Posset præscribi. Adde idē tenentē do. Bartho. Soci. in cōsi. cclx. incip. in causa. in ver. omitto. Postremo in ij. parte. & Feli. in d. c. ad audientiam. in vlti. col. & do. Barth. Soc. in cōsi. cxvj. incip. non potest. cir. me. vij. col. & Frā. Are. in l. Paulus. in prin. de acquir. hæred.

c ¶ Requirantur. Quot autē requirantur ad obtinēdū in hac actione Publiciana, vide do. Barth. Soci. in consil. lxij. incip. in præsenti. versi. tertiò concludo. circa medium in j. parte.

d ⁂ Adde bonū tex. in l. traditionem. ff. eo. tit. de Publ. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Posidentem. Vide do. Alexan. de Imol. in consil. xc. in vlti. col. in ij. parte. & in cõsil. cxvij. in v. col. ea parte. & in cõsil. xlv. in j. & ij. col. in iij. parte. vbi ponit an agens Publiciana debeat habere titulum, & possessionem vacuam.

b ✱Addē eũdē Ias. in §. actionũ. col. xxx. j. eo. Sardus.

c ✱Adde istud procedere duntaxat in fure : in aliis malæfidei possessoribus. See⁹ per ea, quę idem Ias. in hoc §. col. xij. tradit Sardus.

d ✱Aduertas, quia prout dicit glos. in l. pro hærede. ff. de peti. heredi. istud possidere p hærede trib⁹ modis capit. primò: quando verè est hæres: & tunc est titulus: Secundo, quando iuxto errore ductus credebat se hæredem & pro titulo habetur. l. Celsus. ff. de vsucap. Et ista sufficiũt ad titulũ p hærede, quã doq; nõ iustè credebat: & tunc secus: quia non habetur pro titulo. Et ita declarat Bar. in d. l. j. ff. pro hær. Et sic intelligendo altero de duobus modis p̃cedẽtib⁹ doceõr ille non errasset in terminis. Et ad arg. Iaso. ex §. dictis colligitur solutio. Carcassona Sardus.

e ¶ Improprietatiua. Adde Franc. Are. in l. qui liberis. de vulg. & pupil. & do. Iason. May. in l. j. de acqui. pos. & Fran. Are. in l. fi id qd. §. quod autem. eo. tit. & in l. fi quis nõ. de acqui. hære. & in l. cũ antiqs. C. de inoffi. testa. & in l. creditor. insi. fi cer. pe. & Felin. in c. gratum. de offic. deleg. circa fin. vlti. col. & domi. Alex. de Imo. in consil. xxxiiij. in vij. col. in tertia parte. & Oldra. d in consil. cxv. & adde eundem j. eo. §. nu. 68.

mirum, si excludit agentem Publiciana, qui solum titulum habeat: vel si habeat titulum, & possessionem, est sibi par. Et istã rationem colligo ex verbis Barto. in l. hæreditatis. C. de peti. hære. & in l. pro hærede. in princip. ff. de peti. hære. Illud tamen, quod dixi vobis, quòd Publiciana non datur contra titulo possidentem: [a] intelligo verum, quando titulus nõ esset procuratus in odium istius agẽtis Publiciana: secundùm Barto. & alios in d. §. si duobus. Et est ea ratio, secundùm Barto. ibi, quia procurando dicitur malam fidem habere: & sic ille, qui habebit titulum, & bonam fidem, debebit obtinere, & præferri. † & propterea dicit ibi Barto. [b] ✱ errare illos aduocatos, qui videntes aduersarium habere Publicianam, procurant habere titulum, vt sic illum aduersariũ excludant, quia hoc nihil prodest. cùm sit titulus procuratus. Et idem, scilicet quòd titulus procuratus nihil prodest, tenet Bald. in l. quoties. C. de rei vendi. & Bald. in l. cogi. C. de peti. hære. & Bal. in l. j. C. si plur. vna sen. & Ioan. And. in addi. ad Specul. in titu. de caus. poss. & prop. §. nunc videndum. in fin. & ibi videte. Item istud, quod dixi, Publicianam non dari contra possidentem titulo: intellige valde notabiliter, nisi iste, qui possideret cum titulo, habuisset istum titulum à fure, vel ab alio, qui tenuisset rem cum vitio: quo casu licet ipse acquisierit titulum illum, etiam cum bona fide, nihilò minus tenebitur, & poterit conueniri Publiciana. Istud est quod multùm signanter voluit & firmauit Bald. in l. inciuilem. [c] ✱ C. de fur. motus potissimùm, † quia titulus à fure quæsitus, habetur pro non titulo. Item quia contra petitionem restitutionis, quam petit iste, qui dicit se spoliatum ex furto, nihil potest opponi. Videte ibi latiùs per eũ. Et istud idem ego teneo: & addo Barto. idem expresè tenentem in l. manifestissimi. §. sed cùm in secunda. in ver. quæro quid si ad aliquem. C. de fur. eò quia, secundùm ipsum Barto. mala fides venditoris aliqualiter afficit ementem ab eo. Et idem etiam tenet Imo. in c. sepe. extra de resti. spo. & Pau. de Cast. in l. & ideo. §. j. ff. de cõdic. fur. ¶ Iuxta hoc aliàs multùm dubitaui: quia s. vidimus, quòd Publiciana non datur contra possidentem titulo. † nunquid detur Publiciana contra possidentem titulo pro hærede. & non memini me vnquam legisse hoc esse ab aliquo tactum, vt seruem modum loquendi glos. in l. j. ff. de lega. ij. & aliàs memini me interrogasse de hoc quendam solennẽ virum, qui post aliquod dies mihi respondit q̃ non: & assignauit hanc rationem: Ille, qui possidet pro hærede, habet duo, scilicet possessionem, & titulũ. ergo debet excludere agentem Publiciana, per d. §. si duobus. in d. l. siue autem. & per ea, quę supra dicta sunt. Et pro tunc visa est mihi hæc ratio concludens. Sed cùm in præsentiarum istud opportunius cogitassem, visum est mihi quòd dicta ratio sit omnino falsa. Nam præsupponit † quòd possidere pro hærede, sit habere titulum: & istud est errare in terminis. d ✱ & contrarium tenet Bar. post glo. no. ibi in l. pro hærede. in prin. in glos. j. ff. de pe. hær. & Bar. in l. j. ff. de vsucap. pro hęrede. post glo. in rub. illius tituli. Istud etiam ostendo non esse verum per optimum simile. Nam † petitio hæreditatis nõ datur contra titulo possidentem. l. hæreditatis. & ibi Bar. C. de peti. hære. & tamen datur contra possidentẽ pro hærede, vel pro possessore. d. l. pro hærede. in prin. & l. regulariter. in eo. titu. Vnum tamen circa prędicta diligenter notate, quod ego reputo singulare, & perpetua nota dignum: † q̃ si tu possideas rem sine titulo: & sic poteram agere contra te Publiciana: quòd si tu vendidisti rem alteri, & tradidisti: & consequenter ego non possum amplius agere Publiciana contra emptorem: quia ipse habeat possessionẽ, & titulum, quòd nihilò minus possum agere contra te venditorem actione in factũ ex illo edicto de alie. iudi. mu. cau. fa. Istud est, quod multùm singu. voluit Barto. in l. iij. §. opus. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. per illũ tex. quem ipse reputat ad hoc esse multùm tenendum menti. ¶ His sic ad euidẽtiam prę missis, licet §. iste multis modis diuidatur, & subdiuidatur per Ange. de Are. hîc: ego tamen diuido illum vsque ad §. rursus. in quatuor partes principales. In prima per modũ continuationis tacitę, ponit secũdam diuisionem actionum, quòd aliæ sunt ciuiles, aliæ prętorię. Et prętorias subdiuidit in rem, & in personam. In secunda parte principali ponit duo exempla generalia realium prętoriarum. In tertia primum exemplum generale declarat per exemplum speciale. In quarta, & vlti. ponit quo nomine appellatur actio pro eo competens: & nominis causam assignat. Secunda ibi: ecce plerunq;. Tertia ibi: nanque si cui ex iusta causa. Quarta ibi: quæ actio Publiciana appellatur. Et secundùm Ange. de Are. hîc, iste §. vsq; ad §. rursus. hoc dicit in summa: Actio Publiciana, est actio prætoria in rẽ, & datur ex equitate prętoria illi, qui rem nactus est aliquo iusto titulo, & à non domino: & datur quasi ipse rem vsuceperit. hoc dicit. Vel melius totum textum cõprehendendo ita summate ex mente Dy. & Bal. hîc: Actionũ secunda diuisio est: quędam sunt ciuiles, quędam prętorię. De ciuilibus s. dictum est. Prętorię, quędam verò in rem, quędam in personam dicuntur. In rem sunt, si agatur pro re vsucapta, quasi vsucapta nõ sit: & ista appellatur reiscissoria. Si verò agatur pro re nondum vsucapta, quasi vsucapta sit, agitur Publiciana, quę competit facta traditione ex titulo habilitante vsucapionem completam, si à rei possessione quis cadat. Et ideo Publiciana appellatur, quia à prętore publico extitit introducta. hoc dicit vsq; ad §. rursus. ¶ In text. prope fi. ibi: vsucepisse. dicit Dy. q̃ secundùm rectum intellectũ debet exponi hoc modo, vsucepisse, id est, ex ea causa cepisse, ex qua vsucapio sequitur. Et hoc tenet Nico. de Neap. hic. Mihi plus placet quod dicit j. glo. mag. post principium, vt hîc subaudiatur dictio Quasi, per istum met tex. in ver. ecce. † vbi ponitur illa dictio Quasi, quę est improprietatiua. [e] l. id tempus. in fi. de vsucap. ¶ Nota primò ex hoc tex. secundam diuisionem actionum: quia quędam sunt ciuiles, quędam prętorię. Et illę dicuntur actiones ciuiles, quę descendunt ex legibus ciuilibus: illę verò dicuntur prętorię quę à prętore sunt repertę. ¶ Et iuxta primum istud notabile, occurrit notabile dubium, † quid de actionibus descendentibus ex statutis ducum, marchionum, & episcoporum, an sint ciuiles, vel prętorię. Bart. tenet q̃ sint prętorię, in l. fi. ad fi. ff. de pœnis. & in l. v. in prin. ff. de ver. obli. Accedat quod voluit ipse Bart. in l. ij. ad fi. ff. de bo. pos. titu. generali, & quod voluit ipse Bart. in l. ij. §. fi. ff. de vsucap. pro emp. & Bal. in l. id, quod pauperibus. in iij. col. C. de epi. & cle. & Bal. in l. siue pars. C. de dilat. & in l. si prędium. in j. col. C. de ędi. act. & Bal. in rub. C. qui admit. in j. q. Et huius inuestigationis dicebat Ange. de Are. hîc, † esse maximam vtilitatem: quia si sunt prętorię, finiuntur anno: si verò sunt ciuiles, erunt perpetuę: vt j. de perpe. & tempo. act. in prin. in l. in honorarijs. in princ. ff. de act. & obli. Et propterea infert, † q̃ si statuto istorum, puta, secundùm eum, marchionis Ferrarię, deferatur successio alicui, cui de iure communi non deferretur: puta, si ex forma statuti inducatur quòd agnati excludant matrem, vel sorores: quia, secundùm eum, licet regulariter aditio hęreditatis duret triginta annis. l. licet. C. de iu. deli. tamen quia in casu nostro prima successio defertur agnatis ex statuto marchionis, quod censetur iuris prętorij, & remedia prętoris durant anno: certè agnati excludentur à tali successione

per annum. Quod dicit ipse singulariter esse notandum pro maxima limitatione d. l. licet. Ego puto istum patrem non mediocriter errare: [a] ✱ quia etiam præsuppositò quòd talia statuta sint iuris prętorij, consequenter etiam præsuppositò q̃ actiones descendentes ex talibus statutis sint prętorię: tamen non est verum q̃ anno finiantur: quia † actiones prętorię ita demum finiuntur anno, si sint pœnales: secus autem si sint rei persecutorię: vt est tex. qui tradit nobis hanc doctrinam in d. l. in honorarijs. in princi. & j. ad fin. ff. de perpe. & tempo. act. in princ. Et hoc propriè dicit Bart. in d. l. fi. ad fi. ff. de pœn. Item istud, † quod dicitur, quòd statuta ducum, comitum, vel marchionum, & episcoporum, sunt prętoria: est verum, quando isti tales non habeant administrationẽ iure proprio, sed alterius, quem recognoscunt in superiorem: quia tunc statuta eorum bene dicũtur iuris prętorij: quia isto casu isti sunt loco prędis: prout habetis glo. no. in c. j. in ver. obseruetur. si de inuesti. inter domi. & vasal. lis oria. in vsi. feudo. Secus autem est, si habeant administrationem iure proprio, & superiorem non recognoscant: quia tunc non sunt loco prędis: imò habẽtur loco principis, prout dixit Bar. in l. j. §. de qua re. ff. de postu. & in l. relegati. ff. de pœnis. & l. continuus. §. cùm quis. ff. de verb. obli. quia tunc statuta sua censerentur ius ciuile: † & consequenter actiones ex eis descendentes essent ciuiles. Ita distinguendo tenent Ang. & Ioan. de Imo. Rapha. Cuma. pater & pręceptor meus do. Alexan. de Imol. in d. l. v. in prin. ff. de verb. obli. & hoc etiam est ex mente Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de instrumen. edi. §. porrò. in addi. incipien. nec subscriptio. Et hoc est, quod voluit Bald. propriè, qui allegatur cõtrarius in l. receptitia. in j. col. C. de consti. pec. Item istud, quod dictum est, quòd actiones prętorię pœnales durant tantùm anno: habet locum, & procedit in actionibus: † actiones autẽ semper sunt perpetuę, ex quacunq; lege, vel edicto descendant. Istud est, quod not. voluit Bald. in d. l. receptitia. in j. colum. ¶ Itẽ aduertite, quia fortè non esset ponere os in cœlum, tenere hanc nouam opinio. quòd illud, quod dictum est s. quòd actiones pœnales, quę descendunt ex statutis ducum, comitum, & similium, procedat, quando officium eorum esset annale. Secus autem si eorum officium esset perpetuum: vt est regulariter officium ducis, comitis, marchionis, & similium: vel etiam esset ad beneplacitũ, quo casu censetur perpetuum, iuxta l. iurisperitos. in princi. ff. de excu. tuto. & Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in iij. q. ff. de ope. no. nun. quia tũc istis casibus posset istud nouum tentari: scilicet, q̃ actiones descendentes ex eorum statutis, licet sint prætoriæ, tamen non finiantur anno. Istud videtur mihi expresè probari per text. j. de perpe. & tempo. act. in prin. si quis textum illum bene consyderet. Nam dicit ibi text. q̃ ideo actiones prætoriæ erant annales, quia ipsius prętoris intra annum erat imperium: ergo sentit, quòd si imperium fuisset extẽsum in longius tempus, prout in terminis nostris, quòd actiones anno non expirassent. Et si istud dictum est verum, est singulare, & peregrinum, & maxima limitatio ad dicta s. proximè relata. Cogitabitis tamen: quia istud non audeo vobis firmare: & ab alio comprobari non inuenio. ¶ † Ex isto tex. secundò no. ibi: tradita fuerit, q̃ ad hoc vt alicui competat Publiciana, necesse est q̃ res fuerit sibi tradita: & sic necessaria est rei traditio. Intelligatis vos sanè vel quasi traditio: per textum in l. siue autem. in princ. & §. j. ff. de Publi. Et in tantum est necessaria traditio rei, † quòd licet aliàs sit speciale in ecclesia, vt in rebus ei venditis, vel donatis, transeat dominium absq; traditione, vt est tex. not. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. quod Barto. ibi reputat esse valde mirabile: tamen est maximum dubium apud maiores nostros, † vtrum ecclesiæ competat Publiciana, non facta traditione: [b] & consequenter nunquid d. l. fina. C. de sacrosanct. eccle. habeat locum in Publiciana. Et in primis Io. And. in c. ij. extra de consuetu. quem sequitur ibi do. Cardi. Floren. tenet quòd non: & dicit quòd licet in ecclesiam ex solo titulo, puta donationis, transferatur dominium, tamen ex solo titulo non transfertur Publiciana, nisi secuta traditione: motus, quia hoc non est iure cautum: & sumus in exorbitãtibus, in quibus non est fienda extensio. Et idem tenet ibi domi. Abb. Panor. idẽ tenet Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. lviij. & idem tenet Card. Floren. in c. abbate sanè. de re iudi. in vj. Idem etiam tenet apud Legistas Bal. in l. quoties. in j. col. C. de rei vendica. & in l. j. in iij. col. in ver. caue tibi. C. si plu. vna sen. Contrarium tamen, scilicet quòd in ecclesiam transferatur Publiciana, etiam sine traditione, tenet Innoc. in c. in præsentia. extra de probat. & domi. Anto. de But. in d. c. ij. extra de consue. secundùm qd eos ibi refert do. Abb. Panor. & idem tenet Bald. sibi cõtrarius in d. l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publi. Et hanc partem tenuit ibi glo. mag. post princ. [c] ✱ Ego in hoc puncto semper putaui hanc esse meram veritatem, quòd aut ille, qui donauit rẽ ecclesiæ, habebat Publicianam, quia possidebat rem cum titulo, & bona fide: & tunc puto quòd ecclesię competat Publiciana, etiam nulla facta traditione: eo quia illam habet ex persona authoris sui: & quoties ius aliquod acquiritur ex persona alterius, nõ requiritur traditio. Aut verò ille, qui donauit ecclesiæ, non habebat Publicianam: fortè, quia possidebat bona fide, sed siue titulo: & tunc quia ecclesia non potest habere Publicianam ex persona authoris sui, sed necesse est quòd incipiat in ipsa ecclesia: & tunc bene requiritur de necessitate traditio. Ista sunt de mente Barto. in l. j. §. j. ff. de Pub. vbi vult Bart. quòd in casibus ibi positis, in quibus dominium sine traditione transfertur: si Publiciana erat penes personam authoris, tunc competat Publiciana sine traditione: aliàs necessaria sit traditio. Et hãc distinctionem in terminis nostris tenet Io. de Imo. in d. c. ij. extra de consue. & ante eum Bald. in l. fin. in iiij. colum. C. de sacrosanct. eccles. ¶ Vltimò nota quòd si quis acquisierit rem bona fide, & iusto titulo à non domino, & postmodum amittat possessionem illius rei, quòd pro illa vendicanda competit sibi Publiciana contra eũ, qui possidet, vel aliàs haberet facultatem rei restituendę. † Et aduertite quòd si conuentus Publiciana negaret emptorem emisse à non domino, vel etiam diceret se esse dominium, vel habere ius in re: quòd si posteà conuincatur de mendacio, incidit in pœnam §. illud quoq;. in auth. de trien. & semis. & auth. item si possessor. C. qui potio. in pigno. habean. & in pœnam l. fin. [d] ff. de rei vendi. Ita voluit gl. no. in d. §. illud quoq;. in ver. conuentus. ¶ Glosl. j. in ver. sed istæ. diuiditur in quatuor partes principales. In prima declarat tex. & aperit quid intendat Imperator in hoc §. tractare. In secunda parte format vnam quæstionem. In tertia format aliã. In quarta ponit dictum generale. Secunda ibi: sed quæritur de duabus. Tertia ibi: secundò quæritur de actione commodati. Quarta ibi: omnes enim actiones. ¶ † In ea glos. ibi: semper enim videamus actionem, &c. habetis ex ista glo. duo. Primum, quòd ad cognoscendum an actio sit ciuilis, vel prætoria, semper est inspicienda persona actoris, & non rei. Et dum glo. alleg. ad hoc l. purè. §. fina. ff. de except. do. illa lex nihil facit. Melius facit l. j. in §. j. ff. si pars hære. peta. secundùm Nicolaum de Neapo. hîc secundùm quem habes ex glos. † quòd actio, quæ datur contra eum, qui dolo desiit possidere, & sic vtilis rei vendicatio, est ciuilis, & non prætoria. Baldus hîc dicit quòd determinatio glos. tenentis quòd actio, quæ datur contra eum, qui dolo desiit possidere, sit ciuilis: est bona, per text. in l. si plurium. la ij. in princip. ff. de noxa. Addo quòd illum textum ad hoc eum allegat glos. quæ idem in effectu tenet in l. ij. in verbo, hæres. ff. de bonorum possessio. hæredi. pet. Dicit tamen Bald. quòd ratio, per quam mouetur glos. nostra, non est bona, scilicet quòd dicatur ciuilis, inspecta persona actoris: imò, secundùm eum, nos cognoscimus actionem esse ciuilem, vel prætoriam, ex origine: non autem ex persona actoris, vel rei: prout dixit præallega. glos. in dicta l. secunda. §. in verbo, hæres. Petrus de Bellaperti. hîc, secundùm quod referunt Ioan. Fab. &

a ✱ Adde q̃ forsan Ang. saluari possit in hereditate, prout loquit, per ea quæ tradit notab. Bar. in l. ij. ad fin. ff. de bon. poss. tit. gen. Sardus.

b ¶ Traditiõe. Adde quod dictũ est per eundem j. eo. §. nume. 75.

c ✱ Aduerte q̃ illa glo. non facit, iudicio meo, ad. p. positum q. nostrę: loquitur enim qñ vendens erat dominus: quo casu si duo ab ipso emãt potior est ille, qui nactus est possessionem, & pretiũ soluit l. quotiens. C. de rei vend. Et hoc fallit in ecclesia, in quã ipso iure dñium trãsfertur. l. fin. C. de sacrosanc. eccle. Sardus.

d ¶ In pœnã l. fina. Adde hîc q̃ fuit dictũ s. §. omniũ. nume. 86. per eundẽ do. Iaso. May.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 ✱Ad idem est bonus tex. in l. finautem. §. sed & is.ff.de rei vendi. Et ista est communis opi. in Rubri. ff. si cer. pet. Sardus.

b ¶ Iſcõpetunt. An & quando competant, vide do. Mari. Soci. in cõsil. xxxiiij. incip. prosequẽdo. versic. item restitutorium. in fin. in prima parte.

Angelus. de Areti. tenebat contra determinationem huius glo. scilicet quòd imò rei vendicatio, quæ datur contra eum, qui dolo desiit possidere: est prætoria: motus per l. electio. §. j. allegatam in gloss. & per tex. in l. iij. §. fin. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fac. Item quia ius prætorium dat nouam formam huic rei vendicationi. Nam facit eam competere contra eum, qui non possidet contra formam ordinatam à iure ciuili: & ideo ius prætorium debet dici ius: vt l. ius autem ciuile. §. j. ff. de iusti. & iure. Subdit tamen ipse Pet. ꝙ licet ista actio sit prætoria, & descẽdat ex delicto, ex eo quod quis dolo desiit possidere, ꝙ nihilò minus est perpetua, per l. penul. §. hæ actiones. ff. de noxa. eò quia est subrogata in locũ ciuilis, & perpetuæ: & subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, vulgata l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & in l. item veniũt. §. cùm prędixerimus. ff. de peti. hæredi. Et secundùm eum ibi, actio prætoria nõ causatur ex delicto, sed ex dominio. & in hanc opi. etiam inclinat Rodul. de Auri. hîc, secundùm quod refert eum Nic. de Neapo. hîc. Et idem etiam visa est sentire gloss. in l. in honorariis. in prin. in verbo, ex patrimonio. ff. de act. & obli. Dy. & Iaco. But. vltimo loco dicunt quòd ista actio, & sic ista ciuilis rei vendicatio, quæ datur contra eum, qui dolo desiit possidere, inuentione est ciuilis. Et ita procedit hæc glo. & gloss. in d. l. ij. Per extentionem autem potest dici prętoria: & ita procedat opi. Pet. Et ista est magis communis opi. cum qua transit hîc Nico. de Neapo. & cum ea transire videtur Ioan. Fab. & Arig. de Are. ¶ In fi. gloss. glo. bene dicit. ¶ Gloss. in verb. & si quæ sunt similes. Hanc gloss. multi libri habent coniunctam eum glo. præcedente in verbo, mentione. ¶ In fin. glo. Istagloss. secundùm Dy. hîc (vt verbis eius vtar) prædicat maximũ errorem:

40 quia videtur innuere † quòd actiones descendentes ex contractu vel quasi. ex delicto vel quasi, & sic ex variis figuris causarum, sint omnes ciuiles: & sic videtur sentire quòd non sint aliquę prętorię, quæ nascantur ex contractu vel quasi, ex delicto vel quasi. Istud tamen secundùm Dyn. est notoriè falsum. Nam actio de constituta, est prætoria. §. de constituta. ℣. eo. l. j. in prin. ff. de cõsti. pecu. & tamen oritur ex contractu. Item actio negotiorum gestorum oritur ex quasi contractu. s̃. de oblig. quæ ex quasi contractu. in princip. & tamen est prætoria. l. iij. in prin. ff. de nego. gest. Item actio furti manifesti oritur ex delicto, & tamen est prætoria. ℣. de perpe. & tempo. acti. §. j. simile in actione vi bonorum raptorũ: Item actio in factum ex edicto, nautę, caupones, stabularij, oritur ex quasi delicto, & tamen est prætoria. Et secundùm Ioan. Fab. hîc, si ista fuit mens huius glos. gloss. j. incidit in errorem intolerabilem: vnde secundùm Dy. Ioan. Fab. & Nico. de Neapo. tex. noster, dum dicit, & si quæ sunt similes: debet intelligi secundùm mentem gloss. sequentis, hoc est, si quæ sunt similes: id est, à simili iure ciuili inductæ. Sed in veritate, prout etiam dicebat Bald. hîc, & eum sequitur Ange. de Areti. hîc, ista glo. nõ debuit hoc modo calumniari: quia

41 non sequitur ex verbis glo. ꝙ † actiones prætoriæ nõ possunt oriri ex cõtractu vel quasi, ex delicto vel quasi: licet glo. dixerit actiones ciuiles descendere ex contractu vel quasi, ex delicto vel quasi: non tamen negat quin actiones prætoriæ possint oriri ex contractu vel quasi, ex delicto vel quasi. ¶ Glos. in verbo, in rem. in fi. Cõtra hanc glos. volentem quòd nõ reperiatur aliqua prætoria actio, quæ sit mista: opponitur hoc modo: Nam petitio hæreditatis, quę datur bonorum possessori, est prætoria. l. j. ff. de bono. possess. hære. pet. & tamen petitio hęreditatis est mista: vt l. hęreditatis. C. de peti. hæredi. ergo glos. nostra non est vera. Et propter hanc oppositionem eam damnat Nico. de Neapo. hîc post Iaco. But. Sed potestis hanc glos. saluare duobus modis: primò, secundùm Dyn. hîc ꝙ licet petitio hæreditatis quæ competit hæredi, & sic de iure ciuili, sit ciuilis. d. l. item veniunt. §. præter hæc autem. vnde ista petitio hæreditatis, quæ etiam datur bonorum possessori, non est proprię prætoria, nisi per extensionem: & sic non obstabit glos. nostræ. Et istud etiam tenet Rodul. de Auricuria hîc relatus per Nico. de

42 Neapo. Vel potestis, & melius, dicere secundùm Ioan. Fab. hîc, † ꝙ imò petitio hæreditatis non est actio mista, imò est actio realis: vt

a est text. apertus in l. sed & si lege. §. petitio. ff. de peti. hæred. a ✱De quo tamen dicite vt ibi per Barto. qui hoc confirmat, & tenet: & per Ange. de Are. hîc, qui respondet ad quædam argumenta Bal. tenentis contrarium in d. §. petitio. dicite vt hîc per eum. ¶ Glos.

43 in verbo, casu. in fi. Tenetis ex hac gl. † quòd pro rebus furto subtractis, vel per vim ablatis, competit nedum Publiciana, sed etiam actio furti, & vi bonorum raptorum. Et si diceres, prout dicebat hîc Dy. si competit actio furti, vel vi bonorum raptorum: ergo ista Publiciana est superflua. Potest dicere, secundùm Dyn. ꝙ illæ actiones furti, & vi bonorum raptorum, sunt generales, & gene-

b raliter vnicuiq; competunt: b ista verò Publiciana est specialis, & specialiter competit illi, qui rem emerat à non domino, bona fide: quæ sibi fuit furto sublata, vel per vim ablata. Vnde succedit re-

44 gula † quòd speciei per genus non derogatur: vulgata l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. iij. Vel melius dicite, secundùm eundem Dy.

45 † quòd illæ actiones furti, & vi bonorum raptorum, dantur contra eum, qui rem habebat per furtum, vel per vim. Vnde si apud aliquem esset res sine vitio, & sic sine violentia, & sic sine furto, actiones illæ non possent competere: vnde necessaria esset ista Publiciana. Et quamuis per ista remaneat expedita ista glo. non omitto tamen quod Ange. de Are. hîc multùm commendat hanc glo. & dicit eam menti tenendam; quæ secundùm eum, continuè allegatur ad hoc quòd furtum non enumeratur inter casus fortuitos. Ad idem allegat ipse glo. in l. cum duobus. §. damna. in ver. subreptum sit. ff. pro soc. & dicit notari in §. prætereà. s̃. qui. mo. re contrahi. obli. tamen, iudicio meo, glo. ista necessariò non probat id, ad quod eam allegat Ange. etiam si illam iungamus cum tex. quia licet textus loquatur de casu, non tamẽ loquitur de casu fortuito:

46 &, vt ℣. subiiciam † ista dictio Casus, prolata cũ adiuncto Fortuitus, bene denotat casum fortuitum: secus si simpliciter proferatur. Licet tamen glo. alleg. per Ang. expressè nõ dicant. furtũ nõ. enumerari inter casus fortuitos tamẽ: ego allego glo. id expressè dicẽtem in l. iij. §. ex hoc edicto. in ver. si sine culpa. ff. nau. cau. stabu. & glo. expressam in l. nautam. §. fi. in ver. à furto. in eo. titu. nau. cau. stab. In hoc tamen puncto, an furtum dicatur casus fortuitus: distinguebat ipse Ang. de Are. post Sali. in d. l. cum duobus. §. dãna. quòd aut culpa potest imputari, quia præcesit talis actus, qui potest culpæ adscribi: & tunc furtũ non est casus fortuitus. Aut culpa non præcesit, & sic nulla culpa potest imputari: & tunc furtũ bene est casus fortuitus, secundùm eundem Ange. de Are. hîc post

cipi, vel eius officialibus, sit hostis Imperij. De quo etiam per Innoc. in hoc vltimo tenentem contrarium in c. olim. extra de resti. ꝑpo. quem ipsemet Bar. refert & per Inno. in c. sicut. extra de iureiur. & per Io. And. in addi. Spe. in tit. de instrumen. edi. §. compendiose. ver. xv. & Bal. in d. l. cùm cognatum. & per illũ tex. C. de inge. & manu. † Et ibi etiã notabiliter quærit Bald. quid si Imperator indixit bellum, & mortuo Imperatore gentes suæ posteà ceperint aliquem ex hostibus, an ille efficiatur seruus, & consequenter nõ possit testari, & ibi nihil decidit. Refert tamẽ ꝙ aliâs fuit de hoc ardua quæstio tempore Henrici Imperatoris in persona comitis Bergamini de Marestiana multùm diuitis, q captiuatus post mortem Imperatoris condito testamẽto decesit in carcere Pisarum. ¶ In eadem glo. ibi: imò & eius obses nõ posset, & sic ad finem. De istis obsidibus, † & an, & quãdo possint dari, videte in d. l. obsides. ff. de testamen. hîc allegata: & maximè Bal. inter alios: & ibi etiã latè Imolam, & tex. in c. ex rescripto. & ibi glo. in verbo Obsides. extra de iureiur. Bal. in auth. imò. ad fi. C. de actio. & obli. & Bart. in l. diuus. ff. de iure fisci. & ibi glos. declarat qui dicantur obsides. & Bal. in d. l. obses. C. de actio. & oblig. vbi dicitur quòd possunt dari obsides pro publica causa tantùm, & non pro priuata. Et videas glos. in l. ij. in verbo Vendiderit. C. de patri. qui filios distrax. & ibi latè ponit Bald. de materia istorum obsidũ: & inter cætera dicit illos propriè obsides, qui dantur inter veros hostes. Et qui sint veri hostes, dixi §. in prin. huius glo. Et secũdùm eum, isti tales, qui dantur pro obsidibus, inter veros hostes bene de iure dantur. Et ibi etiam ponit quãdo possint dari obsides inter priuatos. Et ibi etiam quando, & per quos possent tales obsides reuocari: dicite vt ibi per eum. ¶ Glo. in verbo, Potestate. diuido eã in tres partes principales. In prima ad declarationẽ tex. ponit quot modis capitur iste terminus potestas. In secunda per modum quæstionis opponit, & soluit. In tertia contra solutionẽ instat opponendo, & ei dupliciter respondet. Secunda ibi: sed quomodo iste ab hostibus captus. Tertia ibi: sed nec videtur ꝙ per seruum. ¶ In ea. glo. in prin. ibi: id est, seruitute. addite ꝙ ita exponitur in §. j. & ij. §. de his, qui sunt sui. & idem in l. j. §. j. & ij. ff. de his, qui sunt sui. secũdùm Ioan. Fab. & Ange. hîc. Vos verò dicite ꝙ imò glos. debuit exponere text. in potestate hostium, id est, in dominio, prout clarè dicit tex. in l. potestatis. hîc allegata in glo. Et ita clarè vult Nico. de Neap. hîc. ¶ In ea. glo. ibi. l. potestatis. addite glo. in §. si quis alij. in glos. j. in verbo, iuri. §. de inuti. stipu. & quod dixit glo. not. in l. j. §. per hanc. el j. in glo. in verbo Vendicare. & ibi Bar. & doct. ff. de rei vendi. Inno. in c. inter quatuor. extra de maio. & obe. ¶ Ad fi. glo. hanc solutionem sequitur Dy. hîc, & alij cõmuniter post eum: & eam declarat Dyn. in regula, sine possessione. in j. col. de reg. iur. in vj. Et pro inuestiganda veritate huius solutionis. vide latissimè Bar. vbi hanc materiam latè, & copiosè examinat in repe. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsufca. in expeditione versiculi, quod si seruus. vsq; ad expeditionẽ ver. Marcellus. inclusiuè. Dicebat tamen Ang. hîc ꝙ contrariũ hîc in glos. formatũ de l. sine possessione. potest etiã aliter solui, scilicet ꝙ verum est † ꝙ sine possessione non potest vsufcapio inchoari: & ita intelligatur d. l. sine possessione. sed post quam fuit cœpta vsufcapio cũ possessione & sic post quàm fuerit in esse producta, tunc si non fuit interrupta interruptione naturali, vel ciuili, iuxta l. naturaliter cum ibi plenè traditis per Bar. ff. de vsufcap. certè secundùm eum perficietur vsufcapio sine possessione: siue loquamur in defuncto hæreditate iacente, siue in alio viuo. Et ita dicit se intelligere l. cœptam. ff. de vsufca. Sed iudicio meo mirandũ est de hoc tãto patre, & summo doctore, ꝙ in hac solutione tam vehementer errauerit: & primo dum in proposito tex. nostri dicit, quòd quãdo vsufcapio fuit incœpta cũ possessione, si nõ fuit interrupta interruptione naturali, vel ciuili, ꝙ sine possessione perficitur vsufcapio. Et sic præsupponit quòd in proposito text. nostri ante captiuitatẽ fuerit incœpta vsufcapio cum possessione. Vnde licet posteà post captiuitatem perdatur possessio, tamen sine possessione procedit vsufcapio, nisi vsufcapio interrumpatur naturaliter, vel ciuiliter: quia in hoc errat: cùm per captiuitatem nedum perdatur possessio, sed etiam interrumpatur præscriptio. l. denique. ff. ex qui. cau. ma. & ibi expressè hoc firmatur gl. ij. in ver. non restitui. quę dicit quòd talis interruptio per captiuitatem est naturalis. Et allegat de hoc l. naturaliter. ff. de vsucap. Præterea, & fortius: dum vult Ang. ꝙ postquã vsufcapio fuit cœpta cum possessione, quòd posteà perficiatur sine possessione, siue loquamur in defuncto hæreditate iacente, siue in alio viuo. Et ita dicit se intelligere d. l. cœptam. Ipse dicit de directo contra casum l. de brocca. in l. iusto. §. nondum. ff. de vsufca. vbi dicit ad literam tex. quòd de iure singulari, & sic de iure speciali receptum est hęreditate iacente, vt in ea sine possessione perficiatur vsufcapio. Et quod in d. l. cœptã. istud sit introductum iure singulari, et sic iure speciali in hæreditate iacẽte, tenet ipsemet Bar. in terminis in d. l. naturaliter. in iiij. col. circa mediũ. Ergo bene puto quòd quãdo ageretur de præscribẽda aliqua actione personali, quæ præscriptio non currit ex possessione præscribẽtis, sed ex solo cursu temporis, & negligentia non petẽtis, ꝙ tunc ista præscriptio currit isto præscribẽte existẽte in captiuitate, sicut si esset in ciuitate. Et in isto casu puto posse exemplificari tex. nostrum: & posse ad contrarium respõderi, dum dicebatur ꝙ sine possessione nõ currit præscriptio: illud verum in præscriptione iurium realium, quę currit ex possessione præscribentis. Secus in præscriptiõe actionum personalium, vt §. dixi. Et ita tenet, & declarat Bar. in l. ait prętor. §. hi planè. ff. ex quib. cau. ma. per illum tex. ad finem. Accedat quod no. voluit Bar. limitando c. fi. de præscri. in l. sequitur. §. si viã. ff. de vsufca. & in l. hac autem iura. ff. de ser. rub. præd. & in l. fin. ff. quemad. ser. amit. Sunt etiam alij casus singulares, & speciales, in quibus sine possessione procedit vsufcapio, qui enumerantur per Dy. in reg. sine possessione. in j. & ij. col. & per Bar. in d. l. naturaliter. in iij. col. in prin. ver. tertio requiritur in præscriptione. Et no. Bart. in l. nec vtilem. in ij. oppo. principali. ff. ex quib. cau. maio. in quibus casibus puto etiam quòd text. iste ponit exemplificari. † & in quibus casibus captus ab hostibus põt sine possessione vsucapere. Et inter cæteros Bal. in d. l. naturaliter. enumerat casum, scilicet ex re peculiari, scilicet per filium, & seruum. Et dicit glo. nostra hîc in solutione sua, quam ego etiam §. approbaui. Item enumerat alium casum notabilem, & singularem, quando modicum tempus superfuisset ad vsufcapionem complendam: quia in illo modico tempore perficeret vsufcapionem sine possessione. De quo est text. in l. rerum mistura. §. Labeo. ff. de vsufcap. et ibi Bar. dicit hoc esse singulare. Et in hoc etiam casu potest tex. noster exemplificari. ¶ Glos. in ver. in ciuitate. diuido in septem partes. In prima declarat text. In secunda per viam quæsiti extendit text. nostrum. in tertia declarat quando quis dicatur desinere abesse. In quarta extendit etiam text. nostrum ad casum contrarium. In quinta iuxta dictam extentionem glos. tacitè subiurat vnam maximam & arduam difficultatem. In sexta rursus declarat quando quis dicatur desinere abesse. In septima ꝑ modũ illationis remouet quodã tacitum contrarium ad textum nostrum. Secunda ibi: quid ergo si vterq; abest. Tertia ibi videantur desinere abesse. Quarta ibi: item cõtra si præsens. Quinta ibi: & tunc siue cõpleta est tota vsufcapio. Sexta ibi: & tunc dicitur desinere abesse. Septima ibi, & sic patet ꝙ de necessaria absentia. ¶ In ea. gl. ibi: vt ff. ex qui. cau. ma. l. fi. Ex hac parte gl. iuncta d. l. fin. in ea allegata, dicit Ang. notãdũ esse † ꝙ priuilegiatus vtitur priuilegio suo contra priuile

a giatũ [a] eodẽ priuilegio. Addo ꝙ ante eum hîc, a ista fuit inductio glos. in d. l. fi. & dicit Ang. hîc hoc ideo esse, quia priuilegiatus qui agit, tractat de damno euitãdo: & ille priuilegiatus, cõtra quẽ agitur tractat de lucro: vnde isto casu bene priuilegiat⁹ admittit cõtra priuilegiatũ. Itẽ quia iste priuilegiat⁹, q agit, fouet iustiorẽ causam illo priuilegiato, contra quẽ agitur, nil mirũ si cõtra eũ admittitur ad agendũ. Allegat ad ista tex. notabilẽ in l. verũ. §. fi. & ibi Bar. & alios. ff. de mino. Ego puto cõtra illã gl. & cõtra Ange. hîc, ꝙ hęc nõ sit bona inductio, & ꝙ istud non bene colligatur, scilicet quòd priuilegiatus vtatur priuilegio suo contra priuilegiatum eodem priuilegio: quia nõ est verum quòd ille præscribens, vel qui præscribit, contra quem agitur, sit priuilegiatus:

¶ Priuilegiatũ. Adde do. Alexan. de Imola. in l. si apud. ff. de mi. & Feli. in c. cùm pro causis. de senten. excõmu. & Paul. de Cast. in consil. cccxvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✻ Certè & si tanti patres diuersi diuersa senserunt, mihi omnium minimo (cui forsan obijci posset, quis es tu qui istis respondeas) aliter videtur, &, iudicio meo, eorum controuersiam scdauit iuris cõsul. ind. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ex qui. cau. maio. &, vt distinctè procedamus, duæ cõclusiões colligũtur ex q. ẽ. formata p Ias. Pa. vtrũ sit restituẽdus. Secũda si restituẽd⁹ est, ad quod tẽpus sit restituẽdus, an ad tẽpus absentiæ, vel præsentiæ quo ad primã cõclusionẽ & principaliorẽ est determinatio in d. §. sed qã sim pliciter. videlicet q̃ aut iste post aduentũ suũ fuit tãto tẽpore negligẽs, in quo potera thosp itiũ cõducere, aduocatum quærere, & litẽ cõtestari, & non fecit, q̃ nõ sit audiẽdus, ꝓpter suã desidiã. Aut verò in tra modicũ tẽp⁹, dum sarcinullas cõponit, aduocatũ quęrit, cõpleẽ vsusc apio. & sic angustia tẽporis impeditus nõ potuit litẽ cõtestari: & restituẽd⁹ est. Et iste est casus in d. §. sed quid simpliciter. Quod autem dicaẽ modicũ tps, & nũquid imputari posit ipsi negligentia, vel non, iudex ex qualitate loci, pſonæ, & temporis æstimabit, cuius arbitrio iuris cõsul. istud relinqt, vt est casus rotundus in l. nõ enim. ff. ex qui. cau. maior. Et hoc nunqd negligens fuerit vel. nõ, vel quicquam ei imputari posit, est facti, & prudẽtum re- 57 sponsis non decidit ur, sed iudici. committitur. l. mora. ff. de vsur. quo ad secundam conclusionẽ si iudex existimabit eum fore restituẽdum, satis placet Bulg. & commu. opi. quod ad tempus absentiæ restituaẽ. Ant. Ang. Carcassona Sard.

b ¶ Milliare. Adde do. Alex. de Imol. post Pau. de Cast. in l. j. ff. si qs cau. vbi dicit q̃ ispici debet cõsuetudo. & Inno. in c. nonnulli. de rescript.

c ¶ Passum. Adde Flo. in l. vix. ff. de ser. rust. predi. & Alex. post Bar. in d. l. j. si quis cau.

d ¶ Quindecim digitorũ. Adde Flo. in d. l. vix. ẽ. paulo ante p me allegata.

quia ex hoc solo quòd sit absens, & sic sola absentia nõ est causa priuilegij cõcedẽdæ sibi restitutionis, sed absentia iuncta cũ læsione. Cũ ergo præscribens, quantumcunq; sit absens, nõ lædatur: ergo nõ est priuilegiatus. Quod patet eò quia nõ restituitur: ergo non est verũ q̃ hîc priuilegiat⁹ vtatur prtuilegio cõtra priuilegiatum. Et ita dicit Bar. in d. l. fi. ¶ Præterea, vtdicit Bar. in authen. quas actiones. in ij. col. C. de sacrosanct. eccle. in terminis illius l. fi. licet iste cõtra quem agitur, sit priuilegiatus in genere, eò quia absens: tamen non est priuilegiatus in specie in ista causa restitutionis in integrum, in qua agitur cõ. ra eum. Vnde licet iste absens sit priuilegiatus in genere, eò quia absens, tamen non est in specie: ergo non est verum q̃ in istis terminis, & in isto casu speciali, in quo agitur contra eum, qui præscribit, dicatur priuilegiatus agere contra priuilegiatum eodem priuilegio in specie. De hoc tamẽ, an, & quãdo priuilegiatus possit vti priuilegio suo contra priuilegiatum, vltra præallegata, & vltra ea quæ latè ponit Cy. post Pe. & Bar. in d. authen. quas actiones. & Cy. in l. quo tempore. in vlt. col. C. de resti. mili. videte omnino illũ notabilẽ text. in l. verum. §. item quæritur. ff. de minor. et ibi Bar. dicit esse meliorem ad hoc, quàm alibi habeamus. Et videas tex. in c. auditis. circa finem. & ibi do. Abb. in ix. notabili. extra de in integ. resti. & Bald. in authen. habita. C. ne filius pro pat. in viij. col. ver. modò istã materiam altiùs attingamus. & Bal. in l. ij. per illũ tex. C. de priuile. fisci. & Bal. in authen. item sibi inuicẽ. per illum text. C. de sacrosan. eccle. & in cõtingentia facti Paul. de Cast. consulentem in cõsil. suo cccxij. in vltimo dubio. ¶ In ea. gl. ibi. l. ab hostibus. §. sed quod si simpliciter. gl. hîc succintè tãgit hanc difficultatem, quę fuit maxima inter antiquos glossatores, & inter docto. nostros, et doct. seq. Et vt eam melius intelligatis, subiicio rem exẽplis. † Pone, vsuscapio pro maiori parte est lapsa in absentia: post modũ est completa in præsentia, post modicum tẽpus reuersionis, in quo modico tẽpore dominus potuisset agere, an restitutio sit in totum, et omnino deneganda, an verò sit danda restitutio in integrum, ita vt subducatur tantum tempus, quantum est illud, quo vsuscapio cucurrit in absentia. Mar. & Placen. ex vna parte tenebãt q̃ nulla omnino sit concedẽda restitutio. Bulg. verò & Ioan. tenebant ex alia parte cõtrarium, scilicet, restitutionem esse concedẽdam, ita tamen quòd subducatur tempus absentiæ de medio: & sic illud tempus, quod cucurrit in absentia, & consequẽter tempus, quo dominus nõ fuit in negligentia. Has controuersias antiquorum refert latè glossator Accur. in l. quo tẽpore. C. de restit. mili. in gl. j. & in d. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in glos. j. ff. ex quibus causis maio. Opi. Marg. secutisunt Pet. & Cynus in d. l. quo tempore. et Gulielmus in dicto §. sed quod simpliciter. Hanc etiam tenet Ioannes Fab. hîc, & refert Paulus de Castro excellentissimus inter modernos in l. diuortio. §. non solũ. ff. solu. mat. q̃ opi. Mar. cõmuniter tenetur. contrariam tamen opi. videlicet Bulg. tenet vbiq; gl. in d. l. quo tẽpore. & in d. §. sed quod simpliciter. & in hoc §. in præsenti gl. Hanc etiã opi. tenet Dy. & Iac. Bu. hîc: & Inno. in c. dilecto filio. extra de verb. signi. & ibi istud idẽ tenere videtur gl. in verbo Futura. & ibi est optimus text. pro hac parte. Azo verò in sum. ti. de resti. mili. dixit q̃ opin. Bulg. nititur maiori æquitate: sed sententia Mar. fulcitur maiori authoritate legum. Bar. in hac difficultate contra morem suum fuit sibiipsi contrarius. Nam in d. l. quo tempore. tenet indistinctè opi. Bul. & dicit quòd hæc opinio est verissima. & idem tenet ipse Bar. in d. l. fin. in vlti. col. de tempo. in integ. resti. pe. sed ipsemet Bar. in d. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in vij. col. nõ tenet indistinctè opi. Bul. sed ponendo nouam opi. distinguit: vt ibi per eum. Bal. in d. l. quo tẽpore. in iiij. col tenet simpliciter, & indistinctè opi. Bulg. Ego nõ intendo hanc difficultatem, & hunc periculosum articulum hîc examinare, propterea quòd illum omittunt omnes doct. hîc, vt Ni col. de Neapo. Bal. Ang. de Are. & Ioan. de Pla. sed de eo diffusè videatis in locis ẽ. allegatis, & maximè per Dy. hîc, qui multa hincinde adducit: tandẽ cum opi. Bulg. cõcludit, & respondet argumentis in cõtrarium adductis. Et videatis per Ioan. Fab. hîc, qui multa pro vtraq; parte adducit, et plura quàm Dy. & finaliter tenet cum Marti. & non respondet argumentis in contrarium adductis. Videte etiam Bar. latè examinãtem hunc articulum in d. §. sed quod simpliciter. per v. col. & ibi Bart. in hoc articulo quatuor per ordinem facit. Primò ponit iura, & rationes, quæ faciunt ꝓ Mar. postea eis particulariter respõdet. Deinde ponit iura, & rationes, quæ faciunt pro Bulg. & eodem modo singulariter respondet. Tertiò ponit rationes, & solutiones doctorum, & eas damnat. Quartò ponit vnam suam opinionem cum distinctione: vt ibi per eum. Ego

a non recedam ab opinio. Bulg. [a] ✻ quia videtur magis communis. Pro qua vltra ea, quæ copiosissimè adducuntur per docto. in locis præallega. ita vt vix quicquam addi possit, ego etiam adduco illud, quod in optimo simili adducit glo. in l. fin. in ver. illuxerit. C. de tempo. in integ. resti. pe. quam ibi tenet, & sequitur Bart. in vlti. col. & ibidem Bal. ad fi. vbi ponit quòd si præscriptio fuit incœpta in minori ætate, & completa in maiori, quòd isto casu non est deneganda restitutio, imò concedenda, & quòd tempus sibi non curit, nisi pro tempore maioris ætatis: consequenter restituitur, & subducitur tempus minoris ætatis, & non computatur sibi, nisi tempus maioris ætatis, quod fuit in negligentia. ¶ In eadem glos. ibi. l. si cui. §. tandiu. Melius facit text. in l. j. & ibi glos. j. & Barto. ff. si quis cau. De istis viginti millibus diurnis, vt habeatis magis expressum, dicite quòd mille passus faciũt vnum milliare, [b] vt dixit

b text. in l. iij. in princ. & in l. mille passus. ff. de verborum significa. & quinq; pedes faciunt vnum passum, [c] vt inquit glo. in d. l. iij.

c 58 in glosella iij. ad fi. † Pes verò dicitur quindecim digitorum, [d] secundùm glos. in c. sicut. xviij. q. iiij. & Bal. in d. l. j. ff. si quis cautio.

d ¶ In fi. gl. in hac vltima parte. gl. est aliqualiter obscura, & intricata secũdùm Io. Fab. hîc: sed secũdùm Ang. de Are. hæc mens huius gl. est ista: nã est fiẽda differẽtia an sit fiẽda restitutio præsenti cõtra absentẽ: & tũc indistinctè, nõ facta distinctione absentiarũ, nec etiã facta distinctiõe an absens desierit abesse, necne, semper est fiẽda restitutio præsenti vno solo inspecto, an præsens habuerit potestatẽ agẽdi, necne: prout latè dixi vobis in primo notabili. si verò restitutio sit cõcedẽda absenti cõtra præsentẽ: tunc bene fienda est distinctio absentiarũ, iuxta materiã l. fi. ff. de in integ. rest. vbi propriè traditur hæc materia. Et isto etiã casu bene quærimus an desierit abesse, vel ne, vt in hac gl. Ideo aduertendũ est † q̃ si aliquis fuerit ab- 59 sens ex causa volũtaria, sine cõtumacia, vel etiã cũ cõtumacia, et sic ex causa nõ iusta, quo casu ei nõ cõcedit restitutio, put traditur in d. l. fi. ff. de in integ. resti. & iste talis absens ignorabat ius suũ, vel ius sibi competere, q̃ quamuis currat præscriptio tam cõtra sciẽtem, quàm cõtra ignorantem. l. fi. circa fi. versicu. nulla scientia vel ignorantia. C. de præscrip. long. tempo. nihilò minus talis ignoran-

tia

tia erit iusta causa in integrũ restitutionis concedendæ contra dictam præscriptionem: & sic ratione ignorantiæ poterit petere in integrũ restitutionis. Illud est, quod multũ singulariter voluit Bar. per illum tex. in l. j. §. si quis propter inundationem. ff. de iti. actũq; priua. Quod dictũ Ang. de Are. hîc in finalibus verbis multùm cõmendat, & dicit menti tenendũ. Addo q̃ istud dictũ Bart. licet etiã communiter reputatur esse singulare, tamẽ idem voluit ipse Bart. in l. Aristo. §. Labeo. qui est §. fi. ff. de do. & Bar. in l. Aemilius. ver. opponitur quod præscriptio minori ipso iure nõ currat. ff. de minno. Et hoc dictum refert simpliciter Bal. in d. l. fi. versi. attende. C. de præscrip. long. tempo. Et hoc dictum tenet Abb. Panor. in c. vigilanti. extra de præscri. quia ad hoc allegat bonam glo. in l. j. §. j. in glos. j. C. de patr. potesta. Idem etiam tenet Imo. in c. fi. in ij. aliàs x. charta. extra de præscrip. qui ad hoc allegat glos. in l. fi partem. §. fi per fundum. in glos. pa ruula. in ver. non vtendo. ff. quem ad. serui. amit. & idem tenet glo. in l. si sic, in glo. magna. in ver. seruitus. circa fi. eo. tit. Idem autẽ tenet Ludo. Roma. in l. si verò. §. de viro. in xv. fallen. ff. solut. matr. qui etiam ad hoc allegat illam glo. in d. l. fi partem. §. fi per fundum. & aliam glo. in l. sicut. §. militia. C. de præscri. trig. vel quadr. ann. & idem etiam tenet Spec. in tit. de præscrip. §. j. ver. sed pone colonus. & Ange. in l. fin. ff. fi quis testa. liber. esse iussus fue. & Imola in l. Pantonius. §. j. ff. de acqui. hære. Ludo. Roma. in l. qui vniuersas. §. j. ff. de acquir. posses. Facit quod singulariter vult Innocen. in rub. extra de consti. ad finem. Et est verum quòd contra Barto. tenent multi, vt per Modernos in c. auditis. extra de in integrum restitu. & in clemen. j. in eodem titu. & contra Barto. in contingentia facti consuluit Petr. de Anchara. in consilio cxlij. incipiente, principaliter contra istos legatarios, &c. vbi inter cętera allegat Bald. tenentem contra Barto. in l. j. in xxiij. oppositi. C. qui admit. & subtiliter adducit contra Bart. d. l. fin. C. de præscrip. lon. tempo. & reprobat responsionem Barto. vt ibi per eum. Contra Barto. etiam tenet Cuma. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb. obligatio. ¶ Gloss. in ver. annum. Diuido in quatuor. In prima declarat textum. In secunda ponit quot sunt necessaria ad hoc, vt annus vtilis currat. In tertia ponit quantum tempus detur hodie in restitutionibus. In quarta per modum notabilis ponit an hodie iste §. fit correctus. Secunda ibi: in quibus actor habuit facultatem agendi. Tertia ibi: hodie verò in omnibus restitutionibus. Quarta ibi: & ita nota. hîc. ¶ In eadem gloss. ibi. l. cùm hæres. §. Stichus. addite similem tex. in l. ita vulneratus. in versi. æstimatio autem. ff.

60 ad legem Aquil. Dicit tamen † quòd annus propriè constat ex tre-

a centissexaginta quinq; diebus [a] & sex horis: quæ sex horæ collectæ simul, in quatuor annis faciunt vnum diem naturalem, quem appellamus bissextilem, qui attribuitur Februario, vel secundùm canones Martio. Et hæc omnia ponit gloss. no. in l. iij. §. minore. ver. bissexto. ff. de mino. & gloss. in l. cùm bissextus. ff. de verbo. significatio. ¶ In eadem gloss. ibi. ff. de diuer. & tempor. præscript. l. j. vi-

61 detis ex hac gloss. † quæ & quot sunt necessaria ad hoc vt annus vtilis currat. Idem not. glo. in d. l. j. in glo. in ver. agendi. & videte gl. no. in l. fi. in glo. j. & ibi docto. C. de tempo. in integrum restitu. pe. & glos. no. in rubrica. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & ibi Barto. quę ponunt de tempore continuo, & de tempore vtili à principio: sed de continuo in processu, & de eo, quod omni tempore est vtile: & declarant quomodo, & quãdo in eis currat tempus. Accedat ad hoc glo. quam Ang. de Are. reputat valde singularem in c. quàm sit ecclesiis. in ver. mensem. de elec. in vj. & glo. not. in cle. j. in ver. con-

62 tinuum. de in integ. restit. ¶ † An autem, & quando tempus in dubio intelligatur vtile, vel continuum, vide Bald. in l. annus. cum ibi not. per gloss. ff. de calum. & omnino Bald. in l. genero. ff. de his, qui not. infa. & Bald. in l. j. in vlti. col. C. de dila. & Bal. in l. siue pars.

63 eo. tit. de dila. & Cyn. & Bald. in l. ij. C. de ædil. actio. † Et quomodo sumatur tempus vtile, ponit Bald. in d. l. fin. in prima oppo. C. de tempo. in integrum resti. mi. Pet. de Anchara. in clemen. j. ad fi.

64 de in integrum restit. † quòd in dubio omnis dilatio intelligitur continua, nisi reperiatur cautum quòd sit vtilis. Et an in dilationibus ad probandum tempus sit vtile, an continuum, videte Bal. in l. si quando. in ij. q. & melius in v. C. de testib. & Baldus in l. eos. §. sinautem. in iij. col. C. de app. & Bal. Ang. Pau. a & Ludo. in l. j. ff. si quis cau. & notabiliter Pau. de Eleaza. in c. frequens. de resti. spol. in vj.

65 vbi ponit, † an dies emergens posit qualibet hora incipere currere. De quo etiã per Ange. & Imol. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. ¶ In ea. gl. ibi: corrigitur per Codicem. Dicite

66 † quòd hoc non esset mirum: quia liber Codicis, prout nunc est compilatus, fuit compilatus post istum librum Institutionum: & expresè probatur in l. memmimus. post prin. C. de legi. hære. vbi Imperator facit expressam mentionem de libro isto Institutionũ. Et ita etiam tenet Ange. de Are. hic. ¶ In ea. glos. ibi: sed dico contra. Hoc etiam tenet Ioan. Fab. hîc, scilicet

67 quòd iste §. hodie non sit in totum correctus, videlicet quatenus loquitur de actione rescissoria. Nam, secundùm eum, licet iudiciũ rescindens, quod intra annum vtilem competebat, hodie sit correctum, vt competat intra quadrienniũ. d. l. fi. C. de temp. in integ. resti. mi. secundũ ea, quæ statim ẽ. subiiciã, tamen iudicium rescissorium, quod competebat intra annum vtilem, vt hoc text. nostro, hodie non reperitur correctum, nec immutatum. Quod ergo expresè non mutatur, quare stare prohibetur vulgata l. præcipimus. ad fi. C. de app. & l. sancimus. in prin. C. de testa. Et istud idem reperio in terminis tenere Barto. in l. fin. in vlti. col. in princ. C. ex qui. cau. ma. vbi etiam prædicta ratione mouetur. Et istud est, quod ego puto voluisse dicere glos. hîc, quæ satis in confuso est locuta, dum ad fin. dicit quòd illa lex tantùm in restitutione dicit: vnde in alijs remanet vtilis annus, &c. Bene verum est, & ita etiam fatetur ibidem Bar. ꝙ si quis fuit negligens per quadrienniũ in petẽdo iudicium rescindi, q̃ tunc impediretur natiuitas istius actionis rescissoriæ: & hoc modo possemus dicere rescissoriã tolli quadriennio. & ita procedat glo. in d. l. fin. in glos. j. magna. C. ex quib. cau. maio. ¶ In fin. glo. pro veritate eius, quod hîc in glo. tangitur, quicquid hîc dixerit gl. & gl. in l. sed & si per prætorem. in §. quoties. in verbo, vnius. ff. ex quib. cau. maio. & glo. in l. fi. in verbo, Continuatio. C. de tempo. in integ. resti. peten. Dicite paucis ita concludendum esse ex mente Bart. Bal. Ang. & Sali. in d. l. fi. C. de tempo. in integ. restit. mino. & ex mente communiter scribentium hîc, quòd in

68 hac materia † duplex est tempus. Primum est tempus, ad quod petit quis se restitui. Secundum est tempus, intra quod quis petit se restitui. Primum tempus semper est vniforme: quia ad tantum tempus petit quis se restitui in quanto tempore fuit læsus, & non vltra: vt l. quod tempore. cum ibi plene not. per glo. & docto. C. de restitutio. mili. & dixi ẽ. in glo. præcedenti, referendo varias, & plures opiniones. Quod intelligite verum, nisi impedimentum sequens absorberet totaliter omne tempus, siue omnem dilationem primò habitam: quia tunc non restituitur quis solùm ad tantum tempus, in quantum fuit læsus, imò restituitur ad integrum, & totum tempus: puta, data est dilatio vnius mensis ad probandum aliquid dum esset prope finem mensis per tres dies acta casu perierunt. Certè non debeo solùm restitui ad illos tres dies, qui supersunt, & in quibus sum læsus, imò debeo restitui ad totum tempus: quia istud impedimentum perditionis actorum absorbet omnem dilationem. Text. est in l. si ita stipulatus essem. & melius in l. sequen. ff. de verbo. obliga. & ibi hoc multum signanter no. Bart. ad finem. & reputat istud dictum Ange. de Aret. hîc esse singu-

69 larissimum. ¶ † Secundum tempus, scilicet intra quod petitur restitutio, est etiam duplex: nam quoddam est tempus, intra quod debet restitutio terminari: Et istud est semper vniforme: quia debet terminari intra quadriennium continuum: vt d. l. fin. C. de tempo. in integ. restitu. tam mino. Quoddam est tempus intra quod debet proponi: & in hoc, licet fuerint opiniones variæ vt hîc per Dyn. & Ioan. Fab. tamen veritas est, quòd si quis læditur ex contractu, vel ex sententia contra absentem lata tunc etiam tempus proponendæ restitutionis est vniforme, scilicet quadriennium. d. l. fi. C. de temp. in integ. resti. tam mino. Si verò læditur ex

cursu

¶ Diebus. Adde text. vbi glo. in l. ita vulneratus. §. æstimatio. ad leg. Aquil. vbi etiam vide Bart. & glo. in versi. bissexto. in l. iij. §. minore. ff. de mi. vbi etiã vide Bal. quomodo & quare dicatur bissextus. de quo etiam per gl. in cle. j. §. excellentissimus. vertio. de reli. & vene. sanc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cursu temporis, tunc si quidem tẽpus læsionis est plus, quàm quadriennium, tunc idem quod s. quia intra quadriennium potest proponi d.l.fi.C.de tempo.in integ.restitu.tam mino. Si verò tempus in quo est læsio, est minus quadriennio, tunc debet de necessitate proponi restitutio intra tantum tempus, quantũ est tempus læsionis, & non vltra: vt l.sed & si per prætorem. §. fi feriæ. verfic. sed cũ feriæ. & §. quoties. ff. ex qui.cau.ma. Et ita dixit glo. not.in interdum.in ver.ex anno vtili. & ibi Bart.ff.de mino. Et ista doctrina, quam ponit Bart. vbi s. & eam ibi sequitur ad literam Bal. fuit originaria Odof.in d.l.sed & si per prætorem. §. quoties. secundum quod eum refert Nico.de Neap.hîc. Ad quam doctrinam videte omnino bonum tex. & ibi plenissimas glo. in d.cle.j. de in integ.restit. & videte Bar.idem, & latiùs formantẽ in l.ab hostibus. §. sed quod simpliciter.ff.ex qui.cau.ma.in pe.col.in ver. venio ad tertium. & ibi respondet ad contraria, & maximè ad d.cle.j. Idẽ etiam vult Bart.in d.l.ait prætor. §. si conditionalis. per illum text. quem ad hoc reputat notabilem. ff. quę in frau.cre. quem tex. omnino videatis. & text. in l.j. §. j. versi. annus. ff. quando acti. de pec. est anna.

70 ¶ †Quid autem si restitutio fuerit cõcessa à iudice vltra tempus, intra quod debet officium iudicis rescindens implorari, nunquid valeat, necne: Plenè concludit hîc Dyn. quòd non: motus potissimùm per gl.in l.properandũ. in prin.in ver.triennij. C. de iudi. vbi

71 vult notabiliter glo. † ꝙ cùm in causa ciuili debeat sententia ferri intra triennium, quòd si feratur vltra triennium, non tenet. Et idem etiam cum Dy. volunt cõmuniter doc.hîc, vt Io. Fab. & Nicol.de Neap. in x.q.extra glo. qui dicit illã gl. in d.l.properandũ. in princ. esse tenendam cordi. Et idem etiã tenet Ange.hîc, qui dicit ꝙ ad hoc non est dare responsum. Idem etiam tenent Canonistæ in d. cle.j. de in integ.resti. Addo ꝙ idẽ etiã tenet Bal. faciens mentionẽ de Dy.hîc, in l.fin. in ij.col.C.de tempo. in integ.resti. tam mi. qui

72 per hoc multũ signãter infert † ꝙ si post tempora fatalia feratur sententia pro appellante, ꝙ est ipso iure nulla. Et de hoc dicit etiã videri casum in cle.si appellationẽ. de appel. iuncta gl. in verb. Appellatus. De quo etiã videte per eundẽ Bal. in l.eos. in princ. C. de appel. in ij.col. versi. modo quærit gl. & in authẽ. hodie. in ij.col. in eo.tit. per Ludo. Ro. in l.iij. ff. de re iud. Accedat quod pulchrè voluit Inn. in c. ex ratione. extra de appel. quẽ refert, & sequitur Bal.

73 in c. sancimus. el ij. ad finẽ. in titu. quo tẽpore miles. in vsi. feu. † vbi voluit quòd si post cursum fatalium apparet in actis lata sententia contra primam, quòd nihilò minus prima debebit mãdari executioni. ¶ Vltimò ad complementũ prędictorũ, vnum perpetuò diligentissimè cordi teneatis, ꝙ licet quadrienniũ, quod datur hodie loco vtilis anni, sit continuum: vt d.l.fin. C. de temp. in integ. resti.

74 mi. † quòd non tamẽ currit probabiliter ignoranti. [a] Vnde si quis staret per centũ annos, & probabiliter ignoraret, posset semper petere restitutionem in integrũ: quia restitutio in integrum non incipit cursum suũ, nisi à tempore sciẽtiæ, cùm tempus restitutionis sit vtile, quantũ ad principiũ. Istud est, quod multùm singulariter voluit Bal. in l. falsam. C. si ex falsis instru. & idẽ voluit Pau.de Ca. in l.fi. C. de dolo. De quo etiã videte do. Car. Flo. in d.cle.de in integ.resti. in xxv.q. Cogitabis tamen, an istud peregrinũ dictũ sit verũ: quia istud nõ firmo. Et si est verũ, est in actu practico notabilissimũ. ¶ Glos. in verbo, Rescissa. quàm ego diuido in sex partes. In prima ad declarationem tex. ponit, quo remedio vsucapio rescindatur: & dicit ꝙ per restitutionem petitam. In secunda ponit ad quod concedatur restitutio. In tertia ponit à quo concedatur talis restitutio. In quarta ponit quare dicatur rescissoria, & an sit proprium nomen actionis, & an sit realis, vel personalis, & an sit vtilis, vel directa. In quinta refert opi. aliorum tenentiũ ꝙ rescissoria ipso iure competat, & quòd sit proprium nomen actionis. In sexta refert aliorum modificationẽ in hac sua opi. per quam modificationem glossator noster concordat istam opi. cum prima. Secũda ibi: vt subducatur tempus. Tertia ibi: & hoc ipsum, scilicet quòd postulare possunt. Quarta ibi: & ideo actio, ad quam restituitur. Quinta ibi: alij dicunt. Sexta ibi: dicunt tamen quod hæc rescissoria. Et ista diuisio sit vobis loco

[a] ¶ Ignoranti. Adde do. Alexan. de Imol. in consil. lij. in iiij. parte.

cuiusdam literalis expositionis huius glo. ¶ In ea.glo.ibi: vt C.de

75 restitu. mili.l. quod tempore. De hoc, scilicet † ad quid competat ista restitutio: & sic istud officium iudicis rescindens, quicquid hîc dixerit gl. & quicquid etiam dixerit glo. quæ latiùs hoc examinat, & aliter tenet quàm hîc, in l.ab hostibus. §. sed quod simpliciter, in glo.magna. in ver. restitutionis. ff. ex qui.cau. maio. Vos dicite, secundùm quod dixit Barto. in d. §. sed quod simpliciter. in ij.col. in ver. venio ad quartam particulam. & meliùs, & perfectiùs in vlti. col. quem simpliciter, & ad literã refert, & sequitur Ange. de Are. hîc ibidem: ergo Barto. relatis multorum opinionibus inter se discrepantibus, & nonnullis hinc inde adductis, dicit istam esse veri-

76 tatem, † quòd cùm in integrum restitutio sit in pristinum statum positio, & sic tantum restauret restitutio, quantum abstulit lęsio: vt l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de mino. Quandoq; propter absentiam, vel aliam iustam causam læditur quis tantùm in possessione: quia tantùm possessionem perdidit, & ad illam tantùm debet peti restitutio, l.ait prætor. §. item ei. ff. ex qui.cau. ma. Quandoque quis priuatur dominio, vel actione sibi competente: & tunc restituitur, vt illa præscriptio, vel illud obstaculum de medio subducatur: vt hoc tex. cum similib. Quandoq; quis læditur in possessione, & proprietate simul: & tunc ad vtrũq; restituitur. Ita intelligitur glo. in l. qui proprio. §. item quæritur. & est glos. vnica magna. ff. de procu. Quandoq; quis læditur in acquisitione, quia non acquisiuit: & tunc restituitur, vt acquirat: vt l. si quis stipulatus. ff. ex qui.cau. ma. Et per ista apparet oportere cautum esse libellantem, vt in libello causas explicatas ponat. Addo quòd idem etiam voluit Barto. in l. quod tempore. in j.col. & etiam ad fi. C. de resti. mili. & ibi ponit Cy. in iiij.q. & Bal. ibi in iij.col. & Bart. in l. si cum militibus. in eo. titu. C. ex qui.cau.ma. & Barto. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procu. & Cy. in l. inuitus. in vij.q. C. de procu. & ponit Dyn. hîc ad fin. in vlti.q. & Ioan. Fab. in iij.col. & Nic. de Neap. in xvj.q. extra gl. ¶ In ea.gl. ibi: vt ff. de excep. l. exceptiones.

77 la ij. Dicite quòd est secunda, ad fi. ¶ †In ea. glo. ibi: non quòd sit nomen proprium actionis. Dicite quòd istud communiter tenetur per doct. hîc, scilicet quòd rescissoria non sit proprium nomẽ actionis, sed cognomen, siue quædam adiectio actionis: prout in simili dicimus in actione de peculio, quod iussu, redhibitoria, & similibus, vt est glos. in §. fi. in ver. directo. cum aliis cõcor. j'. quod cum eo. De quo dicite vt latè per Ioan. Fab. in vij.col. in ver. nunc quia de rescissoria hîc tractamus. qui post Pe. de Bellaper. ita firmat, & respondet ad ea, quæ possunt adduci, & adducerentur in contrarium. Et idem etiam tenet glos. in d.l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in glos. magna. in ver. restitutioni. circa mediũ. Idem etiam tenet Nicol. de Neapo. in iij. col. post nonnullos antiquos, quos ipse refert. Idem etiam tenet Barto. in l.fin. in j.col. C. ex quib. cau.

78 ma. ¶ †Nunquid autem ista actio rescissoria dicatur esse natiua, vel datiua. Vt hæc quæstio meliùs liqueat, sciendum est in primis,

79 † illam dici natiuam actionem, quæ habet materiam sufficientem præexistentem, ex qua oriatur. Illa verò dicitur esse actio datiua, quæ non habet sufficientem præexistentem materiam, ex qua oriatur, sed datur nobis à lege ex quadam æquitate: vt est text. no. in l. iuris gentium. §. j. ff. de pact. quem textum Barto. multùm commendat ibi, & dicit esse singularem, & magis clarè distinguere, quàm alium, qui sit in aliqua parte iuris, quòd actionum aliæ

80 sunt natiuæ, aliæ datiuæ: & ibi videte Barto. declarantem hoc † per simile de hominibus, quorum quidam sunt datiui, vt Adam, qui fuit à Deo simpliciter productus: alij sunt natiui, qui ex patre, & matre nascuntur. Et ita etiam declarat Barto. in l.j. in vij.col. ff. de condi. inde. & in repe. l.j. quam aliquæ lecturæ habent in vij. col. C. de actio. & obliga. & Barto. in l. cùm quis. in vj.col. C. de iuris, & facti igno. & Barto. in l.j. in j.col. circa medium. ff. de actio. & obli. & videte bonum text. in l.iij. in princip. ff. commo. in prin. q. quicquid dixerint hîc Pet. Iaco. de Rauen. & Ioan. Fab. qui eos refert, & quicquid dixerint Iac. But. & Rodul. de Auric. secundùm quod eos refert Nico. de Neap. hîc, in ij.q. extra glos. Ego teneo opinio. Barto. in l.fin. in ij.col. C. quib. ex cau. maio. quem Angel. de Are. hîc male refert, licet cum eo teneat. Dico ergo, quòd quandoque

vsucap

vsucapitur res mobilis, per quam vsucapionem quæritur dominium directum: vt l. traditionibus. C. de pac. & tunc cum prima actio sit totaliter sublata, prima, quę restituitur, nõ erit natiua, sed datiua. Si verò præscribitur res immobilis: tunc quia per præscriptionem non tollitur directum dominium, sed quæritur vtile præscribenti, auth. nisi tricennale. & ibi per glo. & doc. C. de bo. mat. actio dicitur esse natiua. De quo tamen dicite vt ibi latiùs per Bar. referentem Vltramon. tenere cõtrarium, & eorum opiniones re-

81 probantem. ¶ † In ea. glos. ibi: nunc dicitur vtilis. In hoc an rescissoria sit directa, vel vtilis, dicit Dy. hîc quòd nescitur respondere ad hoc cùm omnibus glo. quæ sunt vsq; Venetias. Et postea distinguit, ꝙ si loquimur in vsucapione triennij, & sic in vsucapione rerum mobiliũ, quòd rescissoria dicatur vtilis: quia cùm per vsucapionem sit præscriptum directum dominium, prætor non habet illius restituendi facultatem, ex quo semel iam est amissum. Sicut in simili dicimus ꝙ prætor non potest facere quem esse, aut desinere esse directo hærede. §. quos autem. s. de bo. pos. & l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. Si verò loquamur in præscriptione rerũ immobiliũ: & tunc quia per præscriptionem non tollitur directum, rescissoria isto casu dicitur esse directa. Allegat in simili tex. in l. si hæres instítutus. in princ. ff. ad Treb. Et idem in effectu tenet Ioan. Fab. hîc, in illa quæstione, dum quærit, an rescissoria competat pro reos immobilibus: quæ quæstio dependet ab ista. ¶ In fi. glos. videtis ergo effectualiter in glo. esse duas opinio-

82 nes in illo articulo, † quando rescissoria competat. Prima est, quòd rescissoria nunquam competit læso, nisi priùs habita, & obtenta in integrũ restitutionẽ, & sic nisi priùs impetrato officio rescindente. Et hãc opi. tenet glo. hîc, & glos. in d.l. ab hostibus. §. sed ꝙ simpliciter. in glo. magna. in ver. restitutionis ante medium. & ibi sequitur Bar. in iiij. col. ver. his expeditis, quæ pertinent ad lecturam §. & glo. in l. in honorarijs. in ver. sed cum rescissa. in ver. redditur. ff. de act. & obli. & Bar. in d.l.fi. in fi. pe. col. C. ex qui. cau. ma. post glos. magnam ibi in ver. quæsiti. aliquantulum ante fi. & secundùm Io. Fab. hîc in ij.col. in hoc est communis opinio omnium doc. & dicit Ang. in præalleg. l. fi. ꝙ ista est ipsa veritas. & hanc opi. tenet etiam Dyn. hîc in duobus locis, scilicet. in iij. & vj.col. Et inter cętera probat Dy. ꝙ restitutio maiorum vt minorum æquiparantur. l. fi. C. de temp. in integ. resti. tam mi. sed restitutio minorum petitur per officium iudicis: vt l. quòd si minor. §. fi. ff. de mi. ergo & maiorũ. Et ꝙ restitutio ista petatur per officium iudicis est text. in l. si quis stipulatus. in ver. officium prætoris est. ff. ex qui.cau.ma. quem text. ante Ang. de Are. hîc ad hoc allegat Bart. in prædicto §. sed quod simpliciter. in vij.col. qui hoc cõprobat ratione: quia quãdo verba edicti referuntur ad iudicẽ, tunc ex illo edicto inducitur officiũ iudicis: vt ibi per eũ. Secũda principalis est opi. hîc in glo. relata ꝙ rescissoria statim cõpetat finita absentia: sed sit inefficax, donec prætor per restitutionem in integrũ insufflet in eã spiraculũ vitæ. Ad hoc adducit Bar. in d.l. fi. exemplũ de Leæna, quæ (prout dicunt naturales philosophi) parit frusta carniũ, & per clamorẽ, quẽ super ipsis facit, insufflat spiraculũ vitæ, & viuificatur. Et glo. nostra dicit ꝙ hæc secunda opi. reincidit cũ prima. Et cũ hac secunda opi. visus est prima fronte inclinare Bal. hîc per vnã rationẽ, ad quam finaliter ipse respondet. Et ante eũ respondet Bar. in d. §. sed quod simpliciter. in vij.col. Aliã opi. habuit Bar. cõtra morem suum sibi cõtrarius in d.l. in honorariis. vbi dicit ꝙ aut actio est totaliter sublata, vt est in vsucapione triẽnij: & tunc actio sibi non cõpetat, nisi restitutione petita. Aut actio nõ est in totũ sublata, sed per exceptionẽ submouetur: vt in præscriptione triginta, vel quadraginta annorũ: & tunc rescissoria bene cõpetit ante, sed est inefficax: quia potest opponi exceptio: & ideo oportet ꝙ rescissoria petat. Et hanc opi. adscribit sibi Sali. in d.l.fi. vt hîc refert. Ang. qui cũ hac opi. trãsire videtur. Ego indistinctè teneo communem opi. s. relatã, quòd rescissoria nunquam competat, nisi priùs obtenta in integrum restitutione. Et hanc opi. præter s. adducta vltra alios ego firmo primò per hunc tex. hîc in ver. rescissa vsucapione. & per tex. in d.l. in honorariis. in ver. sed cum rescissa. in quibus locis dicitur, Rescissa

83 vsucapione, &c. Pondero ergo † quòd isti sunt ablatiui absoluti,

a de quorum natura est, quòd resoluãtur in cõ- a
ditionem [a] l. cuictis agris. in prin. ff. de vsur. &
l. à testatore. vbi Bart. ff. de condi. & demon. &
l. ab emptione. vbi Bart. ff. de pac. cum concor.
Ergo hîc erit casus, quòd rescissoria cõpetet, si b
vsucapio rescindatur: quia ita sunt soluendi
illi ablatiui absoluti: ergo ante rescissam vsucapionem, & sic purificatam conditionem, nõ
competet rescissoria. Et per hoc impugno illã
distinctionem Bar. in d.l. in honorarijs. per hũc
tex. nostrum, qui loquitur tam in vsucapione
mobilium, quàm immobilium: vt tenet hîc gl.
cũ qua omnes transeũt in verbo Abesset. dum
dicit quòd ille absens, qui vsucepit, rem secum
detulerat: ergo intelligit tex. nostrum in vsucapione rei mobilis. Pro hac etiam communi
opinione facit optimè tex. in l.fi. in ver. restituendis. ff. ex quib. cau. ma. iuncta glos. vulgata in l. in criminali. C. de iurisd. om. iudi. cũ concor. quẽ text. puto voluisse allegare Ioan. Fab.
hîc, licet aliũ corruptè alleget, & ibi dicit pro
hac communi opinione esse tex. quasi expressum. [b] ⁂ ¶ Extra glo. restat vltimò vt videamus qualiter libellus in hac materia rescissoria sit formandus. Dicite ex mente Bald. Ioan.
Fab. & Ange. hîc, & etiã Nic. de Neap. in vlti.

84 q. extra glos. † ꝙ si loquamur in officio iudicis rescindente & tunc secũdùm Io. Fab. est potissimè aduertendum ibi an per iudicium rescindens debeat actio restitui, vel res, vel possessio, vel acquisita, vt causa explicata in libello apponatur, secundum quòd opportunè, & latè dixi s. in glos. in ver. rescissa. in princ. illius glo. & erit forma talis: Cùm me absentassem causa Reipub. vel essem impeditus aliquo iusto impedimento, Titius rem, quæ mea erat, occupauit, & dicit se vsucepisse eo tempore, quo fui in absentia, vel impeditus iusto impedimento: vnde cùm iura subueniant absentibus, vel aliàs iusta causa impeditis, & eos dicant in integrum restituendos, idcirco peto per officium vestrum me in integrum restitui, ac dictam vsucapionem rescindi, & me admitti ad agendum

85 pro dicta re, perinde ac si vsucapta non esset. † Si verò loquimur in actione rescissoria: & forma libelli erit talis: Dico contra Titium quòd ipse talem rem, quæ mea erat, dum essem absens causa Reipublicæ, vel aliàs iustè impeditus, cùm vsu cœpisset, & quoniam obstaculum dictæ vsucapionis officio iudicis rescindente est sublatum, idcirco peto per vos declarari dictam rem ad me spectare iure dominij, vel quasi, & eam mihi restitui perinde, ac si vsucapta non esset. Aduertendum tamen est secundùm Ioan. Fab. quòd interdum restituitur actio realis: & tunc quia realis rescissoria intentatur, debet concludi vt in reali, scilicet ad declarationem dominij, vel quasi. Interdum verò restituitur actio personalis: & tunc debet concludi ad dandum, sicut in per-

86 sonalibus actionibus. ¶ † Nunquid autem officium iudicis rescindens, & actio rescissoria, possint simul, & semel, in eo libello intentari? Concludit Dyn. hîc in vltima columna, & penult. q. quòd non possunt simpliciter simul proponi, per regulam l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio. sed successiuè sic, hoc modo: Peto me restitui per officium iudicis, & postmodum restitutione concessa, & vsucapione rescissa, propono rescissoriam. Et cum hac decisione Dyn. tenet hîc Bald. & Ioan. Fab. post Iaco. de Rauen. Ita etiam tenet Nicol. de Neap. hîc in decimanona questio. extra glos. qui refert, etiam ita tenere Iaco. Butr. & Rodul. de Auri. hîc. Ita etiam tenet Specu. titu. de in integ. restitu. in quarta parte, in §. j. in versicu. sed nunquid in eodem libello: Baldus in l. quod tempore. C. de restitutio. milit. in quinta columna. in versiculo secundò quæro, nunquid ego possum, &c. videtur prima fronte hanc partem firmare: posteà finaliter concludit, quòd libellus procedet quantũ ad officium iudicis rescindens, sed nõ quo ad rescissoriam

[a] ¶ In conditionẽ. Adde Bal. in suo tract. de pact. in vij.col. ver. quæro nunquid.

[b] Adde quòd d.l. fi. iuncta glo. in d.l. in criminali. facit potius in contrarium eius, ad quod allegat per Iaf. Nam non loquitur per participium futuri tẽporis, prout allegat Iaf. Sed præteriti, restitutis datur: quo casu succedit doctrina gl. in d.l. In criminali. & Bart. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. eccle. quòd quando lex loquitur per verbum præteriti tẽporis, impportat tantũ, ac si diceret, ipso iure: & sic potius facit contra cõmunẽ quàm pro cõmuni: cogitabis solutionẽ. Carcassona Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✻Adde quòd d.§. interpositio. potest optimè probare Pau.Cas. opinionẽ,& quia virtus legis stat in inductione, vt inquit Ias. post Bald. per eum. ibi relatum in l. emancipata. col. penul, C. quia admit. allegantes tex. in l. non solũ. §. qui primi pilũ. ff. de excusa. tuto. Inducam §. interpositio, dicitur ibi quòd in integrũ restitutus in possessionem induci iussus est. Et sic pondera quòd simul fuit restitutus & in possessionem ire iussus: & sic eadem sententia fuit vtrunque determinatũ. Modò habemus regulam quòd sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. dinid. cle. sæpe. de ver. sig. l. fi. C. de fideic. liber. c. licet Heli. extra de simo. ergo à sententia arguẽdo ad libellum, libellus continebat vtrũq; remediũ, tã rescindẽs, quã rescissorius: & sic inducẽdo probat opi. Pau. Cas. Car cassona Sardus.

a ✻ in l. fi fine hærede. §. interpositio. ff. de administra. tuto. de hac quæstione vide latè do. Abb. Pan. in c. tum ex literis. in pen. & vlti. col. de in integ. resti. vbi distinguit, vt ibi per eum. Pro hac etiã opinione facit glos. quam etiam allegat Dy. in l. qui de inofficio. §. j. in ver. exercere. quã ibi tenet Barto. ff. de inof. 87 testa. †vbi querela inofficiosi testamẽti, & petitio hæreditatis possunt successiuè intentari: & tamen constat q̃ petitio hereditatis non est orta, nisi priùs rupto testamento. Et per hoc non obstat arg. Bal. vbi §. Pro hac etiã opinione bene facit forma libelli, quam in simili ponit Bart. post glo. in l. non absre. C. vnde vi. Et forma, quã in simili ponit Bart. in l. fi cõstante. §. quoties, ad fi. ff. fol. ma. & forma, quam in simili ponit Bart. post gl. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod metus causa. & forma, quam ponit Bart. in simili in auth. contra qui propriam. & ibi Bal. ad fi. C. de non numepecu. Et ad ista accedat vnum, quod bene mẽti teneatis, quod singulariter voluit Ant. de But. in c. constitutus. extra de relig. domi. post glo. ibi in verbo, iuxta ratam. vbi voluit q̃ si quis petit rem sibi restitui, & ad restitutionem illius rei obtinendã erat primò necessaria rescisio contractus, quòd petendo restitutionem rei, satis videtur petere contractus rescisionem, quæ erat præambula. Et per hoc puto non esse dubium de vno, de quo in 88 minus ambiguis terminis dubitat Io. Fa. hîc. ¶ †An si aliquis fuit primò restitutus, & pòst agat rescissoria, non facta mentione de restitutione, an libellus procedat? Ego puto quòd sic: quia si procedit, quando non fit mentio restitutionis, quæ etiam non fuit impetrata: quantò magis procederet quando restitutio esset impetrata, licet de ea non fieret mentio. Et per ista habetis expeditũ istum §, & hanc subtilem materiam rescissoriæ satis bene enucleatam.

LAVS DEO.

1 *Alienare in fraudem qui dicantur, & an alienata in fraudem revocari possint*, 2.
3 *Pater si in ludo omnia bona amisit, an filij possint illa revocare vsque ad eorum legitimam.*
4 *Pater, si omnia bona dissipat, an filij petere possint aliquam possessionem patris alimentis.*
5 *Interdictum fraudatorium contra quem detur.*
6 *Libellus in interdicto fraudatorio qualiter formetur.*
7 *Alienatio simulata, & vera, sed in fraudem facta, qualiter differant.*
Alienatio simulata est ipso iure nulla. & an iuramento firmetur.
8 *Contractus simulatus ex quibus probetur.*
9 *Alienatio vera, sed in fraudẽ facta, an valeat et an sit ipso iure nulla.* 10.
11 *Mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine: & qualiter hoc procedat.* 12.
& an econtra duriùs agatur cum lege, quàm cum homine. 15.
13 *Arbiter an sit minister legis.*
14 *Verbum Peti, prolatum à lege, qualiter intelligatur.*
16 *Actus quando in fraudem legis fieri dicatur: & quando in fraudem hominis.*
17 *Alienatio facta in fraudem creditorum an valeat.*
18 *Libertas semel data an revocari possit.*
19 *Paragraphus iste qualiter summatur.*
20 *Fraus in materia istius §. qualiter accipiatur.* 21.
22 *Alienatio quæ propriè dicatur.*
93 transeunt omnes doc.hīc,& vbiq;,vt s. vidistis,non sit vera:† cùm in probatione idem sit per omnia in Saluiano interdicto, quod in hypothecaria:vt quando agitur contra ipsum conductorē possidētem,sufficiat sola probatio possessionis. Si cōtra tertiū,distingue per omnia, vt s. & credo ꝙ ista sit veritas, quamuis omnium opi. sit in contrarium. Retenta tamen adhuc differentia glo.nostræ pro vera,quæ vera est in casibus,de quibus proxi.dixi,restat alia differentia:quia secundùm hanc differentiam glo.sequitur maximum absurdum, ꝙ ista Seruiana actio nullius sit vtilitatis, imò damnosa: cùm in ea oporteat aliquando probari dominium directum, vel vtile,aut quasi dominium:& sic bonam fidem & titulum. Agenti autem Saluiano interdicto sufficit probare solam possessionem: vnde melius semper erit intentare Saluianum interdictum, in quo minùs agens grauatur onere probandi. Nulla ergo fuit vtilitas introducere Seruianam actionem, imò potius damnosum. Vnde quāuis differentia gl.nostræ posset secūdùm cōmunem opi.aliquibus casibus ꝓcedere:ex ea tamē sequitur absurdū,de quo s. de quo absurdo dicā ī. expeditis differētiis,quæ sunt inter Saluianū inter-
94 dictū,& Seruianam actionē. ¶ † Alia ergo secūda differētia inter Saluianū interdictū,& Seruianā actionē ponitur per gl. in d.l.j. in gl.mag.in verb.cōpetit.in vltimis verbis.C de prec.& Saluia. interdi.quia Saluianū interdictū est possessoriū:hypothecaria verò,siue Seruiana,est iudiciū petitoriū. Et eandē differentiā sentit glos.in l. pignoris.C.de pig. Et si diceres, nónne hypothecaria competit solùm aduocandam nudā possessionē.l.si cùm venditor. in princ. ff. de euic. quomodo ergo dicitur iudicium petitorium? imò potiùs debet dici iudicium possessorium. Ad hoc respondebat Bart. in l.j.C. de Saluia. interdict. & in l.j in fi. princ. ff.eo. quòd sicut per rei vendicationem aduocatur possessio ratione dominij, & aliquando nuda detentatio,iuxta l. officium.in fi.ff.de rei ven. tamen quia debet constare de dominio agentis, & illud debet probari, propterea dicitur iudiciū petitorium. Ita in proposito, quamuis per hypothecariam aduocetur nuda possessio, tamen quia aduocatur possessio ratione iuris hypothecæ, de quo iure debet cōstare, & illud debet probari, propterea dicitur iudicium petitorium: sed in interdicto Saluiano dicemus quòd ideo est iudicium possessoriū, quia in eo non habet agens dicere rem esse sibi obligatā, sed simpliciter esse possessam ab eo, qui obligauit. ¶ Et ex ista differētia infert multùm signāter Bar.in d.l.j.C.de Saluia. interdi. & in d.l.j.
95 in prin.ff.eo.ꝙ † cùm hypothecaria sit iudiciū petitorium, & non possessoriū: & consequenter cùm nō sit iudiciū momētaneæ possessionis,& à sentētia lata super hypothecaria, potерit appellari de iure ciuili: interdictū autē Saluianū cùm sit possessoriū,sequitur ꝙ à sententia lata super eodē,tanquam super iudicio momentaneæ possessionis, non poterit appellari de iure ciuili,iuxta l.vnica.C. si de momē. possfue.app. Et refert Bart.in d.l.j.in fin.prin.se ita dixisse in quęstione de facto. Et ita etiam tenet Salic. & Floria.in d.l.j.C. de Saluia. interdi. & Ang.de Are.hīc, qui eos ita simpliciter refert. Et ita etiā, scilicet ꝙ à sentētia lata in hypothecaria possit appellari,etiam de iure ciuili,tenet Bal.in illa l.vnica.in prin.vlt.col.C.si de momē. possfue.appel. ¶ Sed audite,quāuis cū istis trā-
seant omnes, nec vnquā in eis inuenerim contrarietatē, ego tamē in eis multū dubito quo-
96 modo procedāt,dū vult Bar.† ꝙ hypothecaria sit iudiciū petitoriū: quia in ea probari debet de iure hypothecę, nónne idē est in Saluiano interdicto? quomodo enim in eo agens posset obtinere,nisi ostēderet, & ꝓbaret de iure suæ hypothecę? istud nō video quomodo procedat. Et si diceres, put dicebat Bar. ꝙ agēs Saluiano interdicto habet solū dicere de possessiōe eius, qui sibi obligauit: adhuc iminus intelligo quomodo istud ꝓcedat. Et sola enim possessiōe alterius in ęternū quis nō obtineret.nisi in ea ius aliquod haberet: ergo si fundat se super iure, habebit necesse illud probare ita in Saluiano interdicto,sicut in Seruiana actione. Et si vlterius diceres ꝙ in Seruiana probatur de dominio, quod non est in Saluia. interdicto: dico ꝙ propterea nō debet Seruiana actio appellari iudiciū petitoriū:aliàs sequeretur ꝙ quādo Seruiana intētatur cōtra ipsum debitorem vel cōtra habētē causam lucratiuā ab eo, quibus casibus nō probatur de dominio,sed de sola possessione. vt s. abundè vidimus:ꝙ in illis casibus Seruiana non esset iudiciū petitoriū, sed possessoriū. Item sequeretur ꝙ in casibus, in quibus ego cōcludo s. in vtili Saluiano interdicto esse probandum de dominio, quod in illis casibus vtile Saluianū interdictum esset petitoriū,& non possessoriū. Cogitate, quia maximus effectus & maxima vtilitas ex hac inuestigatione
97 sequuntur,† propter beneficium appellandi,quod habet locum in petitoriis,& nō in possessoriis de iure ciuili, vt s. dixi. Item dum in prædictis, vult Bart.dando simile de rei vendicatione quod per rei

vendic

a *Aduertas,quia hoc dictū Ias. & est ex mente doctorum, nō videtur simpliciter verum, si nos loquamur respectu generalis hypothecæ à lege inductę in bonis conducto ris,in domum,seu fundum inductis: secūdū l.certi iuris.C. locati. & §. nostrū. quia dico ꝙ imò cōtra agētem Saluiano interdicto directo poterit referri à conductore, seu eius hęrede,quæstio dominij.fingeres aliquas cōmodatas, vel depositas, seu precario possessas fuisse à conductore in fundum, seu domum inductas,& ꝙ velit,ꝓbare non esse suas, poterit vtique,quia non potest hoc casu conuinci de mendacio, per ea ponit Sal. in l. cùm res. C. si alie. res pig. dat. sit. & s. vidimus, & hoc nisi dominus rerū do losè consensisset illationi, vt dixi s. in viij. col. arg. l.ij. C. si alie. res pig. da. fu. Qd verò dicunt doctores, procedit in agentis Saluiano interdicto directo respectu certę rei specialiter,ꝓ pensionibꝰ obligatę: quia tunc nō posset quæstio dominij referri, ne de mēdacio cōuincā tur.d.l.si inter.§.j. de pign. cū simil. Et ita credo esse verū,& forsan est de mente doctor. licet ipsi non ita clarè ponant. Id autē, quod subijt Ias.de vtil.Salui. interdic.pēdet à bis, quæ dixi in add. s. proxima. Carcassō.Sardus.

Universidad de Deusto
Biblio

2 ✱Adde circa hoc dictum Ias. volentis ex mente Bar. q̃ hypothecaria directa non cõpetat contra tertiũ possessorẽ sed vtilis: licet hæc inuestigatio sit modicę vtilitatis, arg. l. actio. ff. de negest. tamen dictũ eius non videtur verũ primò quia Bar. licet istud dicat de Saluiano interdicto, non tamen istud dicit de hypothecaria, & contrarium est de mente Cyni, & Bar. in l. cùm res. circa fin. C. si alieno pig. dat. fuer. & contra Ias. videtur casus in l. j. ibi: Seruiana actione, &c. C. de prec. & Saluii. interd. nec ver. ille, vel ad exemplum in d. l. j. habet obstare: quẽ intellige prout facit gl. fi. in d. l. j. & cõtra Ias. videtur etiã text. simpliciter intelligendo in l. distractis. ibi: in rem actione iuncta gl. C. de pign. quia sicut appellatio dominij simpliciter refertur ad directum, vulgata l. j. §. qui imperpetuum. ff. si ager vectig. vel emph. per. ita etiã appellatio actionis realis vel hypothecariæ simpliciter referri debet ad directam. Nec ob. l. nomen. C. quæ res pign. obl. pos. vbi vtilibus actionibus. in cuius intellectu do. Ias. (salua pace) errauit: qa quod ibi dicitur de vtili actione, non refert ad hypothecariam, sed de vtili personali, quæ penes debitorẽ erat directa, vt Bart. ibi in ij. not. & in ver. modò p̃ declaratiõe l. nostræ, &c. declarat Ant. Ang. Carcass. Sardus.

vendicationẽ aduocetur possessio: & sic sentit q̃ in rei vẽdicatione conuentus restituat rem iure actionis: in hoc sunt opi. & multi tenẽt cõtrariũ q̃ imò in rei vendicatione restitutio rei non veniat iure actionis, sed officio iudicis. de quo dicite vt s̃. dixi in §. omniũ. in materia rei vendicationis. s̃. eo. ¶ Idem, & propiùs ad terminos materiæ nostræ, per prædicta videtur magis fortificari absurdũ, de quo dixi s̃. in prima differentia gl. nostræ, q̃ Seruiana reddatur inutilis, cùm habeamus Saluianũ interdictum, quod est iudiciũ possessoriũ: cùm longè vtilius sit intentare iudiciũ possessoriũ, quàm petitorium, iuxta consiliũ Iurisconsul. in l. is, qui destinauit. ff. de rei vend. & in §. commodũ. j̃. de interdi. Præterea, & fortiùs, q̃ † Saluianũ interdictum, si fit possessoriũ, sit longè vtilius, patet: quia à sententia super eo lata de iure ciuili non appellatur: quod secus est in Seruiana: vt s̃. dixi. Ad ista j̃. respondebimus. Alia, & vltima differentia inter Saluianũ interdictũ, & Seruiana actionẽ, ponitur per Pet. & Cyn. in l. certi iuris. C. loc. secundũ quod eos refert Ange. hîc: † quia Saluianũ interdictum non competit nisi locatori prædij rustici, & nõ datur nisi cõtra conducentem, & eius hæredẽ. l. j. C. de Saluia. interdi. Seruiana autẽ datur locatori prædij rustici, & vrbani: vt tenet glo. s̃. in ver. colono. in primis verbis. & ibi dixi. Item datur nedum contra conducentem, & eius hæredem, imò etiam contra quẽcunq; extraneũ, vt s̃. latè vidistis. Et hanc differentiã sentit etiã glo. in d. l. pignoris. C. de pigno. dũ dicit † quòd Seruiana est actio realis: Saluianum autem est personale. Et ex hac differentia respondent isti doc. ad absurdũ, de quo s̃. bis mentionẽ feci. Ex hac enim differentia patet cuius vtilitatis sit Seruiana: quia datur locatori etiam prædij vrbani, & contra omnem possessorẽ, cui, & contra quos non competit Saluianũ interdictum. Ista differentia reprehenditur per Ioan. Fab. hîc, & Ang. de Are. & Nico. de Neap. in vij. opi. gl. & per Bar. post gl. in l. j. C. de Sal. interdi. & ibi per Sal. & Floria. & per Bar. in l. j. in prin. ff. eo. quia quamuis Saluianũ interdictũ directũ nõ detur nisi locatori prædij rustici, & contra cõducentẽ, & eius hæredẽ, tamen vtile Saluianũ interdictum datur locatori prædij vrbani, & cuilibet alteri locatori, & contra quẽlibet extraneum possessorem: vt est text. in l. j. in ver. debitor. & in ver. debitorem. quem ibi ponderant Bar. & alij. C. de Sal. interdi. & text. in l. j. §. j. in ver. aduersus extraneos. ff. de Sal. interd. Et si instares subtiliter, & diceres quòd imò directum Saluianum debet competere contra extraneum possessorem, cùm omnia interdicta regulariter sint personalia, in rẽ tamen scripta l. j. §. fi. de interd. vidistis in §. omnium. in primo euidentiali. s̃. eo. respondebat Bar. in l. j. ff. & C. de Saluiã. interdic. quòd speciale est in Saluiano interdicto, vt non sit in rem scriptũ, & consequenter nõ detur contra tertium possessorem. Et ratio specialitatis est, secundùm eum, † quia hypothecaria est accessoria ad personalem actionem: cùm ergo accessoriũ sapiat naturam principalis, iuxta l. si eũ. §. qui iniuriarum. cum iuribus vulgaribus. ff. si quis cau. & personalis actio non datur contra tertium possessorẽ, nec sequitur sundum, vt vulgo dicimus: propterea & hypothecaria, quæ est accessoria ad personalem actionem, non datur contra tertiũ possessorem: ergo eodẽ modo directũ Saluianũ accessoriũ ad personalem actionem non competit contra tertium possessorẽ: & consequenter non dicetur in rem scriptum. Et si diceres, adhuc videtur quòd Bar. multũ erret, dum vult q̃ hypothecaria, quę est accessoria ad personalem actionẽ, non detur contra tertiũ possessorẽ, quia istud est falsissimũ, cùm hypothecaria cõpetat contra omnem extraneũ possessorẽ nullam habentẽ causam à principali, vt s̃. abundè vidimus. Ego ad hoc respondeo, saluãdo Bar. qui optimè locutus est, q̃ hypothecaria directa non datur contra tertium possessorẽ, [a] ✱sed tantùm contra principalem debitorem, & eius hęredem: hypothecaria verò vtilis bene datur contra omnem possessorem. Ita habetis tex. declarantem in l. j. in ver. vel quæ ad exemplum eius instituitur vtilis. C. de Sal. interdi. & text. in l. nomen. in ver. vtilibus actionibus. C. quæ res pig. Et ita sanè habetis intelligere ea, quæ s̃. diximus. Et si denuò instares tenaciùs, & diceres quòd eodem modo vtilis hypothecaria, & vtile Saluianum interdictum non debẽt posse competere cõtra tertium possessorẽ: cùm & ipsa sunt accessoria ad personalem actionem: ego respõdeo, quòd vtilis hypothecaria, & vtile Saluianum non sunt accessoria personalis actionis: quia competunt contra extraneos possessores, contra quos non competit personalis actio: sed in directis hypothecaria, & Saluiano habemus dicere q̃ sint accessoriæ ad personalem actionẽ, cùm dentur cõtra principalem debitorẽ, contra quem etiam competit personalis actio: vnde tũc bene sunt accessoriæ ad personalẽ actionem. Ita debetis intelligere, & defendere Bart. ¶ Vnũ tamen mihi obstat contra Bart. in quo relinquo vos cogitãtes: nã videretur q̃ Saluianũ interdictum vtile nõ deberet competere contra tertium possessorẽ: cùm illud bene sit accessoriũ ad personalem actionẽ eo casu, quo cõpetit contra conductorem prædij vrbani, contra quẽ etiã competit personalis actio: cuius personalis actionis istud vtile accessoriũ dici potest: nunquid nõ verum sit id, quod dicit Bar. de directo Saluiano interdicto, vt in eo sit speciale q̃ nõ sit in rẽ scriptum: aliter pro nunc non examino, & gl. habetis de directo tenentem cõtrariũ in d. l. j. in gl. mag. in ver. cõpetit. in prin. C. de Sal. interdi. & contrariũ tenet Nic. de Neap. hîc, in vij. opp. gl. ¶ Reprobata ergo ista differẽtia Pe. & Cy. sequitur etiã q̃ non sit vera vtilitas, quam ipsi inferebant ex hac differẽtia, esse in Seruiana actione. Restat igitur vt respondeamus, si responderi potest ad absurdũ, de quo s̃. bis feci mentionem, q̃ nulla potest vtilitas introduci per hanc Seruianã actionem. Io. Fab. hîc, in xj. col. post relatas nõnullas vtilitates antiquorũ, quæ sunt in intentãdo Seruianã, quas ipse reprobat, dixit vltimò quòd vtilitas fuit introducere Seruianam actionem, & Saluianum interdictũ, vt haberemus iudiciũ possessorium & petitoriũ: vnde, secundũ eum, cùm diuersę sint actiones, ad diuersa competant, non est absurdum pro diuersis diuersa remedia introducere. Sed ex his, quæ dixi s̃. in secunda differentia, clarè apparet per hoc nullam vtilitatẽ resultare, sed potius dãnum. Et propterea ipse idem Ioan. Fab. dicit q̃ vtilitas est in alio habere. Seruianam, & ipsam intẽtare: quia si ego creditor egi Seruiana contra tertium possessorem, & obtinui probando quòd res erat in bonis debitoris principalis: si ipse tertius postea velit agere iudicio petitorio, non audietur, nisi priùs satisfiat: & si ego creditor egissem iudicio possessorio contra tertium, & obtinuissem, posset nihilò minus ipse tertius possessor, qui succubuit in iudicio possessorio, agere petitorio, iuxta l. exitus. ff. de acquir. possessio. Sed ista vtilitas nullius effectus est, vt patet ex his quæ s̃. dixi in prima differentia glos. nostrę: quia quando actum esset contra tertium possessorem, necessariò debuisset agi vtili Saluiano interdicto, in quo ita necesse est probari de dominio, vel quasi principalis debitoris, sicut & in hypothecaria. Vnde si agẽs vtili Saluiano interdicto probaret rem fuisse in bonis principalis debitoris, idem esset in eo, quod in agente hypothecaria, siue Seruiana. Alias duas vtilitates Rodul. de Auri. & vnam aliam tertiam Iac. But. refert hîc Nicol. de Neapo. in vij. oppo glos. & eas meritò impugnat, nec dignæ sunt vt referantur: ideo de eis non curo facere mentionem. ¶ Ego in hac difficultate tenendo communes opinio. quas s̃. retuli non scirem aliud dicere

101 dicere, nisi plana fronte fateri, † quòd vtilius sit intentare Saluianum interdictum, quàm Seruianam actionem. Et istud idem vult Ang. hîc, qui dicit quòd cauti aduocati nunquam intentãt Seruianam actionem, sed Saluianum interdictum. Et si dicis, ad quid ergo fuit introducta Seruiana actio? non occurrit mihi aliud dicẽdum: & vos considerabitis, si aliud dici possit, nisi quòd prætor prius introduxit hanc Seruianam actionem: postea dum videret agentem ea multis probationibus fatigari, introduxit postea istud Saluianum interdictum, in quo prætor voluit vtilius, & vberiùs prouidere creditoribus. Et quamuis hoc non procedat sine diuinatione, istud tamen confirmo authoritate Iaco. Butr. & Nico. de Neapo. in j. oppo. extra glos. qui in simili idem dicunt de Seruiana actione prius introducta à prætore antè, quàm introduceret quasi Seruianam. Sed tenendo opi. quas ego s̃. tenui contra doct. apparet vobis nõ esse maioris vtilitatis intentare Saluianum interdictum, quàm Seruianam: nec quo ad probationes, nec quo ad alia, vt s̃. vidistis. Et ex his sit expedita hæc glo. ¶ Et quia in ea vidimus quæ differentia sit inter Seruianam, siue hypothecariam actionem, & Saluianum interdictum: si vultis modò scire † quæ differentia sit inter Seruianam, siue hypothecariam actionem ex vna parte, & pignoratitiam tam directam, quàm contrariam ex alia: videatis glo. magistram, ad quam semper recurrimus, in §. tertij. in ver. æmula. & in ver. eadem res. in procẽ. Digestorum, vt dicit ibi Bar. quòd alibi in corpore iuris non habemus glo. meliorem. Illam ponit Ang. in §. actionum. in materia pignoratitiæ actionis. j̃. eodem. ¶ Glos. in verbo, de qua re. diuido in duas partes: in prima declarat, siue ampliat tex. In secunda ponit fallentiam: nisi velis dicere quòd in secunda per modũ fallentiæ remouet tacitũ contrariũ ad tex. Secunda ibi: excepta tamen vrbana seruitute. ¶ In eadẽ glo. ibi: corporalis vel incorporalis. vult glos. q̃ incorporalia possint pignori obligari: & sic vult gl. q̃ iura, quę sunt incorporalia, vt s̃. de re. corpo. & incorpo. §. incorporales. possint pignori obligari. Hinc 104 sumpta occasiõe Io. Fab. hîc quęrit de pluribus quęstioibus: † nũquid iura patronatus ecclesiarum, nunquid decimæ, nunquid feuda, nunquid iurisdictiones possint pignori obligari. Et quãuis ipse Ioan. Fab. vnam quanq; harum quæstionum particulatim decidat, pro determinatione tamen omnium assumo mihi theoricam Bar. in l. si is, qui. §. fi. ff. de pigno. alleg. in glos. quam theoricam refert etiam hîc simpliciter Ange. vbi dicit Barto. si tu quæras an iurisdictiones, præeminentiæ, honores, ius participandi pedagium, ius patronatus, quod habetur in ecclesiis, vel hominibus, & similia, possint pignori obligari: distingue. Quędam sunt iura, quæ cõsistunt in personis, siue hominibus, vt sunt iura, quæ habet dominus in vasallos suos, & patronus in libertos: & ista non possunt obligari, sicut non possunt alienari. Et est ratio: quia nemo cogitur inuitus esse libertus alterius, aut alterius vasallus. Tex. est no. in l. is, qui. & in l. inuitus. in prin. ff. de fideicom. lib. tangit Bar. in l. si non sortẽ. §. libertus. in pe. col. ff. de condi. inde. Et ex illa l. inuitus. in princip. 105 colligit ibi glos. j. argu. † quòd dominus non potest in alium alienare ius vasalli, vel feudi inuito vasallo. Et hoc multum no. Ange. hîc contra principes vendentes, vel aliter alienantes terras sine voluntate hominum. [a] Ad hoc ego addo eleganter decisionem Bald. in c. in generali. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. in vsi. feu. vbi determinat in specie quòd rex Franciæ non posset alienare vnam de ciuitatibus regni sui inuitis ciuibus. Allegat Hosti. in re vnam de ciuitatibus c. dilecti filij. de maio. & obe. & ibi Ioan. Andr. in Nouel. & aliqua 106 alia. Et propterea subdit ibidem Bal. † quòd quando Cõstantinus donauit vrbem Romanam Papæ Siluestro, fecit populum cõsen-
b tire. [b] ¶ Fallit tamen quod s̃. dixi, scilicet iura consistentia in personis non posse pignori obligari, secundùm Bar. vbi s̃. nisi ex causa maximæ necessitatis, per l. j. C. de oper. lib. vbi est tex. secundùm quod ibi no. Bar. in vltimis verbis, quòd licet libertus non cogatur ad præstationem pretij operarũ, fallit in causa maximæ necessitatis. Ad idem alleg. glos. no. in l. pro hærede. §. si quid tamen. in glo. mag. in ver. maximè. ad fin. ff. de acqui. hære. quam ibidem etiam no. Bart. qui vult quòd ex causa maximæ necessitatis operæ incertæ transeant ad extraneos, quæ aliàs non transirent. Et pro hac limitatione ego addo quod voluit Bal. in l. ij. C. a cõmu. de lega. vbi dixit, sub dubio tamẽ forte,
107 † quòd licet feudum non possit pro aliquo debito pignori obligari. c. j. in princ. de prohi. feu. alie. per Fede. & j̃. latiùs dicam, tamen pro
b necessitatibus ex causa feudi domino incumbentibus posset pignorari. [c] ✱Sed ex illa l. C. de ope. liber. sumit ibi arg. Bal. ad fi. q̃ tempore necessitatis pro seruitiis personalibus potest
c dominus subditis suis imponere subsidiũ charitatiuũ vsq; ad valorẽ operarũ, vel mandare subditis q̃ seruiant aliis in eisdem operibus: vt ibi per eũ. Et dicit Bal. in l. iubemus nullam nauem. in prin. arg. illius tex. C. de sacrosan. eccl.
108 † quòd priuilegiũ exemptionis non prodest in casu magnæ necessitatis Reipublicæ, vel principis. Dixit tamen alibi multùm signãter Bal. in l. cũ multa. quæ est l. pe. C. de bo. quæ libe. q̃ in casu necessitatis non potest dominus vendere rẽ subditi sui, nec in casu necessitatis po-
d test vasallus compelli præstare collectas domino, aut angarias. Non tamen in hoc vltimo loco Bald. loquitur in casu maximè necessitatis,
109 sed necessitatis simpliciter. ¶ † Quædã, & secundò sunt iura, quæ non consistunt in personis, sed in rebus: & tunc si quidẽ sunt talia iura, ex quibus non percipiatur cõmodum pecuniarium, vt est ius patronatus ecclesiæ: & ista
d non possunt pignori obligari, vel alienari: [d] vt c. cùm Bertholdus. & ibi no. in glo. in verbo, quodam iure. & in gl. fi. extra de re iu. Si verò ex eis participatur cõmodũ pecuniarium, vt est ius percipiendi pedagiũ, & ius percipiendarũ decimarum & talia possint pignori obligari: vt l. grege. §. & in superficiariis. & d.
110 l. is, qui. §. vsusfructus. & §. fi. & l. seq. ff. de pig. ¶ † Intelligite tamẽ sanè id, quod dixi de decima, quãuis Bar. non declaret, scilicet quòd possit obligari: non intelligatis q̃ ipsa decima possit pignori obligari, quia hoc est falsum. Cùm enim decima sit ius spirituale, non potest in laicũ alienari, nec per laicũ possideri: sed intelligite q̃ fructus, & cõmoditas decimæ potest pignori obligari. Ita declarat, & tenet Spec. in tit. de pigno. §. fi. circa fi. quem refert, & sequitur Io. Fab. hîc, in xiiij. col. Et iudicio meo, ista fuit propria mens Bart. in distin. s̃. relata, dum distinguit inter iura consistentia in rebus, ex quibus commodum pecuniarum percipiatur, vt illa possint obligari. Credo quòd vellet Barto. quo ad fructus & commoditates: vnde secus est in aliis, in quibus commodum pecuniarium non percipiatur. Et ita in simili apertiùs dicit Barto. in d. l. si is qui. §. vsusfructus. per text. illum, qui vult vsumfructum pignori posse obligari. Intelligitur sanè quo ad commoditatem vsusfructus, non
111 autem quòd ipse vsusfructus possit pignori obligari. ¶ † An autem regalia, vt marchia, ducatus, vel comitatus, possint pignori obligari, vel alienari, & quomodo, habetis per Bald. in authen. ei qui. columna vij. versi. sed nunquid potest. C. de bon. autho. iudi. pos.
112 ¶ † An autem iurisdictiones possint pignorari, vel alienari, ponit Bald. in c. j. in fin. quæ sint reg. & ibi tenet quòd non: & idem tenet Bald. in c. j. §. ad hæc. in j. col. de pa. iura. firman. Idem etiam tenet Bald. in c. j. de feu. marchiæ. vbi inter alia formaliter inquit quòd sicut radij Solis non possunt separari à Sole ita iurisdictio non potest separari à principe, vel à Reipublica, vnde orta est, & cuius causa vigorem suum obtinet: quamuis Bald. in c. si inter pares. §. j. de lege Corradi. dixerit quòd de consuetudine videmus castra, & villas emi, & vendi cum mero & misto imperio, & omnimoda potestate, seu iurisdictione: quæ consuetudo, secundũ eum, vincit legem: vt c. vnico. quod incipit Obertus. de feu. cog. & dicit Bald. in c. j. in ij. col. de feud. marchiæ. quòd hodie vsurpatum est vt in multis locis dignitates, & iurisdictiones vendantur, tanquam hæreditarium pecus, & ouile. Imò plus dicit Ioan. Fab. hîc sine dubio aliquo in ix. col. se non videre quare de iure iurisdictiones non possint

¶ Hominum. De quo etiã per Feli. in cap. dilecti. de maio. & obe. in ver. hominib' inuitis. vbi plene.
¶ Cõsentire. Hoc idẽ habes per Fel. in d. c. directi. s̃. proxi. alleg.
✱Adde q̃ text. in d. c. j. circa princ. de prohi. ali. feu. per Fede. videtur multum obstare decisioni Baldi. nã prohibet etiã pro anima alienare, si pro anima non licet, multò minus p̃ necessitate corporis: arg. l. sanci mus. C. de sacrosanc. eccles. Carcassona Sardus.
¶ Alienari. Pro quo vide per Fel. in c. quãto. de iudi. in ij. col. s̃. tamen post med. & in c. causam. col. iij. post med. in ver. oritur tamẽ dubitationem noua. de prę scri. ver. post prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Obligari. Vide plenè per Fel. in c. quæ in ecclesiarũ. circa princ. xxxij. col. in ver. ne potest. de constit. & do. Ia. Alua. de alie. feud. in prin. & de feu. data to in vicem legis commis. in c. j. & de cap. Corra. in §. prætereà. & de prohi. feud. ali. per Fede. & quib. mod. feu. amit. in §. si libellario. & de inuestit. de re ali. fa. §. fi. de cap. Corra. in §. j.

b ✻ Adde quòd ad l. iij. ff. de precario. & si cõtrariũ sit difficile, respõderi potest ꝙ propriè non loquitur in tali seruitute tigni immittẽdi, per quã immissionẽ sustineatur domus mea, sed de alia quadãm immissione, ex cuius reuocatione vrbs nõ deformaretur: pone ꝙ precario rogaui cùm habere m domũ tibi vicinã. & vellẽ ædificare, vt concederes mihi licentiam tigni immittendi in parietẽ tuũ, vt pontem artificibus facerẽ, quo facilius ædificarem, & cõcessisti quo ad ædificiũ perficeretur: erit cõcessio precaria tigni immittẽdi ex cuius reuocatione vrbs non deformatur. Vel pone ꝙ habebamus parietem mediũ inter domũ tuã & meam, in quo pariete ex lege cõuentionis mihi non licebat nisi duo tigna immittere, & ꝙ volebã in domo mea iuxta parietem medium armariũ construere: permisisti precario vt tignum immitterẽ, donec armarium perficereẽ, cuius reuocatione publicus aspect⁹ nõ deformat. Et ita põt loqui d. l. iij. ff. de precar. & ita per illam l. ratio gl. nõ offenditur, nec etiã Barto. in d. l. si is, qui. §. fin. de pig. non obst. lex iiij. ff. de seruituti. tit. gener. ꝙ lex necessariò est intelligẽda in seruitutibus, quarũ reuocatione publicus aspectus nõ deformaretur. Simile videmus in legatis: nã regulariter omnia legari possunt. §. nõ solum. cum §. seq. instit. de leg. tamẽ legatũ, per quod vrbs ruinis deformaretur, nõ valeret. l. cætera. in prin. ff. de leg. j. item si inuito domino ex aliena materia ędificauero, prohibetur dominus rẽ suam vendicare, neædificia rescindi necesse sit. §. cùm in suo. instit. de rer. diui. Fateor tamen quòd si quis hac ratione sola cõtra naturã conuentionis vteretur seruitute, ꝙ teneretur seruiẽti ad interesse: arg. §. cũ suo. ẽ. alleg. & l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. Et cùm melior ratio assignari nequeat ad d. l. si is, qui. §. fin. stemus rationi gl. & doctor. & qui non vult illi istare, meliorem assignet. Carcassona Sardus.

posint obligari, sicut & alia iura, iuxta l. nomẽ.
113 C. quæ res pigno. obl. pos. ¶ †Et an si pignoratur castrum, posit creditor vti iurisdictione, & aliis iuribus incorporalibus: ponit Bal. in c. j. in fin. col. de feu. dato in vicem legis cõmissoriæ. ¶ †Et an feudũ posit pignori obligari,
114 a habetis tex. expressum in c. j. in princ. de prohi. feu. alie. per Fed. determinantẽ ꝙ non licet pignorare feudũ nec in totũ, nec in parte, & ibi glos. j. & ibi Bal. latè ponit. & vide not. Bald. in l. ij. C. commu. de leg. vbi limitat duobus modis: vt ibi per eũ. & Bald. in c. j. §. aut si libellario.
115 rio. in vlti. col. qui. mo. feu. amit. ¶ †Dixit tamen hìc signanter Io. Fab. in præalleg. ix. col. ꝙ quamuis feudũ non posit pignori obligari, tamen fructus, & cõmoditas feudi bene possunt pignori obligari. Motus bene, & optimè ex his, quæ ẽ. diximus in decima, & in vsufructu.
116 ¶ Dicit etiam Io. Fab. † ꝙ quãuis feudum non posit de iure pignori obligari, quod tamẽ secus est de cõsuetudine in regno Francię, vbi, secundũ eum, feuda venduntur, & pignorantur inuito domino. ¶ In fi. glos. habetis fallen-
117 tiam ad tex. & rationem fallentiæ, † ꝙ quãuis corporalia, & incorporalia possint pignorari, & obligari, ꝙ tamen seruitus vrbana non potest obligari, ne vrbs ruinis deformetur. Et quãuis gl. hìc aliter non declaret istam rationẽ, eam tamen habetis bene declaratam per gl. in l. sed an vie. in ver. vtatur. & ibi Bar. ff. de pign. quã Bar. legit cũ fi. l. precedentis, vbi dixit glos. hanc rationẽ declarando, ꝙ seruitutes vrbanæ debent constitui cũ quadã perpetuitate, ne ciuitas ruinis deformetur. Vnde si tu cõstitueres mihi seruitutẽ tigni immittẽdi in parietẽ domus tuæ, donec pecuniã creditam solueres, si ego immisi tignũ soluto debito, oporteret me illud tollere, & sic ædificiũ destruere: & consequenter vrbs ruina huius ædificij deformaretur. quod noluerunt iura. Quæ ratio cessat in seruitutibus rusticis, in quibus cessat ipsa deformatio vrbis. Nã si tu concessisti mihi seruitutẽ rusticam eundi per fundũ tuũ ad meum, donec pecuniam creditã solueres, nulla sequeretur vrbis deformatio, si soluta pecunia ego prohibeor in futurum ire. Et dicit Bart. in d. l. si is, qui. §. fi. quòd ista ratio sibi satis placet. Et ex ea infert ibi Barto. sub dubio tamẽ fortè, ꝙ vbi esset talis seruitus vrbana, in qua cessaret prædicta ratio deformitatis ciuitatis, ꝙ in ea bene consisteret obligatio pignoris: vt in hoc exemplo, Obligo tibi seruitutẽ altiùs nõ tollendi ædes meas, donec pecuniã creditã soluam. Certè in hac vrbana seruitute cessat publica ratio deformationis vrbis: ergo videtur ꝙ talis obligatio valeat. Et ista est magna limitatio, & restrictio ad d. §. fi. indistinctè loquentẽ. Et ita etiã simpliciter transit Ange. hìc. Sed audite, ꝙ cõtra hãc rationẽ gl. & doct. duo obstãt ineuitabiliter. Primò text. in l. iij. ff. de preca. vbi est text. ꝙ seruitus vrbana tigni immittẽdi potest precario cõstitui, & tamẽ precariũ potest quãdocũq; ad voluntatẽ concedẽtis reuocari, etiã si expresè cõuentũ sit contrariũ. l. cũ precario. in prin. ff. de preca. Cũ ergo leges permittãt cõcedi seruitutes vrbanas, vt est tigni immittẽdi precario, & cõsequẽter cõcessas posse quandocunq; reuocari: ergo non est verũ ꝙ attendant hanc deformationẽ vrbis: ergo ratio gl. non est vera. ¶ Secũdò fortiter obstat ꝙ seruitutes omnes indifferẽter licet ipso iure nõ possint ad tẽpus cõstitui, in effectũ tamẽ possunt. l. iiij. in prin. ff. de serui. tit. gene. ergo ista ratio gl. non est vera. Propter hęc duo terribilia contraria subtilis Pe. de Bellaper. hìc, secũdùm quod eũ refert Io. Fa. hìc, in ix. col. dicit ꝙ iste est difficilis passus, & ꝙ in eo nõ est trãseundũ ficco pede. Et quamuis ipse Pet. multa dicat, & multa etiam scribantur per Ioan. Fab. hìc, in xj. xij. & xiij. col. tamen per eorum dicta nõ euacuatur difficultas suprà scriptorum cõtrariorum: & ad ea nihil boni respõdent, per quod tollant mihi pruritũ aurium. Ray. de Forli. hìc, secundum quod eum refert Nic. de Nea. hìc in viij. opinio. glos. respondet quòd si loquamur in casu certo, in quo clarè appareat, partem voluisse obligare seruitutẽ vrbanam: & posit. Ita loquit d. l. iij. ff. de preca. Sed in casu dubio non est præsumendum ꝙ voluerit obligare seruitutẽ vrbanã, licet posit. Ita loquitur d. l. si is, qui. §. fi. quãuis istam solutionẽ aliter nõ impugnet Nic. de Neap. imò videtur simpliciter cũ ea transire, tamen, iudicio meo, valet minus nihilo, & est contra tex. de directo in d. l. si is. §. fi. iuncta l. seq. vbi tex. clarè loquitur in aperta conuẽtione: & distinguit seruitutes rusticas ab vrbanis. Cogitate, quia non video quomodo propter hæc duo stringentia contraria posit ratio glos. nostrę, & concordãtium sustineri. Et miror ꝙ de istis contrariis Ange. de Are. hìc nullam fecerit mentionẽ, & ne minimũ quidẽ
118 verbũ dixerit. b ✻ ¶ †Glo. in ver. maxime. diuib do in tres partes principales. In prima tacitè arguit superfluitatẽ text. In secũda declarat quæ interuenire debeãt vt sit pignus, & quæ vt sit hypotheca. In tertia enumerat actiones prætorias reales Secunda ibi: iuxta principium. duo enim oportet interuenire. Tertia ibi: patet ergo ꝙ quatuor sunt prætoriæ. ¶ In eadem glos. ibi: cùm pignus à pugno dicatur. Hæc glo. vult quòd ad hoc vt dicatur pignus, duo requirãtur, scilicet quòd res sit mobilis, & quòd res tradatur. quæ glos. bene dicit secundùm Ioan. Fab. & Angel. de Aret. propriè sumendo pignus: vt d. §. pignus. Sed largo modo pignus dicitur de re immobili, dummodo tradatur: vt patet expresè in l. si dominium. & in l. cum te. C. de pigno. Item patet, quia solùm intitulatur rubr. ff. & C. de pigno. & tamen sub illa rub. tractatur etiam de hypotheca. Et propterea text. dicit maximè. & non superabundat, vt vult glo. de quo etiam hìc per Nicol. de Neapo. aliqua verba effundentem in ix. oppo. glos. item etiam aliquando dicitur impropriè pignus, licet non tradatur: vt l. non solum. §. si rem. ff. de vsucapio.
¶ In eadem glossa ibi: & Seruiana, & quasi Seruiana. Habetis
119 † quòd Seruiana, siue hypothecaria, dicitur actio in rem, siue realis, & idem tenet glos. prima ẽ. eodem. §. Concor. l. pignoris. ff. de pignoribus. & l. pignoris. C. de pigno. & ibi glos. allegat alias con-
120 cordantes: vbi dicite fortiùs † quòd imò hypothecaria nihil penitus habet personalitatis, sed tantùm realitatis: vt est text. in l. secunda. C. si vnus ex plu. hæredi. credi. quem allegat Nicol. de Neapo. hìc in prima oppo. glos. & eum ibi ponderat Bald. ad hoc, & habet pro valde not. & per eum repræhendit glos. in l. si tibi. §. de pignore. in glos. mag. circa fin. ff. de pact. quæ, secundùm eum, dicit quòd hypothecaria habet aliquid personalitatis ratione consensus. Et aduertite, quia non intelligatis quòd hypothecaria sit actio realis, eò quòd in ea requiratur traditio rei, prout in contractibus, in quibus constituitur ius in re, si traditio interueniat, iuxta l. traditionibus. C. de pact. & §. per traditionem. ẽ. de re diui.

Hypoth

Hypotheca enim solo nudo consensu contrahitur. l. j. ff. de pigno. actio. l. si tibi. §. de pigno. ff. de pact. Sed dicitur actio realis propter ius, quod habet creditor in re hypothecata constitutum ex nudo consensu. d. §. de pignore. vel ex traditione rei hypothecatæ: prout dixi in §. omnium. in primo euidentiali. ẽ. eodem, & ista est mera veritas. Et ita dicit Bartolus in d. l. pignoris. C. de pigno. quicquid dixerit Petrus de Bellaperti. quem referunt, & sequi videntur Ioan. Fabr. & Angel. hìc, quicquid etiam dixerit hìc Nico. de Neapo. in j. oppo. glos. qui post suum Rodul. de Auri. multa verba circa hoc effundit, & non expedit eius verbis in vanum occupare membranas. ¶ In eadem glo. ibi: item fideicommissaria
121 hæreditatis petitio. vult ergo † quòd bonorum possessoria hæreditatis petitio, & fideicommissaria hæreditatis petitio, dicãtur actiones reales. Hanc glos. in hoc repræhendit hìc Nico. de Neapo. in ix. oppo. glossarum, & dicit quòd in hoc glos. est falsa: quòd licet verum sit quòd sint prætoriæ, nõ tamen verum est quòd sint reales. Nam cùm sint inductæ ad exemplum petitionis hæreditatis, quæ, secundùm eum, est mista. l. hæreditatis. C. de peti. hære. ergo & istæ erunt mistæ, & maximè cùm, secundùm eum, contineant præstationes reales, & personales. Veritas ergo huius glos. pendet ab hoc, an petitio hæreditatis sit realis, an mista. de quo dixi in §. sed istæ. in glos. in ver. tam in rem. in vij. col. ẽ. eo. & ibi tenui contra hanc opi. Nico. quòd imò petitio hæreditatis sit realis, quamuis contineat aliquas personales præstationes: ergo apparet quòd glo. nostra verum dicit. ¶ In fi. glo. dicit Ang. de Are. hanc glo. esse bene notandam, & signãdam: & meritò: quia magistralis est, & enumerat vobis actiones prætorias, quæ sunt reales. Sed caue, & cogita: quia per hanc gl. Imperator videtur argui de diminutione, cùm ex decem prætoriis realibus hìc tantũ ponat quatuor, & sex omittat: nisi dixeris ꝙ Imperator non intendit in hoc §. tractare de omnibus realibus prætoriis: & sic etiam non tractat de omnibus personalibus actionibus: vt est tex. in §. seq. in ver. & alias complures. sed tractat de aliquibus, vt declaret hanc diuisionem. ¶ Glos. in ver. nihil interest. Quæ glo. secundùm ordinem tex. dictionis, super qua est, debet præcedere alias tres glo. proximè præcedentes. Et si ad hoc aduertissem, legissem eam vobis suo ordine, propter ea, quæ sum pollicitus in j. glos. secundùm tamen omnes libros habetur pro glo. fin. istius §. & ita omnes docto. legunt: sed nõ est vis in hoc. Hæc glo. diuiditur in duas partes, prout duo contraria format cõtra tex. Secunda ibi: imò & etiam quantum ad actionem. ¶ Ad fi. glo. hanc glos. declara prout declarat glo. in d. l. cùm notissimi. in
122 princip. alleg. in glos. † quòd si res hypothecata possidetur à tertio bona fide, & inter præsentes præscribitur iuri hypothecæ decem annis: si verò inter absentes, viginti annis: si fine titulo, & a
mala fide, triginta annis: ab ipso verò debitore, quadraginta annis
123 præscribitur. ¶ Dubitat tamen Ioan. Fab. hìc, nunquid † hodie iure hypothecæ posit per tertium præscribi spatio decem, vel viginti annorum? Et videtur quòd non: quia cùm author suus fuerit in mala fide, cùm sciret se habere creditores, & alienauit: certè mala fides authoris habet nocere successori, vt ei non currat præscriptio decem vel viginti annorum per authen. malæ fidei. C. de præscrip. long. temp. Contrarium determinat Ioan. Fab. hìc, & dicit ꝙ ita consueuerunt tenere omnes doc. in d. auth. malæ fidei. ex eo ꝙ illa auth. loquatur in præscriptione dominij: nos loquimur in præscriptione hypothecæ, quę est separata à dominio, & quæ non est tanti præiudicij, quanti est præscriptio dominij. De hoc tamen dicit videndum Spe. in tit. de præscrip. prope fin. & in tit. de pig. §. j. vbi hoc ipse ponit in Spe. & etiam multa alia hanc materiam tangentia. Et cum Ioan. Fab. transit simpliciter Ang. de Areti. hìc: & idem Ange. in §. sed istæ. in xvj. col. ẽ. eo. & in §. furtiuæ. ẽ. de vsuca. & ita etiam tenet Cyn. & Ang. in d. auth. malæ fidei. & ibi Bald. secundùm bonas, & nouas lecturas. & Spe. in præalleg. ti. de præscri. in ver. quid si debitor. & in ver. sed nunquid hodie. & ita etiam Io. And. in addi. Spe. qui etiam refert ita tenere Iac. de Areti. per text. in l. sequitur. §. si rem. ff. de vsucap. & Ang. & Imol. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsuca. verum quia ad motiua glos. nostræ contra text. ipsa glos. non respondet, nec ẽ. aliter responsum est, propter motiua dicit hìc Dyn. quòd si glo. ausa fuisset dice a re, dixisset quòd Imperator malè dixit. Respõ
124 de vt hìc respondet Dy. quòd † quantum ad actionem hypothecariam nulla est differentia inter pignus, & hypothecam: vt inquit hìc tex. quia eadem est actio, quæ datur pro pignore, & quæ datur pro hypotheca: sed bene est differentia in qualitate: quia aliquando hypotheca est præscriptibilis, aliquando longo tempore, aliquando longissimo: & sic aliquãdo diuersificatur per accidens: quæ diuersificatio qualitatis non facit immutari subiectũ hypothecę. Et ita etiam trãsit
125 Nic. de Neap. hìc, in xj. & vlt. oppositione gl. ¶ †Extra gl. ad complementũ huius §. restat vltimò vt videamus qualiter formandus sit libellus in actionibus, de quibus in hoc §. vidimus. Et in primis in Seruiana, siue hypothecaria, in qua Spec. ponit formã libelli in tit. de loca. §. postquã. in ver. porrò secundùm quod eũ refert Nic. de Neap. hìc, in viij. q. extra gl. & in ea format Ang. de Are. libellũ hoc modo: Ago contra Titiũ, ꝙ fibi locaui domũ meam sitam in tali loco, &c. vlq; ad tale tempus, pro certa annua mercede: & qualiter in dictã domũ intulit tales, & tales res, quas dictus Titius detinebat, & possidebat: quæ res mihi locanti fuerũt, & sunt tacitè obligatæ pro dicta pensione, quã dictus Titius non soluit quare peto possessionẽ dictarũ rerum mihi assignari, donec fuerit mihi de dicta pensione satisfactũ. Ista forma libelli, quam dat Ange. de Are. iudicio meo peccat in duobus, ad quæ habet libellans bene aduertere. Primum, dum in eo dicitur, quas res dictus Titius tenebat, & possidebat. Istud non sufficeret dicere, imò succumberet libellans, nisi etiam diceret, quarũ rerũ dictus Titius erat dominus, vel eas habebat in bonis suis, & eas detinebat, & possidebat: quia ex sola allegatione possessionis nõ præsumeretur posteà dominiũ. Ita concluſi vobis ẽ. in gl. in ver. quasi Seruiana. in vltima parte illius glos. in illo articulo, quid probare debeat agens hypothecaria. in primo membro principali. Et ibi ipsemet Ange. de Are. ponit, & dicit secundùm Bar. ꝙ in hoc aduocatus debet esse bene cautus: quamuis non fuerit memor hìc: & ideo, iudicio meo, melius esset sic dicere in libello, prout etiã hìc dicit Ioan. Faber, scilicet qualiter in dictã domũ intulit tales res, & tales, quę suę erãt, vel in bonis suis, & eas tenebat, vel possidebat. Itẽ in alio peccaret dicta forma libelli data per Ang. de Are. non in terminis, in quibus ipse loquitur, quia in eis bene dicit: sed quãdo ageretur pro rebus illatis in prædium rusticum: quo casu, prout dixi in gl. in ver. coloni. in iij. parte princip. illius glo. necesse haberet agens dicere qualiter illæ res illatæ sunt in prædium rusticum eo sciente a ✻ aliàs nisi de sciẽtia sua faceret mentionẽ, succumberet. Et ita dicũt Io. Fa. & Nic. de Neap. in viij. q. extra glo. In reliquis transeo cũ forma libelli data per Ange. de Are. Non omitto tamẽ ꝙ Io. Fab. hìc in forma libelli sui vult ꝙ in conclusione debeat aliter cõcludi, videlicet: quare peto per sententiam vestrã declarari res esse mihi obligatas ex causa prædicta: & hoc declarato, peto deinde possessionẽ dictarũ rerũ mihi assignari. Bar. quẽ, iudicio meo, nunquã vidit Io. Fab. in l. rẽ alienã. in vlt. col. ff. de pig. act, dicit ꝙ quãuis ista cõclusio vltimò relata sibi satis placeat, tamẽ cõsuetudo est vt sufficiat in cõclusione petere possessionem rei retinẽdã, donec de pẽsione, aut de debito satisfiat. Et istud etiã optimè procedit de iure, per tex. in l. si cùm vẽditor. in prin. ff. de euic. Et subdit Bar. ꝙ ista vltima forma est magis cõmunis, & ꝙ sibi plus placet. Idẽ etiã tenet Bar. in d. l. si cũ debitor. in princ. per illũ tex. de quo etiã per Spe. in ti. de act. & peti. §. sequitur. in ver. cæ
126 terũ. In † quasi Seruiana & sic in hypotheca expressa esset formandus sic libellus: Dico ꝙ Titius obligauit mihi talẽ rẽ in specie, puta talẽ librũ: quãdo hypotheca fuisset specialis, vel obligauit mihi omnia bona sua, quando obligatio fuisset generalis occasione talis debiti: puta ex causa mutui, qui liber erat in bonis Titij, & per eũ detinebatur, & possidebatur: quare peto &c. vt ẽ. cõclusum est in forma libelli prędcedẽtis. Et de isto libello habetis etiã formam per Spe. in ti. de pig. §. cęterũ. secundũ qd eũ allegat Nic. de Nea. hìc in
127 ix. q. extra gl. ¶ †An aũt in hypothecaria, pcederet ista alternatiua

conclusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio: Peto eum condẽnari vt dictã possessionẽ mihi restituat, vel totũ debitum soluat: Habetis tex. in l. ij. C. si vnus ex plu. hære. cre. per quem tex. dicit ibi Bar. quòd talis libellus, & talis conclusio alternatiua procederet, & sustineretur. Et idem etiam tenet Bart. in d.l. rem alienam. in vlt. col. ff. de pig. act. & idem etiam hoc tenet Bart. vbi hîc latiùs disputat, quàm alibi, in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pig. Pro quo etiam alleg. tex. in c. ex literis. extra de pig. & ibi traditur per Imol. & Cano. de hac forma libelli. & ita etiam tenet Io. Fab. hîc per illam l. ij. C. si vnus ex plu. credi. hæred. & per d.c. ex literis. & dicit quòd hanc alternatiuam conclusionem amplectitur vsus curiæ laicalis: quàuis subijciat quòd doctores cõsueuerunt tenere contrariũ. Et ad hoc firmandum addo quod in simili dicit Bal. in l. sancimus. la j. C. de sac. sanc. ec. vbi arg. illius tex. dicit

128 †procedere hanc alternatiuam conclusionẽ: Peto rem vel æstimationẽ illius, secundũ eũ, semper in libello videtur peti illud, quod de iure potest peti, a ✱ & non aliud, quamuis exprimatur. quod verbum teneas cordi affixum. Est tamen verum quod

a ✱ Et eatenus, quatenus de iure per mittitur.

Bar. in d.l. ij. C. si vnus ex pluri. hæredi. credi. consuluit quòd concludatur illo modo tantùm. Peto illum condemnari ad possessionem tradendam mihi, & detinendã, vt mihi integrè satisfiat. ¶ Et

129 vltra prædicta si vultis etiam videre † qualiter debeant fieri positiones, & qualiter articuli in hac hypothecaria, & qualiter concludatur: videte text. quem ad hoc ibi no. Barto. in l. & quę nondum. §.

130 quod dicitur. ff. de pig. ¶ †Qualiter autem formanda sit sententia hypothecaria: habetis tex. in l. si fundus. §. in vẽdicatione. ff. de pig.

131 quem ad hoc ibi no. Bar. in iij. not. ¶ Et quomodo † formandus sit libellus, quando nomen esset obligatũ pignori, ponit Spec. in titu. de pign. §. j. in ver. sed pone C. mutauit. & latè Io. Fab. hîc, in xviij. col. vbi etiam ponit formam libelli in aliis iuribus incorporalibus: de quibus dixi s̃. in glo. in ver. de qua re. Tangit etiam hîc Io. Fab. in

132 antepe. col. post Pet. & Ia. † nunquid actio personalis, & hypothecaria possint simul & semel in eodem libello intentari. De quo videte hîc per eum, & per Dy. in reg. nullus pluribus. & Bart. latè in l. fundum. in ij. col. ff. de excep. & Bal. in repe. l. incerti. in vj. col. C.

133 de interdi. ¶ †In Saluiano autem interdicto, quod secundũ omnes sententias vtilius est semper proponere, vt s̃. latè dixi, eadẽ est forma libelli per omnia vt s̃. in Seruiana dixi. Et si videbitis formam libelli, quam ponit Ange. de Are. hîc, ad fi. in hoc Saluiano interdicto, videbitis quòd nec in minimo quidẽ in verbo discrepat à forma, quam s̃. dat in Seruiana. In vno tamen cogitate quomodo procedat forma libelli Ange. de Are. in isto Saluiano interdicto, dum in ea dicit: Dico quòd mutuaui tibi centũ, & quòd ad dictã quantitatem restituendã te, & omnia bona tua mihi obligasti: quia istud non est ponendum in libello, vt vult Bar. in l. j. C. de Saluia. inter. & ipsemet Ang. s̃. in gl. in ver. quasi Seruiana. in vlt. parte illius gl. & ibi glo. retuli in secunda principali differentia, quam posuit inter Seruianam actionem, & Saluianum interdictum: licet ibi ego aliter dixerim, & in hoc discrepauerim ab opinionibus eorum. Et per ista remanebit perfectè expeditus iste §.

LAVS DEO.

1 *Conuentio quælibet, & quodlibet pactum de iure gentium ad inducendam obligationem, & ad consequendam illam regiam manum sufficiebat, cùm de consensu constaret.*
2 *Contentiones hodie de iure ciuili Romanorum: quæ sint, quæ actiones producant.*
3 *Stipulatio vnde dicatur.*
4 *Actio efficax oritur ex verborum obligatione.*
5 *Actio ex pacto nudo non oritur: & quando hoc procedat. 6.*
7 *Constitutio & decisio qualiter differant.*
8 *Dictio Alioquin, quid significet. 23.*
9 *Nomen alicuius non mutatur, licet aliquid superaddatur.*
10 *Marchionibus si cõcedantur noua castra, an intelligatur esse de marchia.*
11 *Bannitus ab vna ciuitate, an intelligatur bannitus ab alio loco postea acquisito, vel ciuitati adiuncto.*
12 *Ecclesia alteri vnita, an retineat priuilegia sua. 16.*
13 *Ciuitates duæ vnitæ adinuicem, quarum vna est multùm pinguis, & alia multùm grauata debitis, an vna debeat alterius debita & onera supportare.*
14 *Ecclesia si alteri vniatur, an res vnius pro debito alterius vẽdi possint.*
15 *Officia capitanei, & Potestatis si simul sint vnita, & vni personæ data, an illa persona debeat habere duplex salarium.*
17 *Statutum si adæquat populares nobilibus, & econtra, qualiter ista adæquatio intelligatur.*
18 *Actiones, quibus vires sunt ademptæ, sunt nullius vtilitatis.*
19 *Lex correcta an allegari possit, & quomodo: & quid de statutis correctis. 20.*
21 *Actio de constituta pecunia vt locum habeat, quid opus sit. 24.*
22 *Stipulatio qualiter contrahatur.*
25 *Stipulatio ista, Promittis mihi decem: & ex interuallo respondeatur, promitto an valeat.*
26 *Statutum, vel lex, quantumcunq; generaliter loquens, de habilitate, & idoneitate restrictionem recipit.*
27 *Statutum disponens quòd quælibet probatio sufficiat, intelligitur tamen de solenni, & legitima.*
28 *Verbum quodlibet prolatum in statuto, an de habilitate restringatur, vt statutum aliquid operetur.*
29 *Verbum generaliter prolatum à lege, qualiter sit intelligendum.*
30 *Statutum Venetorum, quo cauetur quòd omnia testamenta prout sunt, ita executioni mandentur: qualiter intelligatur, an de testamentis conditis secundùm ius commune, vel statutorum.*
31 *Constitutum quibus verbis concipi possit.*
32 *Promittens aliquem facturum pro se, ad cuius obseruationem ipse tenetur, qualiter in dubio promittere intelligatur.*
33 *Debitum quod in constituto deduci possit. 36. 43. 44.*
34 *Fideiussoria obligatio an sit magis stricta, quàm constitutum.*
35 *Constitutum an in plus, quàm sit debitum principale, fieri possit.*
37 *Promissio & solutio æquiparantur.*
38 *Conditio rei est melior, quàm actoris in pari causa.*
39 *Promissio sine causa an sit ipso iure nulla.*
40 *Constitutum an valeat iure donationis.*
41 *Promittens scienter debitũ quod donare videatur, qualiter intelligatur.*
42 *Fideiussoria obligatio an valeat, si principalis non valet.*
45 *Actio de constituta pecunia, an & quando necessaria sit.*
46 *Actio quare speciale sit, quòd in constituto ex pacto nudo oriatur. 51. & seq.*
47 *Actio ex pacto nudo geminato nunquid oriatur.*
48 *Cõfessio extraiudicialis geminata præiudicat, ac si in iudicio facta esset, licet aliâs non præiudicaret.*
49 *Geminata cautio tollit beneficium Velleiani.*
50 *Confessio geminata quando emanauit, an exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit.*
53 *Constitutum an dici debeat contractus innominatus.*
54 *Constitutum, & aliæ promissiones, an differant.*
55 *Lex, promissor. §. j. allega. in glo. qualiter intelligatur.*
56 *Actio de constituta pecunia an ita competat ad pœnam nudo pacto promissam, sicut ad sortem principalem.*
57 *Actio an hodie ex pacto nudo de donando oriatur, an verò conditio ex lege propter pactum. & nu. seq.*
59 *Donationis contractus hodie contractus nominatus est.*
60 *Donatio quid.*
61 *Lex, si quis argentum. in quibus locum habeat, & nu. seq.*
67 *Reipublicæ interest, vt mulieres faciliùs nubant.*
2 an sit iuratũ. hoc dicit. ¶ † Ex isto tex. no. Ang. de Are. hîc, q iuramentum litis decisiuum habet vim plenæ probationis. Istud, iudicio meo, nõ probatur hîc in tex. sed de hoc habetis casum in l. non erit. §. dato. in verbo, quasi satis probatum. ff. de iureiur. & in l. sed & si possessori. §. fi. in versic. perinde haberis, ac si probatum esset. ff. eodem titulo. † Dicebat etiam Ang. hîc, quòd iuramentum
3 habet vim sententię præcedentibus probatio-
a nibus: [a] vt est text. cum glos. in dicta l. sed & si possessori. §. fi. & ibi not. Bart. & illam glo. reputat singularem Bald. in l. j. in j. col. C. de execu. rei iudi. Dicebat etiam Angelus de Aret.
b 4 hîc, † quòd iuramentũ facit quòd illud, quod non est debitum, fit debitum: prout etiam facit sententia. l. j. cum materia. C. de cõdi. inde. l. si fideiussor. §. penultimo. ff. mandati. Stat ergo ex prædictis q iuramentum habet vim plenæ probationis: item habet vim sententiæ. ¶ Hinc sumpta occasione nonnulli enumerant complures effectus, quos habet iuramentum; & non incongruenter, iudicio meo. Ego enumerabo duntaxat illos effectus, qui videbuntur mihi notatu digni, quos non inuenietis alibi ita simul collectos, vltra eos, quos particulariter videbitis in glos. vestris. Primo † enim iuramentum habet
5 b vim litis contestationis, [b] & actionem perpetuat, & interrumpit præscriptionem. Text. est in l. nam postea. §. fi his, qui tẽporali. &
6 ibi Bar. not. & declarat. ff. de iureiur. Secundò, † iuramentum tollit obligationem naturalem. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de sol. glos. & Bartolus in l. ij. ff. de iureiur. & declarat Barto. in l. qui iurasse. §. fi. ff. eo. Cùm iuramentum sit quasi contractus. l. depositi

a ¶ Probatiõibus. Adde Fran. Aret. in l. ait prætor. de iureiur.

b ¶ Contestationis. Adde idem per Francis. Areti. in d. l. ait prætor. §. fi is, qui. de iureiurand.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Sacramenta puberum. De intellectu huius authcirca iuramentū appositum super cōtractu, quomodo, & quādo seruari debeat, vel nō, vide Alexan. de Imo. in consil. xlij. in iiij. col. cū seq. & in cōsi. lix. j. ij. col. in prima parte. & in consil. Iiiij. per totum. in iij. parte.

b ¶ Contractus. Adde Franc. Aret. in l. duobus. §. item Pōponius, de iureiur. & quod ibidem ad eum dixi in apostil.

c ¶ Modo. Adde Felin. in e. cùm sup. de offic. deleg. in iij. col. & Franc. Arc. in suo tract. feu. ex quib. cau. feu. amit. in xiiij. causa. & do. Bar. Soci. in cōsi. clxiij. incip. nō fuisset opus vlteriori. versi. cōfirmātur præmissa. in tertia parte. & domi. Alex. ī cōsi. xxxj. in fin. in quarta parte.

d ¶ Quam principalis. Pro quo vide domi. Alex. de Imo. ī cōsi. xxxij. in vlti. col. in iiij. parte.

e ¶ Facto. Adde Felin. in e. ad nostrā. de iureiur. Fran. Are. in d. l. si quis maior. alle. hūc p do. Ias. May. & in l. si pecuniam. de cōdi. ob causam.

f ¶ Si quis maior. Vbi vide Franc. Are. in fin. & vide do. Alex. de Imo. in cōsi. clv. in iij. col. in ij. parte. & in consi. cxxxj. in j. col. iiij. parte.

depositi. §. j. ff. de pec. vt ibi per eū. Tertiò † iuramentū habet vim nouationis, & delegationis. d. l. qui iurasse. §. fi. & ibi glo. j. magistraliter ponit, in quo conueniant, & in quo differant. Quartò † iuramentū habet vim solutionis. l. iusiurandū. etiam lōco solutionis. l. duobus. §. item à fideiussore. ff. de iureiur. Quod intelligit Bar. in d. l. qui iurasse. §. fi. quod habet vim solūtionis fictę, sed non veræ. Et per hoc infert multùm singulariter Barto. in d. §. item à fideiussore. post glos. not. ibi in ver. solutionis. q̄ si fideiussor cōuentus iurasset, quamuis videatur soluisse, quia tamē ista ibi est ficta solutio, non posset repetere à reo principali: quia ad hoc vt possit repeti à reo principali, requiritur vera solutio: vt ibi notatur per Bar. & per eundem in l. cùm filius. in prin. ff. de verb. obli. Quintò, † iuramentum habet vim acceptilationis. l. iusiurandū à debitore exactum. ff. de iureiuran.

Sextò, † iuramentū representat minorē tanquam maiorem, & validat contractum inualidum, & obligationem inualidam. authen. sacramenta puberū, [a] cum materia C. si aduersus vendi. c. j. §. item sacramenta. cū glosis suis notabilibus, de pace iura. fir. in vsi. feu. & ibi latè per Bal. in c. licet mulierem. de iureiur. in vj. & c. debitores. extra de iureiur. in antiquis. Accedant latissimè tradita per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. cum suis cōcor. Vnum tamen singulariter notate, † q̄ si minor, vel mulier iurassent nō facere aliquem contractū, dehinc posteà illum cōtractum facerent, & iurarent: ex hoc secundo iuramento nō conualidaretur cōtractus. [b] Glo. est in cōmuni reputata singularis ad hoc in d. c. licet mulieres. in glo. in ver. tenebātur. & Spe. in tit. de emp. & vendi. §. tertio loco. in ver. & nota generale consilium. De cuius tamen glo. veritate, quia solet communiter reprobari, videte Barto. in d. l. si quis pro eo. in tertio mēbro principali, & per Imo. plenè in c. cùm dilecto. extra de prēben. & in l. cùm vir. ff. de vsuca. & in l. æstimatis. ff. solut. mat. cū concor. traditis per eū in dictis locis.

Septimò, † iuramentum habet hunc notabilem effectum, q̄ licet regulariter in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse: & sic quāuis regulariter permittens factū, soluendo interesse liberetur. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. l. stipulationes nō diuiduntur. ver. Celsus. cū materia. ff. de verb. oblig. l. j. in prin. cū si. ff. de act. emp. tamē iuramentū obligat quem præcisè ad factum. Glo. est no. in l. si pecuniam. in prin. in glo. paruula. in ver. necesse habeas. ff. de cōdi. ob causam. quam reputat ad hoc singularem Ludo. Ro. in repe. rub. ff. de arbi. in xxxix. col. in ver. sed redeūdo ad principalem propositū. Et illam glo. etiam reputat singularē Imo. in c. j. extra de iudi. & ibi videte per eū, & in l. ij. §. sed si quis. ff. de dona. vbi multùm latè examinat veritatē prædictæ glo. Et pro illa gloss. videatis optimum tex. in c. fi. ne prælati vices suas. & ibi do. Ant. de But. per illū tex. per Bal. in l. vnica. in xij. col. C. de sen. qui pro eo, quod interest, profe. & in præludiis feudorū. in vij. col. Octauò, † iuramētum habet effectū notabilem, q̄ vbi conuentū esset de prorogāda iurisdictione iudicis nō sui. & sic esset factum pactū de respondendo corā iudice nō suo: quo casu certū est q̄ habet locum pœnitentia antè, quàm iudex adeatur. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iud. tamē si interuenerit iuramentū, nō haberet locum pœnitētia antè, quàm iudex adeatur: vt per do. Anto. de Butr. & alios Canonistas in c. j. extra de iudi. Nonò, † iuramentum importat clausulā

c illam, vt actus valeat omni modo, [c] quo potest. Text. est in cōmuni reputatus singularis in l. cùm pater. §. filius matrem. & ibi Bart. ad hoc not. text. illum. ff. de leg. ij. Et per illum text. dixit not. Bart. in l. si qui maior. C. de transact. quòd si in transactione apponeretur iuramentum, & transactio non posset valere vt transactio, valeret tamen vt pactum, propter iuramentum: quod aliās esset secus. l. si causa cognita. Et ibi etiam hoc sequitur Ang. C. de transac. Et idem etiam tenet Ange. in l. si vnus. §. penul. ff. de pact. & Bald. in repe. l. secundæ. in v. q. principali. C. de rescin. vēd. Per illū etiam tex. in d. §. filius matrem. dixit Bar. in l. si quis pro eo. in penul. col. ff. de fideiuss. q̄ iuramentū habet vim clausulæ codicillaris. Et idem etiam dicit Bar. in l. eam, quam. in vj. casu. C. de fideicom. & in l. si quis in principio testamenti. ante finē principij. ff. de leg. iij. subiiciens ibi Bar. per illum §. filius matrem. quòd etiam iuramentum habet vim verborum derogatoriorum, & etiam specialis reuocationis, vbi requireretur specialis reuocatio. De quo tamen videte plenius, & latiùs ipsum Bart. in repetitione l. omnes populi. ff. de iustit & iure. in iij. q. princ. in ver. sed an iuramentum habeat vim verborum derogatoriorum. ¶ Item etiam per illum text. §. filius matrē. dixit multūm signanter Bal. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. quòd subst itutio iuramento firmata, quæ nō potest valere iure directo, valeat iure obliquo, propter iuramentū: licet aliās sit secus regulariter, secundùm cōmunem in l. centurio. ff. de vulg. & pupilla. & idem tenet Bald. in l. si iure. C. de testa. manu. ¶ Item per illum §. filius matrem. dixit Bald. in l. j. in penulti. col. C. commod. quòd iuramētum habet vim iuris expressi. ¶ Item per illum §. filius matrem. dixit multum signanter Bart. in d. l. si quis pro eo. in vlt. col. ff. de fideiussori. q̄ quāuis fideiussor. non teneatur, quando interceſsit in duriorem causam, quàm principalis, [d] vel quando promisit aliud, vel quādo principalis nō tenetur, iuxta l. Græcè. §. illud. cum si. ff. de fideiusso. tamen istis casibus iurādo tenetur, non vt fideiussor, quia deficit forma fideiussoria: sed vt principalis promissor, quoniam iurando videtur velle teneri omni modo, quo potest. De quo etiam per Bal. in l. si prædium. in vlti. col. C. de iure do. ¶ Item per illum §. filius matrem. ego legendo semper reprobaui vnam opi. Ioan. Fab. in §. si quis alium. s. de inuti. stipul. vbi tenet quòd ꝓmissio, seu stipulatio facti alieni iurata nō teneat de iure ciuili. Et dicit hoc esse clarum, & expeditum. per l. non dubium. C. de legi. quāuis de iure canonico secūdùm eum sub dubio tamen fortè, sit secus, per capitulum, ex rescripto. extra de iureiur. Ego indubitanter teneo contrarium, quòd imò etiam de iure ciuili valeat nam si iuramentum importat clausulam vt actus valeat omni modo, quo potest, per d. §. filius matrem. vt suprà dixi: ergo promittens factum alienum cum iuramento, intelligitur promittere se facturum, & curaturum: & ita promissio valebit. d. §. si quis alium. Et illud reperi posteà, quod tenet inter minimis Ludouicus Romanus in l. stipulatio ista, habere licere. in princip. ff. de verb. oblig. relatus per Ange. de Are. in §. versa vice. s. de inuti. stipulatio. qui pro hoc allegat duos optimos tex. de iure canonico, vi delicet c. ex literis. el ij. & c. sicut ex literis. extra de sponsal. Et illis duobus locis glos. j. hoc expresè firmat, scilicet quòd intelligatur promisisse se facturum, & curaturum. ¶ † Decimò, iuramentum habet vim illius clausulæ, quæ apponitur in stipulatiōe pœnali, vi-
e delicet, rata manente pacto. [e] de qua in l. qui fidem. ff. de transact. & in l. cùm proponas. C. de transactio. Ita Bart. in d. l. si quis maior. in eodem titul. vbi reputat hoc esse multùm not. & dicit per illum text. q̄ imò habet maiorē vim, quàm illa clausula: vt ibi per eum.

¶ † Vndecimò, iuramentum habet hunc notabilem effectum, q̄
f vbicunq; iuramentū interponitur, semper impeditur moræ purgatio. Ita dixi signanter Bar. per illū tex. in d. l. si quis maior. [f] De cuius dicti veritate ibi latè per alios videatis: q̄ plenius in l. si insulam. ff. de verb. oblig. Dixit tamen signanter Bald. in l. qui crimen. in xj. q. C. qui accu. non pos. q̄ illud fallit de æquitate canonica, secundùm quam, nō obstante iuramento, poterit semper mora purgari: vt ibi per eum. De quo habetis tex. optimum in c. suam. extra de pœnis. secūdùm intellectum, quem ad illum tex. tradit Hostiensis in Summa sua, in tit. de arbitris. §. sed qualiter, ver. sed nunquid religiosi

religiosi. & do. Ant. de Bu. & Ioan. de Imo. in c. dilecti. extra de arbi.

17 ¶ † Duodecimus effectus iuramenti, & vltimus pro nunc, est, q̄ iuramentum habet executionem paratā, & ideo si in instrumento aliquo cuiuscunq; contractus apponeretur iuramentum, certè illud instrumentum, quod aliās de iure communi non haberet executionem paratā, vt est tex. melior de corpore iuris ad hoc in l. minor xxv. annis. cui fideicommissum, in ver. ad initium nouæ petitionis redegerat. ff. de mino. isto tamen casu propter iuramentum habet executionem paratā, etiam de iure communi. Istud est, quod notanter voluit in terminis Bar. in l. ij. ad fi. ff. de iureiur. & ibi dicit Bar. q̄ miratur q̄ consuetudo hunc modum, & hanc cautelam
a non adinuenerit. Et dicit Bal. in d. l. j. [a] in ij. col. C. de rebus cred. q̄ ista est vna singularis opi. Ego intendo hunc vltimum effectum latiùs excutere, & examinare vltra etiā, quàm facit Ange. hīc: & ideo illum reseruo post expeditionem glo. præsentis §. ¶ Glos. in ver-
18 bo, postulante. quæ diuisione non indiget. ¶ † Ad fi. gloss. habetis q̄ si iuratum sit, aduersario nō deferente, quòd tale iuramētum nihil proficit. Hoc limitat Ioan. Fab. hīc, vt sit verum, quantum ad vtilitatem iurantis: sed bene prodest aduersæ parti, si iuraret contra se, per l. de ętate. §. qui interrogatus. ff. de interro. ac. Et per hoc inferebat Ioan. Fab. ad limitationem cōclusionis glo. nostræ q̄ tale iuramentum prolatū nemine deferente, posset etiā iuranti prodesse, si iurans diceret contra se, & pro se: quo casu si aduersarius inniteretur ex tali iuramenti confessione, tunc teneretur recipere in totū, & etiā contra se, sicut & pro se Allegat l. Publia. §. fi. ff. deposi. Ang.
19 hīc dicit † q̄ tali iuramento, & per consequens tali cōfessioni, omnino statur contra ipsum iurantem. Sed an probet pro ipso iurante, etiam si acceptata fuerit confessio per aduersarium: istud habet iudex æstimare. Et istud est, quod dicit text. in d. l. Publia. in fin. in ver. iudicem æstimaturum. Et secundùm eū, inspiciet iudex qualitatem scribentis, & an vero simile scripserit pro se, vel non. Et an
20 † potuerit dicta cōfessio pro parte acceptari, & pro parte non, vt quia sit structa vno structu verborū, an verò sit separata, iuxta not. per Cy. in l. vnica. in xiij. q. C. de confessis, & ibi per Bald. in ij. col. & no. glo. Cyn. Bar. Bald. & alij in l. si quidem. C. de excep. Veritas
21 ergo huius punctuli pendet ab illa quæstione, † an confessio, seu instrumentū possint pro parte acceptari, & pro parte nō. De quo videatis notabiliter Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de libe. lega. & in d. l. si quidem. C. de excep. & in l. quædā. §. fi. ff. de eden. per Bal. post Cy. & gl. in l. ij. C. de dona. ante nup. & Bal. in l. j. §. editiones. ff. de eden. & in l. cùm mulier. in xvj. col. ff. solu. mat. & in l. j. C. de eden. & not. in l. si quidem. per illū tex. C. de transac. & per Spec. in tit. deposi. §. fi. in ver. pe. & Archi. in c. j. de confes. in vj. Canonistæ in c. cùm venissent. de consti. & in c. cùm venerabilis. de excep. & Ang. de Are. hīc. Et in istis locis, vt paucis me expediam, magis communiter cōcluditur cum Bar. in d. §. idem quæsiit. vt si confessio seu instrumentū, contineat plura capitula diuersa, & separata: & tūc possunt pro parte acceptari, & pro parte nō, per d. l. Publia. §. fi. Aut continent vnū capitulum tantùm, vel etiam plura, sed simul immista: & tunc aut cōtra cōfitentem est iuris præsumptio: vt si quis cōfiteatur se occidisse hominem pro sui defensione: & tunc potest confessio acceptari in parte, inquantum dicit se occidisse: in alia verò, dum dicit ad sui defensionem: quia lex præsumit contra eum. l. j. C. de fica. & l. si non conuicij. C. de iniur. Aut non est præsumptio iuris contra confitentem, nec pro eo: & tunc secus: vt per
22 Bar. in d. §. idem quæsiit. ¶ † Qualiter autem intelligatur vnū capitulum, vel plura, & diuersa: vide Bar. in d. §. idem quæsiit. & in l. iij. §. filius autē inter medias. ff. de libe. & posthu. & Inno. in c. fraternitatis. de hære. & Bald. in l. ij. in prin. ij. col. C. de re iudi. & in l.
23 amplioré. C. de appel. ¶ † Quid autē in confessione facta in libello, an possit pro parte acceptari. Bal. tenet q̄ nō l. cum precum. C. de
b liberali causa. [b] ⁂ ¶ Et quid in libro rationū cōfecto per mercatorem, an possit pro parte tantùm acceptari: videte Bal. in l. j. in v. col.
24 C. de confes. † Et quid releuet, aut quid operetur cōmunis practica procuratorū instrumēta producentiū, qui protestantur se producere instrumēta in partibus pro se tantùm facientibus, & nō aliter, nec alio modo: vide Bald. & Salic. in l. j. C. vt quæ desunt aduoca. &

Ang. de Are. hīc qui tenent q̄ nil releuet pro- a
25 testatio † [c] In eo tamen membro, in quo retu c
li s̄. Bart. tenere q̄ si quis dicit se occidisse pro d
sui defensione, [d] q̄ talis confessio pōt in parte tātùm acceptari, in parte nō: qa casus iste quotidianus est, & frequēs, ꝓpterà nō omittēdus. At quia decisio Bar. nō est sine dubio, qa multi cōtra eū tenēt, vide Bal. in d. l. vnica. C. de cōfes. in xiiij. col. in ver. denuo quæro de quæstione quotidiana. & in l. j. in prin. ff. de ædil. edi. & in l. ij. C. de dona. ante nup. & in l. per seruum. §. j. ff. de vsu & habitatione. Bal. & Sali. in l. nec b
codicillū. C. de codicillis. Bald. in l. cùm mulier. ff. solu. mat. in xvj. q. aliās col. Bald. & Imo. in l. decem. ff. de verb. oblig. Ang. Imo. & Lud. Ro. in l. j. §. fi quis simpliciter. ff. de verb. obliga. & Sali. tenentem contra Bart. in l. j. in iiij. oppositi. C. de confessis. per Imo. & Pan. or. in c. cùm venissent. extra de insti. & ibi est bonus text. pro opinione Bar. secūdùm quod ibidē per eos pōderat, & ꝓ Imo. & Pan. in c. bonę. el ij. de postu.
26 præla. ¶ † Duo etiā circa prædicta diligenter nota. Vnū est, q̄ vbicunq; confessio esset facta sub illa protestatione: confiteor, &c. nō aliter, nec alio modo: nūquàm ex tali cōfessione reus pōt dānari, nisi aliud ꝓbetur. Gl. est not. in l. si quidē. C. de excep. & ibi. Bal. in terminis dicēs c
q̄ istud alibi nō habet in iure. quod no. vt cōfitearis cautè, & respōdeas. De his verbis habetis per Bal. in c. j. §. deniquę. quę fuit prima causa
27 benefici amit. in vsi. feu. in fi. collatiōis. ¶ † Secūdò no. aliam singularem, & optimā cautela, quòd vbicunque cōfessio, siue responsio emanat, prēmissa negatiua, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, nūquàm, potest reus ex tali cōfessione cōdemnari vt cōfessus. Vnde si denego me vulnerasse, & occidisse, & si apparebit contrarium, dico quòd fecit ad defensionem: d
vel nego me mutuum accepisse, & si cōtrarium apparebit, dico satisfeciſse: nullo modo potest condemnari. Glo. est no. in d. l. si quidē. in prin. C. de excep. & ibi no. Bal. in terminis Propterea alibi gl. fi. in l. si filiū. C. de liberali causa. do-
28 cet practicam, † quòd si volo repellere accusatorē ab accusando, quia sit socius criminis, debeo primò præmittere negatiuā, dicēdo, Non cōmisi crimē: sed & si cōmisi, iste nō posset accusare, quia est socius criminis. Aliās si simplici ter dico, Nō potest accusare, quia est socius cri minis: videor crimen confiteri. De cuius tamē gl. veritate videte Bart. notabiliter in l. quoniā.
29 in ij. lectura. C. de testi. ¶ † Vnū etiam not. quòd nō sufficit, reum probare q̄ fecit ad sui defensionē, sed oportet q̄ ꝓbet & dicat q̄ fecit ad sui defensionē necessariā. Ita Bal. in d. l. vnica. in xvij. col. C. de cōfes. De quo dicto facit festū Ludo. in suis singularibus. Pro quo allego tex. in l. is, qui aggressorē. in ver. in dubio vitę discrimine cōstitutus. C. ad legē Cor. de fica. Et quāuis dictū cōsueuerit ꝓ singulari reputari, tamē Bal. tenet cōtrariū in l. solā. in fi. C. de testi. post Bar. in cōsi. ix. aliās x. incipiente, quidā Masiolus. Et in istis locis tenēt Bar. & Bal. q̄ si testis dicit q̄ fecit ad sui defensionē, ꝓbat, etiā si nihil vltra dicat, quando nō fuit vlterius interrogatus de causa. Et ꝓ ista secūda parte ex text. quē reputo singularē, in c. j. §. fi quis hominē. de pace tenen. in vsi. feu. in ver. nisi hoc probare possit, q̄ vitam suā occidendo defenderit. Et hoc notate diligenter contra assessores, & iudices solentes sequi illud dictum Bald. in d. l. vnica. tāquam verisimū, ac veluti quoddā Apollinis respōsum, & nō be-
30 ne, meo iudicio, vt s̄. dixi. ¶ † Glos. in ver. iurauerit. ad fi. habe-

I

a ¶ In l. j. Vbi vide Paul. de Cast. cōtra Bald. & vide Ang. in l. non erit §. dato. ff. de iureiur. & in l. ait prętor. §. j. de re iudi. vbi etiā per Imo. & Rapha. in d. l. ij. alle. hūc p Ias. et ibi per do. Alex. de Imol. & Ludo. Ro. in rub. de arbitr. in pen. char.

b ⁂ Aduerte quia Ias. nū legit Bal. in d. l. cùm precū. vbi Bald. dicit q̄ talis cōfessio potest pro parte acceptari, pro parte verò nō: & per illum legem traditur cautela, quòd reus acceptet libellum, quatenus pro se facit, & non in aliis capitulis. De qua cautela habetur per Ias. s̄. in §. omnium. col. xxiij. Carcassona Sard.

c ¶ Protestatio. Vide tamen do. de Rota in decisio. clxxxvj. licet qs. Inno. vbi contra, q̄ imò releuet. & vide do. Alex. de Imol. in l. j. §. editiones. ff. de eden. & Felin. in c. cùm venerabilis. de excep. vbi plenè. & gl. in c. præsentium. de testi.

d ¶ Defensione. Vide Bal. in cōsi. incip. pone, quidā. & eundem do. Ias. May. in l. vt vim. in iiij. col. ff. de iusti. & iur. & Alex. in l. cū de indebi. §. j. de. pba. & Frā. Are. in l. manifestissimi. C. de fur. & Feli. duo verba in c. cùm dilecti. in fi. de accu. in c. auditis. de præscript. in xix. col.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Adde de hoc ꝙ ex delatione & acceptatione iuris iurãdi oriat̃ quidam quasi cõtractus, esse text. expressum in l. depositi. §. j. ff. de pecul. Carcassona.

b *Aduerte quãuis ista disceptatio vtrũ sit datiua vel natiua, nullius sit vtilitatis, & ideo esset prætermittẽda l. Gallus. §. si eius. in fi. ff. de lib. & posthu. mihi tamen videtur ꝙ super hoc nõ possit dari certa doctrina, ex quo iura indifferenter loquuntur: nã actio de dote est personalis, & venit ex contractu, vt habetur in §. fuerat. j. eod. titu. & in Rubri. ff. sol. ma. per Bart. & alios, & tamen iureconsul. in l. si duo. §. Marcellus. dicit dãdam actionem de dote mulieri: & sic presupponitur datiua, & non natiua. Et videas text. qualiter loquẽtem in l. nam posthea. §. iusiurandum. ff. eod. tit. de iureiu. vbi inquit iurisconsultus. iusiurandũ & actionem, & exceptionem parit. Et dispositio illi⁹ tex. procedit siue in reali, siue in personali actione iuretur vt legẽti clarẽ patebit: ideo in hoc non potest aliquid certũ tradi, qđ iuridicè probetur. Carcassona Sardus.

tis quòd paria sunt, vel quòd quis iurauerit, vel quòd iuramentũ sit remissum per partem. Sunt quidã hîc, qui inaduertenter, & incõsultè recitãt hanc gl. vt procedat quãtũ ad hoc iramentũ prosit, nõ autẽ quantùm ad hoc vt cõpetat actio in factũ: quia, secũdùm eos, ad hoc vt competat actio in factũ ex iuramẽto, ista nõ sunt paria, iurare, vel quòd ei iuramentum remittat: eò quia tex. noster signanter, & cũ mini sterio dixit, Si quis iurauerit. Et sic vult text. secũdùm eos, quòd tũc demũ oriatur actio in factũ, quãdo est iuratũ, non autẽ quãdo est remissum iuramentũ. Sed isti nesciunt quid loquuntur: quia imò ista parificãtur, etiã quãtũ ad hoc vt ex iuramẽto actio cõpetat: quia casus est clarus, & rotundus in illa l. actori. C. de reb. cred. hîc allegata in glo. & in l. nam & posteà. §. j. ff. de iureiur. ¶ †Aduertendũ tamẽ est ꝙ aut iuramẽtũ delatũ nõ est p̃ partẽ acceptatũ: & tũc ipsum deferentẽ licitũ est indistinctè pœnitere & per cõsequens delationẽ iuramenti reuocare. Casus in l. si quis iusiurandũ. C. de reb. creditis. & gl. in l. manifestę turpitudinis. ff. de iureiuran. Si autẽ iuramentũ sit acceptatũ: tũc non est locus pœnitẽtiæ: & si hoc casu deferẽtẽ pœniteat, iuramẽtum habetur pro remisso: & sic perinde, ac si esset iuratũ. d. l. non erit. §. fi. Sed est melior tex. in l. si non fuerit. ff. de iureiuran. Ista ponit Bar. in d. l. non erit. §. fi. & sequitur simpliciter Ang. hîc, quamuis de Bar. nõ faciat mentionem. Dicit etiã Bar. & signanter in illa l. non erit. §. fi. se putare quòd etiã quãdo iuramentũ fuisset per partem acceptatũ, posset tamen ex caussa antè, quàm iuretur, revocari: puta si tẽpore, quo detulit iuramẽtũ, nõ habebat probationes, quę posteà superuenerũt. d. l. si quis iusiurãdũ. Et ita etiã tenet ibi Sali. & simpliciter sequitur Ange. de Aret. hîc. ¶ †Item aduerte ꝙ illud, quod dictũ est, paria esse, vel quòd quis iuret, vel ꝙ iuramentũ sibi remittatur: limitatur singulariter non habere locũ in iuramento cõfirmatorio cõtractus. Nam si minori cõtrahenti, dum vult iurare super cõtractu, si ego sibi remittere, non haberetur ac si iurasset, nec restitutio sibi impediretur. Ita singulariter Cy. in auth. sacramẽta puberum. C. si aduer. vend. ¶ †Ceterùm quia. §. proximè vidimus quòd iuramẽtum delatum antè, quàm sit acceptatũ à parte potest revocari, & non post: hinc singulariter Bar. in d. l. nõ erit. §. fi. docet optimã, & practicabilẽ cautelã, quòd quãdo defertur iuramentum in iudicio præsente iudice, pars semper sit cauta ꝙ nõ dicat, ego volo deliberare vtrum velim iurare, vel ne: & ita peto mihi assignari terminum ad deliberandum: quia tunc deferenti licitum esset pœnitere, & revocare delationẽ, vt §. dixi. Imò fortius, etiam si non revocaretur delatio iuramenti, non valeret iuramentum ex interuallo, nisi denuò deferatur: quia in iuramento delatio inest conditio, vt incontinenti iuretur: aliàs nihil proficit: vt est text. in d. l. non erit. §. fi. & ibi Bartolus. Debet ergo semper pars statim & incontinenti dicto verbo acceptare iuramentum, & dicere se paratum iurare: sed ꝙ vult deliberare quid juret, & quomodo iuret. Et istud potest fieri: vt ex tex. in l. iusiurandum & ad pecunias. in fi. principij. & ibi Bar. ff. de iureiurando. Et isto modo poterat sibi consulere in forma iuramenti, scilicet quomodo jurare debeat: nec deferens poterit amplius talẽ delationem juramenti à parte acceptatam revocare, nisi ex causa: vt §. proximè dixi, & declaraui. Quod diligentissimè nota, quia quotidie occurrit. ¶ Glos. in ver. deberi. ego diuido in tres partes principales.

In prima declarando tex. ponit quod remediũ, seu quæ actio competat actori qui iurauit, & quomodo competat. In secunda ponit quod remedium competat reo, qui iurauit. In tertia declarat, & limitat quod §. dixerat in prima parte de actore, qui iurauit. Secunda ibi: ex parte autem rei, si iurat, &c. Tertia ibi: & hoc quod dixi in actore, habet locum, &c. Expediam vobis vnam quanq; partem de per se. Prima ergo pars principalis subdiuiditur in duas. In prima, quando actor iurauit super debito ex actione personali. In secunda, quando iurauit super debito ex actione reali. Secunda ibi: item circa actionem realem. Et ad commendationẽ præsentis glo. dicunt hîc doct. & bene, vt Dyn. & Ioan. Fab. quòd ista glos. est in hac materia plenior de corpore iuris, & plenius distinguit, quàm in aliqua parte iuris. Et quamuis Dyn. hîc referat simpliciter istam glos. & eam approbet, & sic etiam transeat Host. illam approbando in Summa sua in titu. de iureiuran. vt hîc refert Ioan. Fab. ego tamen adiiciam ad hanc glos. pleraq;, quæ ad hanc glos. adiicienda occurrent. ¶ In ead. glos. ibi: nata ex sacramento. Glos. in istis verbis vult duo. Primum, † quòd actio vtilis ex contractu, quæ competit, quando iuratum est formiter: & sic cùm causa nascatur ex iuramento, & multò magis quando iuramentum esset informiter præstitum, hoc est, nulla causa expressa, secundùm quod vult glos. quòd actio vtilis ex contractu, quæ competit ex iuramento præstito cum forma, dicatur esse natiua: verùm quia isti articuli modicæ sunt vtilitatis, paucis etiam me expedio, potissimùm quia alij communiter nullum verbum circa ista ponunt. ¶ †Ad primum, quicquid hîc dicerit. Nic. de Neap. post antiquos, quos ipse refert in iij. quæst. extra glo. in materia actionis in factum teneo, & concludo quòd quando iramentum est præstitum super aliquo certo, & specificato contractu, tunc actio, quę nascitur, dicitur nasci ex illo contractu: vt in iuribus hîc allegatis in glo. Si autem est præstitum informiter: & tunc oritur ex sacramẽto immediatè, propter quendam quasi contractum delationis & acceptationis iuramẽti inter partes tacitè celebratum: vt declarant doct. maximè [a] *Ang. in l. j. C. de rebus cred. Et hæc procedunt in personali. Secus in reali: vt patet ex his, quæ j. nunc proximè scribam. Et veritas melius apparebit ex his, quæ ego tenebo vltra alios ad fin. huius primæ partis præsentis glos. Ad secundum, quod vult glo. dicebat Bartol. in d. l. nam posthea. §. fi. ff. de iureiurand. omissis allegationibus hinc inde per Bartol. ibi factis, † quòd quando iuramentum defertur in reali, tunc sit datiua: quia non præsumitur obligatio: vt d. §. fi. cùm reales nullam præsupponat obligationem. §. omniũ. §. eod. sed † quando defertur in personali, tunc sit natiua. l. qui iurasse. in fi. ff. de iureiuran. Et ita etiam tenet [b] *Angel. in l. miles. §. fin. ff. de re iudi. quamuis Ioannes de Imol. in d. l. miles. §. fi. contrarium teneat: &, iudicio meo, melius. Quod aliter pro nunc non discutio. Miror tamen de consequentia Bart. Non præsupponitur obligatio: ergo est datiua, quia secũdùm hoc sequeretur quòd omnes actiones reales, quæ nullam obligationem præsupponunt, d. §. omnium. essent datiuæ: quod tamẽ est plus, quàm notoriè falsum. Quamuis enim non habeant obligationẽ pro sufficienti materia ad actiones producendas, habent tamẽ dominium præexistens: quod est sufficiens materia producẽdæ actionis. l. vnica. cum fi. C. de alie. iud. mu. causa fa. ¶ †In ead. glos. ibi: & aduersario similiter actionem tribuit. teneatis quòd ex iuramento nudo nõ tantùm cõpetit actio iuranti, sed etiam aduersario, contra quem est iuratum. Et consequenter teneatis quòd si aliquis iurauerit se emisse pro decẽ, ꝙ nedum ipsi iuranti competit actio ex empto propter iuramentum, sed etiam aduersario actio ex vẽdito ad ipsum pretium. Et ista sunt sine dubio: quia casus est in d. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. & §. Marcellus. hîc allegatus in glo. Propter quos tex. omitto duo quæsita, tanquam indubitata, quæ ponit Ioannes Fab. hîc, in vij. col. in ver. quæritur quid si orta quæstione, &c. post Iaco. de Rauen. quæ diciduntur in illis legibus. Pulchrum dubium esset, † quòd alij hîc non tangunt, quid si aliquis iurauerit se emisse talem rem à Titio, nõ expressa quãtitate pretij: an iurans possit agere ex tali iuramẽto, cùm pretium non sit certum, quod requiritur in emptione pro substantia contractus. §. pretium. & §. item pretium. cum fi. §.

si. §. de contra. emp. iuncta glos. illa solenni. in l. pacta conuenta. in prin. in ver. nouã emptionem. ff. de contrah. emp. Item an isto casu ille, contra quem est iuratũ, possit petere ꝙ iurans compellatur exprimere certum pretium. De vtroq; videatis Bar. in d. l. si duo patroni. §. Marcellus. vbi tenet ꝙ iurans possit compelli exprimere certum pretiũ: si tamen non exprimeret, ꝙ nihilò minus ex parte sua posset ad rem agere: vt ibi latiùs per eum. Accedant quæ traduntur notabiliter per Bald. in l. j. versi. denuò quæro. C. de rebus alie. non alie. vbi ponit illã notabilem quæstionem de testibus, qui deponunt de contractu emptionis, sed nõ recordantur de pretio, seu de pretij quantitate, an probent ipsum contractũ: videte ibi latè per eum, quem repræhẽdit Lud. Ro. in l. Stichum. in x. col. ff. de verb. obli. quãuis cum Bart. teneat ibidem Raph. Cu. † Ad ista videatis etiam Cy. & Ray. de Forliuio in l. j. C. de contrah. & cõmit. stipu. vbi quærunt, si instrumentũ cantat qualiter Titius emit talem fundum ab ecclesia: sed nõ dicat pro quãto pretio: an tale instrumentum probet emptionem, necne. Accedit etiã quod singulariter decidit Paul. de Cast. in l. suus hæres. per illũ tex. vbi de hoc dicit esse casum. C. de repudi. hære. vbi ponit † ꝙ si filius remisit hæreditatem patris ex causa transactionis, & in instrumento talis remissionis fit mẽtio de tali transactione, sed nõ de eo, quod est dandum causa talis transactionis, cùm aliàs transactio nõ valeat, nullo dato, vel retento. l. transactio. cum fi. C. de trãsac. an tale instrumentum probet transactionem, & an valeat, necne. ¶ In eadem glos. ibi: ac si verè contractus præcessisset, hoc declara. vt hîc per Ange. de Aret. per tex. in d. §. Marcellus. allegato in glo. ¶ In ead. glos. ibi: interdum vtilis ex eo cõtractu, & vtilis in rem. Et sic ad finem primæ partis huius glo. habetis duo principaliter ex hac glos. elicere. Primum est, † ꝙ in reali competit vtilis in rem, etiã si non sit allegata causa: & consequenter iuramentũ sit informiter præstitum: vt quia iuraui rem meam esse simpliciter: & sic informiter, hoc est, nõ expressa causa, propter quã sit mea. In personali verò est secus: † quia non oritur vtilis, nisi causa formaliter exprimatur, & sic cõtractus, vel quasi. secundùm habetis ex glo. ꝙ in personali, quando iuratur formiter, & sic cũ causa, nõ competit nisi actio vtilis ex cõtractu, nõ autem [a] *actio in factũ: sed in reali vtraq; competit, & vtilis in rẽ, & actio in factũ: expedit ergo vt in vtroq; perscrutentur rationes diuersitatũ. ¶ †Ad primũ quare in reali cõpetat vtilis in rem, etiã si nõ sit allegata causa formiter, secus est in personali: respondebat multùm notabiliter hîc Nic. de Nea. in j. q. extra glo. in materia actionis in factum, post suũ Rodul. de Auri. & sequitur simpliciter Ange. de Are. hîc, quãuis de Nico. nullã faciat mentionẽ, ꝙ ratio est, quia in reali semper fit relatio ad vnã causam, cùm vna tantũ semper sit causa realis scilicet dominiũ. l. & an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iudi. & ideo dicitur semper certa, & vniformiter prolata, cùm nõ sit nisi vna. Accedat vltra eos, quòd dicimus, paria esse, vel ꝙ aliquid nominatim, & in specie exprimatur, vel in genere: & ꝙ illa generalitas nequeat nisi in vna specie verificari: vt est tex. not. in l. ij. & ibi Bar. & alij. ff. de libe. & posth. & in §. nominatim. §. de exhæ. libe. Causæ verò personalium sunt plures, & propemodũ infinitæ. d. §. actiones. vnde non possumus scire ad quã causam fiat relatio in personali causa, quando esset informiter iuratũ, & sine causa: & ideo nõ potest oriri vtilis ex contractu, nisi cõtractus exprimatur. Et ita etiã tenet Bald. per istã rationem in l. actori. C. de rebus cre. & iureiur. ¶ Sed audite, quãuis ista sint multùm colorata, & amica veritati, tamen Io. Fab. hîc, in j. col. pro suo mirabili & subtili ingenio ea reprobat & in dicto, & in ratione. Nam, dicit ipse, quamuis in reali, causa immediata sit semper vna, scilicet dominium, causæ tamen remotæ, & mediatæ, per quas dominium acquiritur, possunt esse multæ: & illæ etiam, vt verbis suis vtar, sunt attẽdendæ, per c. abbate sanè. de re iudic. in vj. & per tradita in §. omniũ. §. eo. Et ꝓptereà dicit ipse posse rationabiliter dedendi, ꝙ si in reali exprimatur causa mediata, & remota, & iuretur super ea, quòd isto casu in reali nedum dabitur vtilis in rem. vt dicit glos. nostra, sed etiam dabitur actio personalis vtilis ex illo contractu. Et ꝓptereà dicit ipse, posse suppleri ad hanc glos. quòd in reali nedum datur vtilis in rem, sed etiam interdum datur vtilis ex cõtractu, quãdo iuratũ est formiter. Et quãuis Fab. nõ dicat, ante eũ ista fuit opinio subtilis Petr. de Bellapertica referentis hîc Nic. de Neap. in ij. quæst. extra gl. in materia actionis in factum. Hæc consyderatio Ioan. Fab. est peregrina, & non negligẽda: tamen eam ego non teneo, nec dicendo à communi §. relata, quæ habet quòd in reali cõpetit vtilis in rem, etiam si nõ sit causa formiter allegata: eò quia in reali semper est vna causa, scilicet dominium, vt proximè dixi. Vnde in reali non distinguitur, an formiter, vel informiter, prout distinguit Ioannes Fab. nec est verum id, quod ipse dicit, quòd causæ remotæ, & mediatæ dominij, quę possunt esse plures, sint necessariò (vt verbis suis vtar) attẽdendæ. nam istud est falsum, prout ego cõclusi, secundùm omnes, in §. omnium. §. eo. in materia formationis libellorum in prin. vbi videatis. Bene fatebor cum Io. Fab. quòd si in reali fuisset expressa causa mediata & remota dominij, puta contractus aliquis, ex quo causatum fuisset dominium, & iuratum esset: quòd isto casu oriretur vtilis ex illo contractu, sicut & in personali. Circa † secundum principale, quod §. habuistis ex glos. quòd in personali, quando iuratur formiter, & sic cum causa, non competit nisi actio vtilis ex contractu, non autem actio in factum: sed in reali vtraq; competit & vtilis in rem, & actio in factum. Et in hoc omnes cõcordant: vt Ioan. Fab. Ang. de Are. & Nic. de Neapo. in ij. quæst. extra glos. in materia actionum in factum, post suum Rodul. de Auri. & omnes concorditer rationem diuersitatis esse dicunt: nam ille, qui iurat in personali, cùm habeat illum, qui defert iuramentum, personaliter obligatum ex contractu, qui contractus propter iuramẽtum semper fingitur præcessisse, quando verè non præcessisset, & ideo alia actione personali non indiget: sed in reali, cùm realis nullam obligationem præsupponat, & per cõsequens nullam actionẽ personalem: & ideo prætor introduxit obligationem, & personalem actionem in factum, quæ oritur ex dilatione, & acceptatione iramenti propter quendam quasi cõtractum, qui tacitè celebratur, quod non fuit necesse introducere, quando iuratur formiter in actione personali, cùm sine ista prouisione prætoris competat personalis ex contractu. ¶ †Quamuis omnes, vt prædixi, ita teneant cum gl. ego credo quòd multum facilè possit teneri contra gl. & doct. omnes hîc, scilicet quãdo iuratum est in personali formiter ex cõtractu, quòd nedum competat vtilis ex illo contractu, prout omnes fatentur, sed quòd imò etiam competat actio in factum ex iuramento, prout & in reali. Et credo quòd istud sit verissimum: nec video quid ad oppositum obstet. Nec est verum id, quod præsupponunt docto. in eorũ ratione, videlicet, Competit personalis ex contractu: ergo non potest competere actio in factum eodem modo personalis, quæ est prætoria. ¶ †Do optimam instãtiam. Nam si delatum est iuramentum, ita quòd competat actio in factum, & personalis, & posteà feratur sententia super isto iuramẽto: isto casu competũt duæ actiones personales in factum, vna ex iuramento, & alia ex sententia, prout tenet glo. in opi. Ioan. approbata per omnes in l. j. in glos. j. C. de rebus cred. vbi latè per omnes, & per Bart. latè in l. nam posteà. §. fi. ff. de iureiur. & per Bald. etiam in d. l. actori. Prætereà, remedia prætoris habent locum nedum in casu necessario, sed etiam in casu non necessario. §. item ab intestato. §. de bo. pos. & dixi latè vltra omnes in §. sed istæ. §. eod. in articulo illo, an Publiciana competat vero, & directo domino. Et quòd isto casu, quando iuratum est formiter super contractu, ꝙ competat nedum vtilis ex cõtractu, sed etiam actio in factũ ex iuramento: tenet Ange. de Are. in terminis in hoc sibi adinuicem inaduertenter contrarius an princip. huius glos. quamuis in fi. teneat contrarium, vt §. retuli. Et istud idem, quod ego teneo contra glos. & doct. hîc tenet etiam in terminis Bart. in d. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. vbi dicit ꝙ quando super actione personali iuratur formiter causa expressa, quòd tunc habet locum actio in factum, & actio vtilis ex cõtractu propter iuramentum: vt ibi. Imò plus dicit Bart. quòd isto casu competeret directa

a *Adde quòd imo oritur actio in factum, non obstat vt ili actione ex illo contractu, vt tunc per Angelum de Aret. post Bartol. in d. l. si duo. §. si quis iurauerit. de iureiuran. & j. vi debimus. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eo contractu,si verè anteà competebat. Et credo indubitanter quòd ista sit veritas contra glos.& omnes doct.ibi.Et credo etiam quòd ita tenuerit subtilis Pe.de Bellaperti.secũdùm quod possum colligere ex relatione,quã facit de eo Nicol.de Neap.hîc,in ij.q.extra gl.in materia actionis in factum. Aduertẽdum est etiam , quòd in prędictis magna emergit vtilitas habere has actiones ex iuramẽto,quãuis etiã primæ personales cõpeterent: quia in primis actionibus oporteret multa ꝓbari,iuxta ea, quæ vidimus in §.omniũ. & in §.sed istæ.s.eo.in istis autem sufficit probare sic,esse iuratum: vt hoc text.nostro,cum si.quod facilius est probare.Et ita dicit , & bene Ioan.Fab.hîc in iiij.col.¶ Item quia in prædictis vidimus cũ glos.nostra quòd aut iuratũ est formiter:& tunc oritur interdum vtilis ex contractu,interdum vtilis in rem,& nonnunquam actio in factum. Aut iuratum est informiter : & tunc competit actio in factum.Non omitto quod per ista dixit signanter Bar.in d.l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff.de iureiuran.idem esse in statutis , &
48 in consuetudinibus, † quòd si statutum , vel consuetudo disponit formiter, habet locum actio ex eo contractu, vel ex ea causa super qua formiter disponit. Exemplum : si diceret statutum quòd valeat testamentum cum tribus testibus certè ageretur actione ex testamẽto.Vel si diceret statutum quòd minor xxv. annis possit vendere, & alienare cum præsentia consanguineorum suorum:
49 certè oriretur actio ex eo contractu:arg.d. §.si quis iurauerit.† Sed si disponeret informiter,non expressa aliqua causa,quæ caderet in formam contractus,vel quasi:tunc daretur condictio ex lege,siue ex statuto,iuxta l.j.in fi.ff.de condi.ex lege.Istud idem tenet Bart. vbi latiùs hoc examinat in repe.l.omnes populi.in vij.& vlt.quęst. principali.ff.de iusti.& iure.& in d.l.vnica.in penul.col.ff. de cõdi. ex lege.& in l.de quibus.in vlt.col.ff.de legibus.Ista etiam extendit singulariter Bartolus ad sententiam formiter latam in l.Iulianus verum debitorem. versicu. sed si dubitatur.ff. de condi. indebi.
50 ¶ † An autem ex iuramento taxationis expensarum, vel ex iuramento in litem,oriatur actio,videte Bal.in authenti.nouo iure.C. de iudi.& Bar.in l.in actionibus.ad fi.ff.de in litem iurãdo. Et per ista remanet expedita prima pars principalis huius gl. ¶ Sum modò in secunda parte principali,ibi:ex parte autem rei,&c.quę subdiuiditur in duas. In prima loquitur , quando reus iurauit super actione principali.In secunda,quando iurauit super reali.Secunda ibi:si autem in actione reali. ¶ In eadem glos.ibi:si res ad actorem redeat , non contra alium. & sic ad fi. secundæ partis principalis glos.bene dicit eandem distinctionem habere locum , & procedere in sententia lata pro reo:vt hîc per Ang.de Are.Et quamuis ipse adscribat hanc extentionem solum Pau.de Castr.in d.l.nam postea.§.si.ff.de iureiur.tamẽ ego addo vobis Bart.qui idem in terminis dicit in l.ex hoc iure.in ij.col.ff.de iusti.& iure. ¶ Sum modò in tertia,& vltima parte principali huius gl.quæ incipit ibi:& hoc, quod dixi in actore.quæ sub diuisione non indiget. Ad finem glo.
51 teneatis ex hac vltima parte huius glo.quòd † si traditio fiat alicui à non domino vigore iurisiurandi , tunc Publiciana datur contra quemlibet.Istam glo.in hoc reprehendit subtilis Petrus de Bellapertica hîc per nonnulla media , maximè per l.iij.§. subtilius.ff. de conditione ob causam , iuncta l.clauibus.ff. de contrahenda emptione.Ad quæ respondete vt hîc per Ioannem Fabr. quem non refero : quia non adderem.Addo tamen quod istam opinionem Petri,& omnia eius argumenta refert Bart.in l.Pomponius. §.si iussu.ff.de acquirend.pos.& formaliter respondet,vt hîc Ioan. Fab.de quo etiam per ipsum Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure. & etiam Bald.in l.j.C.communia vtriusq; iudi.per Ang.in repe.l. si quis vi.in §. differẽtia. in xiiij.col.ff.de acquiren.possess.per Imo. in c.fi.in xlvij.col.extra de præscript. quamuis ab impugnationibus Petri sustineatur hæc glos.eam tamen reprobat hîc Ioannes Fab. alia ratione : quia si iuratum est in reali,vtilis in rem non datur,nisi contra deferentem,& eius hæredem,non contra alium:vt l.nam posteà.§.fin.& l.sequen.& l.sed & si possessori.§.fi.& l.seq. ff.de iureiuran. & tenet glos.hîc.s. in parte proximè præcedenti. Quare ergo magis,quando iuratum est in Publiciana,debet posse Publicianam cõpetere contra quemlibet. Certè,secũdùm , eum, nõ videtur ꝙ vlla bona ratio possit assignari, & maximè cùm vtilis in rem competat contra quẽcunq;,etiam contra dominum.vt l. j.§.qui in perpetuũ.ff.si ager vectigal. vel emphy.peta.Publiciana autem regulariter non datur contra dominum.l.penul.& fi.ff. de Publi.Accedat vltra eum quia in Publiciana omnia illa habent locum,quę habent locum in rei vendicatione.l.eum qui.§.in Publiciana.ff.de Publi.Possetis ergo sustinendo glos. dicere secundùm Angel.de Are.hîc,& sentit etiam Ioan.Fab.quòd ideo aliud sit in vtili in rem,& aliud in Publiciana hac ratione:nam quando iurauit in reali rem meam esse,& nulla est facta traditio , certè non interueniente traditione iurans potest solum se fundare ex iuramento:vnde cùm iuramẽtum nõ noceat alij,nisi deferenti , nil mirum si vtilis in rem cõpetens propter tale iuramentum non nocet alij: nec datur nisi contra deferentem,& eius hæredẽ.Sed quando agitur ex traditione facta causa iurisiurandi,vt dicit hîc glo.hîc certè concurrunt duo,scilicet iuramentum, & traditio. Vnde cùm hîc sit titulus ex iuramento,& possessio propter traditionem,& bona fides iuris præsumptione:ar.l. penul.cum glo.j. & ij.C. de euictio. & cõsequenter hîc est vsucapiendi conditio : ergo & Publiciana.l. eum,qui.in prin.cum similibus.ff.de Publi.Si ergo est vsucapiendi conditio,& Publiciana:ergo Publiciana debet posse contra quẽlibet competere.§.sed istæ.cum his, quæ ibi vidimus.s.eo. Ad hoc adducebat etiam Ang.de Are.gl.quæ idem tenet in l.sed & si possessori.in princi.in ver.dandam.ff.de iureiu. Accedat etiam:secundùm eum,ꝙ si fiat traditio propter authoritatẽ rei iudicatæ à non domino,sine dubio cõpetit Publiciana.l.iij.in fi.ff.de Publi.& præallega.glos.in ver.actione.Et isto casu,secundùm eum, Publiciana datur contra quemlibet. allegat l.Pomponius.§.si iussu. & quod ibi glo.Bart.& doct.ff.de acquirend.pos.& latius Bart.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& latè Cynus & Baldus Salic.in l.j.C.cõmunia vtriusq; iudi.In quibus locis nihil inuenietis in specie , quòd contra quemlibet detur.si ergo ita est in traditione facta à non domino authoritate rei iudicatæ, vt Publiciana cõtra quemlibet cõpetat:ergo eodem modo quando ex iuramento fuit facta traditio, cùm habeat eandem vim , & authoritatem, imò maiorem,quam sententia.l.ij.cum ibi nota.ff.de iureiur.Et tenendo hanc partem quòd vbi traditio fiat à non domino , vigore iuramenti quòd Publiciana contra quemlibet competat , durum est,& plus,quam difficile respondere.Ad l.eum,qui.§.si petenti.hîc allegatam in gl. in verbis illius tex.ibi:Sed aduersus te duntaxat.glos.hîc ad fin.respondet,& eodem modo glo.in d.§.si petenti.in gl.in verbo,duntaxat.quòd ista dictio Dũtaxat,excludat dominũ tantùm, & non aliũ.sed ille §.si petenti.secundùm Io.Fab.hîc,& bene,nulla via de Mundo potest pati intellectũ glo.ꝙ ibi dictio Duntaxat,veniat ad excludendũ dominũ tantùm,& nõ alium.Istud est de directo contra rationem decidẽdi,quæ ibi in tex.deciditur. Ei enim soli debet nocere iusiurandum, qui detulit. Præterea si dictio illa Dũtaxat, excluderet tantùm dominũ,& non alium,nõne ille text.esset indubitabilis,cùm sit fine dubio ꝙ Publiciana aduersus dominum non competit.l.pen.& fi.ff.de Publi. Vnde Ang.de Are.hîc alienus,vt puto,à bono sensu,in hoc aliter respondet ad illum §.si petenti. ꝙ ideo ibi Publiciana tantummodo datur contra deferentem iuramentum,eò quia ibi agebatur Publiciana ante rei traditionem, vt res traderetur.Et hunc dicit esse proprium casum illius §. si petẽti. Si autem antea facta fuisset traditio , & iurans posteà cecidisset à possessione : certè competisset sibi Publiciana contra quemlibet reum,nedum cõtra deferentem,per ea,quæ s.proximè dicta sunt. Sed audite.non mediocriter mirandum est de hoc patre, quòd in hoc tam vulgato termino iuris ita vehementer errauerit. Nam si in d.§.si petenti.nũquam facta fuisset traditio,prout ipse dicit esse proprium casum illius §.esset impossibile quod iuranti competeret Publiciana nedum contra alios , imò nec contra deferentem: quia ad hoc vt competat Publiciana, necessaria , est traditio , vel quasi:aliàs impossibile est quòd competat:vt d.§.sed istæ.& ibi latè dixit in ij.no.s.eo.Et istud patet ad sensum:quia vbi nõ est facta traditio,vel quasi,ibi non est possessio:vbi nõ est possessio.ibi non potest esse vsucapio.l. sine possessione. cum simili.ff.de vsucap.

vbi non

a ✻Adde ꝙ hæc opi. satis est sustentabilis:attamen quia opi.gloss.hîc , & in d.l.sed si possessori.est cõmuniter approbata,& durũ esset cõtra istas glo.& cõmunem sententiam in practica obtinere , non putaui ab ipsa recedendũ fore.Pro qua opi.facit ponere rẽ mihi traditã ex quasi cõtractu esse,puta ab hærede,qui cum legatariis quasi cõtrahit.§.hæres quoque.insti. de obli.

quæ ex quasi cõtrac.vel indebitã rem traditã esse: vt §. item is , cui. insti.eo.titu.certè Publiciana competit cõtra alios. l.j.§.fi.cum legib. seq.ff. de Pub.sed ex delatiõe & acceptatione iuris a iurandi oriť quidam quasi cõtractus,vt l.depositi. §.i.ff. de pecul. & sic dicor rem ex quasi cõtractu habere : ergo cõpetit Publiciana cõtra quoscũq;, excepto domino, sicut ex aliis quasi cõtractibus. Nec video quare magis debeat operari cõsensus & traditio ex causa contractus, quàm ex causa iuramẽti,quod ex cõuẽtione proficiscitur. l. qui iurasse. §.fi.ff. de iureiur. Prętereà quæ fuit causa introducẽdi Publicianam, nisi vt traditiões à non dominis ex aliqua iuxta causa factas prætor tueretur: vt de hoc est text. in §. sed istæ.s. eod. & ibi dixi. & est text.in l.sunt & aliæ. ff. de Pub. certè hæc eadem in q.nostra viget iuxta enim est conuentio , & causa iurisiurandi.l.si quis cũ debitore.in fin.ff.de iureiur.Nõ obstat tex.ind.§.si petẽti. quia variè dãtur. hîc & alibi ad illũ text. solu. posses tu vnã accipere,quę magis ingenio tuo applauderet.Vel di cas altero de duobus modis ꝙ ratio decisionis in d.§.si petenti. est, ne aliis iusiurandum inter alios præstitũ noceat : vt l.quia non debet. ff. de iureiur. quæ ratio nõ infert necessariò vt contra alios non deť Publiciana. Do instantiã, qua data corruit arg. §.pauonum.insti. de rer. diui. c. sicut vrgeri.j. q.j.

vbi non potest esse vsucapio , ibi non potest competere Publiciana:quia ista sunt conuertibilia:vt l.eum,qui.in princ.& ibi Bart.& l.siue autem.§.hęc actio.ff.de Publi.& dixi latè in d. §.sed istæ. Ergo à primo ad vltimum constat euidentissimè ꝙ vbi non intercesit traditio, impossibile est ꝙ ibi Publiciana cõpetat.Proterea per illũ §.si petenti.ego teneo cũ Ioan. Fab.[a] ✻ contra glo.nostrã.& Ang. de Aret. ꝙ traditio fuerit alicui facta à non domino vigore iuramenti,ꝙ hoc casu Publiciana nõ competat,nisi contra deferentẽ,vel eius hæredem, & successorem,& nõ contra alium: vt est text. rotundus,qui euitari non potest, in d.§. si petenti.sicut quando iuratũ est in reali.d.l. nam posteà.§.fi.cum si.¶ Aduertite tamẽ,ne decipiamini,ꝙ quãuis tex.in d.§. si petẽti. det Publicianam contra deferẽtem iuramentũ duntaxat,tamen dico ꝙ etiã datur contra eius hæredem,per id.quod in simili dicit tex.in iurante in actione reali in d.l.nam posteà.§.fin.iuncta regula l.eũ,qui.§.in Publiciana. ff. de Pub. quæ habet ꝙ in Publiciana ea omnia locũ habent,quæ in rei vendicatione. Accedat text.ille peregrinus, & singularis , in l. si necessarias. §.de vendendo.ff. de pig.actio. ¶ Non obstant in contrariũ adducta per Ange. dum dicebat ꝙ quãdo traditio sit à nõ domino virtute iuramenti,ꝙ hîc est titulus,& possessio,& bona fides,& consequenter vsucapiẽdi cõditio, & per cõsequens Publiciana : quia fateor omnia ista, quia vera sunt.Et dum dicebat, si cõpetat Publiciana: ergo contra quemlibet. Respondeo negando:quia ista semper non est bona consequentia:& casus est ad oppositũ in d.§.si petẽti.Vel aliter,& meliùs,vt tollam omnia adducta per Ang.respondeo secũdùm quod hîc respondebat Io.Fab.Regula generalis est, ꝙ vtilis in rem , & actio Publiciana dantur contra quemlibet possessorẽ.verum est , vbi allegatur titulus ad hoc cõueniens : sed quãdo allegatur pro titulo res iudicata,vel iuramentũ, de quorum natura regulari est vt aliis non noceant, certè nec actiones ex eis prodeũtes ad alios extendentur:vt est casus in d.§.si petenti.Et credo ꝙ ista sit veritas,à qua nõ discedatis,nec discedetis,si audietis Io.Fab.ibi ad finem præsentis puncti,in quo concludit prout ego s. posteà subdit , crede mihi ,si velis : caue aliter dicere, ne peius dicas.¶ Et ad d.§.si petenti. vt nihil omittatur,dum ibi dicitur ꝙ iurauit rẽ suam esse,& quòd sibi competat Publiciana:quia videretur quòd imò deberet competere vtilis in rem vendicatio.Quomodo tex.ille procedat, videte tres intellectus,quos in hoc ad illũ tex. dedi in §.sed istæ.s.eo. in illo articulo , an Publiciana cõpetat vero,& directo dño : & secũdùm alterum eorum habetis tex. illum necessariò intelligere : ita intelligit Ioan. Fabr.hîc.

52 ¶ † Vltimò ad perfectum complementum gloss.nostræ:quia in ea vidimus quòd quando delatum est iuramentum , & est iuratum, plures actiones competunt, & nonnunquam exceptiones diuersimodè:tamen dic vt in ea de claraui. Quærit Ioãnes Fab. hîc in penulti.col. de notabili,& pulchra quęstione,quam alij nõ tangunt:Pone quòd iuramentum nõ fuit delatum,sed pars dicit quòd est contenta credere conscięti& & fidei alterius partis,& ita credit: nunquid poterit agi,& excipi,sicut si iuratum esset:& sic nunc illa remedia competant , sicut si esset iuratum?Prima frõte,secundùm eum,
53 videtur dicendum † quòd sic : quia inter simplicem loquelam , & iuramentum Deus non cõstituit differentiam : in c.& si Christus. extra de iureiur.not.plenè Archi.secũdùm eum, in c.j.de sepul.in vj. Præterea istud fit ad decisionem litis,sicut & iuramẽtum:ergo videtur eadem ratio, quæ est iuramento. Ipse tamen Ioannes Fab.dicit quòd cõtrarium est verum, saltem de iure ciuili. Motus,quia nõ reperitur quòd ex tali fide oriatur actio,sed solùm ex iuramento. ergo non est nostrum extendere.l. obligationum ferè.§.placet.ff.de act. & oblig. & maximè quia iura ciuilia multum ponderant iuramentum plus,quàm simplicem locutionem,vel fidem.authenti.sacramenta puberũ.C.si aduer.ven.& l.iij.C.si mi.se ma.di.imò etiam iura canonica multùm ponderãt facien tia valere contractum,in quo interuenit iuramentum , qui aliter non valeret simplici conuentione.c.cùm contingat.extra de iureiuran. & c.ij.de pact.in vj. ¶ Non obstat quòd prima conuentio fiat ad decisionem litis, sicut & iuramentum , ergo videtur eadem ratio quia respondet ipse , quòd transactio fit ad litis decisionem, & tamen non agitur ex conuentione nuda.l.siue apud acta.C.de transactio. ergo consequentia non est bona. Ista sunt , quæ dicit Ioannes Fab.hîc in hoc notabili quæsito:& non memini me alibi legisse istud in specie , & in terminis ab alio tactum , quàm per Ioannem Fab.hîc:est verum quòd Bartolus in l.fi. ff.de præto.stipu.post antiquos, quos ipse ibidem refert,tangit latè,quid si aliquis promisit per stipulationem stare simplici dicto partis, vel iuramento , an talis stipulatio valeat , & quid operetur. & ibi Bartolus post relatas nõ b nullas opiniones antiquorum tenet quòd talis stipulatio valeat : [b] ✻ ibi tamen non aperit Bartolus nec alibi , quod remedium competat , facta tali declaratione. Ego puto in quæstione Ioan.Fabr.posse contra eum teneri, scilicet quòd si pars in iudicio dicat se credere fidei alterius partis , quod illa remedia competant , prout si iuratum esset , facta tamen declaratione , vt ꝛ. dicam. Et pro ista parte me multùm mouet id,quod in simili Specu. in tit. de arbitrio.§.j.in ver.sed pone quòd promisi quòd, &c. Et sequuntur , & tenent Ioannes Andr.& dominus Antonius de But.in c.cum tempore.extra de arbitriis.in quibus locis tenent isti tanti patres multùm signanter quòd l.si quis maior.C. de transactio. quæ loquitur

iudicium quo ad hoc, vt nõ possit quęri de veritate: quia nõ ita habetur contra alios iuramentũ pro veritate, vt nõ possit contrariũ probari , sicut habetur cõtra deferentem, vt videt probari in l.iij.§. pe. ff.de iureiuran.Et certè cũ Publicia nanõ detur cõtra dominũ.l.pe.& fi. ff.de pub.nec cõtra titulo possidẽtem.l.siue autẽ.§. si duobus.ff.eo. & vidimus latè ꝛ.in §.sed istæ. iustum est hunc,qui ex iureiurando nititur tueri,arg.eorum, quæ ꝛ.dixi. vel di co ꝙ §.si petenti. loquitur iure cõmuni pluribus, quàm alter domi eorũ possidebat. egi cõtra possidẽ tẽ reivẽdicatiõe, de facto qa habebat rei restituẽdæ facultatẽ. l. officiũ.ff. de rei ven. detulit possessor iusiurandũ iurandi meã esse traditam ex hac causa possessionẽ amissi. si possessio pertinet ad deferẽtem iusiurãdum , agã contra eum, dato ꝙ sit dominus : si ad alios dños,nũ: qa dato ꝙ iuramentũ operet cõtra deferentẽ iusiurandũ, quãuis dominũ, nõ tamẽ operabitur cõtra alios,ne iuramen. inter alios. &c. Cogitabitis in hoc intellectu.Carcas sona Sardus.

b ✻Adde ꝙ imò Bar. tenet ꝙ talis stipulatio,vel,pmissio nõ me obliget,qn posim ante declarationẽ reuocare, per l.si qs iusiurãdum. C.dere. cre. vbi delatio iurisiurãdi facta in iudicio põt reuocari: & tamẽ qa erat in iudicio, habebat vim stipulatiõis. l.cũ ostẽdim.✻§.fi. ff.de fideiuss.tutor post declationem vero posset reduci ad arbitriũ boni viri:vt ibi ꝙ Bar. Carcas.Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Et iuramẽtum. Adde idem tenentẽ Fel.in c.querelã. circa fi.ij. col. de iureiur.& in c. a preterea.de spon. in iiij. col.& do. Alexand.de Imo. in l.ij. §.dato. in fin. de iureiuran. vbi idem dicit, quãdo promissio facta sit sub periculo animæ promittentis, quòd obligat,secũdùm Angel.

b ¶ Proferre. Adde quòd secundùm Ambrosium,vt refert,& sequit̃ do. Barth. Soci. cõsi. cij. incip. in præsenti.circa medi. ij.col. j.ptis, blasphemia est,quoties alicui attribuitur, quod ei non conuenit.

quando quis iurauit,habet etiam locum,si non interuenerit iuramentum, sed fidei præstatio.
54 Et † hoc quia secundùm eos,à pari procedunt præstatio fidei,& iuramentum [a] : vt est text. no.in c.ad aures.extra quod me.causa.Et idem ante eos tenet in terminis glo. multùm signanda in c.peruenit.in glo.fina.in verbo, iuramenti.extra de fideiuss.Ergo idem necessariò dicimus in quęstione nostra. Accedat gl. notabilis in c.penulti.in ver.promisit.extra de iureiur. Ad hanc eandem partem accedat etiam quod singulariter voluit Bart. in l.Lucius.ad fi.ff.de
55 fideiuss.vbi voluit † quòd quãdo fides alicuius, puta testis,est approbata ab vtraq; parte, hoc casu non requiritur iuramentum,imò sibi debet credi sine iuramento. Ergo ita dicemus in casu nostro.Non ob.arg.Io.Fab.propter quod ipse tenebat contrarium, dum dicebat ꝙ iura ciuilia multùm ponderant iuramentum plus, quàm simplicem locutionẽ,siue fidem: quia dico quòd imò iura ciuilia in terminis istis ita ponderant conuẽtionem maxima fide subnixam,sicut & iuramentum.Probo vltra ea,quę suprà adducta sunt.Nam quando delatum est iuramentum:certè si illud remittatur à parte, & sic non iuretur, perinde est quantùm ad actionem,& cætera remedia de quibus in terminis nostris, ac si iuratum esset:quia ita competunt remedia, prout s̃.dixi latè super glossella penul.in verb.iurauerit.Ecce ergo quòd quando non iuratur, sed remittitur à parte iuramentum: quòd propter confidentiã partis ita cõpetant remedia iuramenti, sicut si esset iuratum:ergo idẽ dicemus in terminis nostris.† Concludo ergo contra Ioan.Fab.quãuis nõ inueniã ab alio firmatum, ꝙ si pars in iudicio dicat se credere fidei alterius partis, ꝙ omnia remedia agẽdi,& excipiendi ita competunt, sicut si esset iuratũ. Et credo ꝙ alibi nõ inuenies istum passum hoc modo examinatum. Istud tamen limito procedere,quando talis credulitas fuisset à parte acceptata, & secuta fuisset declaratio: aliàs crederem quòd talis conuentio credulitatis reuocari posset sicut delatio iuramenti.l.si quis iusiurãdum.C.de rebus cred.& dixi latè s̃.super glossella parua in ver.iurauerit.Et ita in simili tenet Barto.in l.fi.de præto.stipu. in stipulatione, qua quis promisit stare simplici dicto partis, vt talis promissio ante acceptationem,& declaratione possit reuocari.Et ideo consulerem hoc casu esse adhibendam illam cautelam in accipienda confessim tali confessione credulitatis, prout etiam in iuramento,secundùm quod retuli latius super d.glossella,in ver. iurauerit. ¶ Glo.fi.in verbo,quæritur quam diuidò in tres partes principales.In prima ponit dictum,per quod extenditur text. nostr.In secunda per modum notabilis declarat quotuplex sit iuramentum,& an,& quãdo possit recusari.In tertia disputat referendo opiniones,an ex iuramento oriatur actio in factum,quando super eo lata est sententia.Secunda ibi: & nota quòd hoc sacramentum.Tertia ibi:sed secundùm Placẽtinum ita demum, &c.Prima principalis potest subdiuidi in tres particulas.In prima facit quod dictum est:quia ponit extentionem ad tex.In secunda ponit rationem extentionis.In tertia ponit fallentiam.Secunda ibi: quia sufficit diuina vltio.Tertia ibi: nisi in casibus. Item secũda principalis potest subdiuidi in tres particulas,quemadmodum tres ponuntur species iuramenti. Partes de se patent. Item tertia principalis potest subdiuidi in duas particulas, quemadmodum duæ opiniones in ea recitantur.Partes de se patent. ¶ In ead.glos.ibi: admonendi.& sic ad fi.primæ partis principalis tenetis, † quòd periurium
57 aliter non punitur, nisi diuina vltione.Verùm quia in hoc textu sunt varij,& varias pœnas imponunt,in hoc etiam variant glos. nostræ:idcirco Angelus hìc simpliciter refert octo pœnas,quæ diuersimodè à legibus periuranti imponuntur,quas eodem modo, & ordine ponit Bald.à quo habuit,& didicit in l.ij. C.de reb.cred. Deinde per modum doctrinę quomodo periurus in foro ciuili puniatur,ponit ipse idem Angel.de Aret. vnam valde prolixam distinctionem Salice.in illa l.ij.C.de rebus cred.videatis hìc per eum. tamen Angelus in authen.scenicas. collatione quinta tenet quòd etiam isto casu potest per iudicem extra ordinem puniri. Nec ob. secundùm eum text.in d.l.ij.dum dicit solum Deum vltorem habet.quod intelligitur quo ad hoc vt ordinariè puniri possit. Ego tamen in hoc pũcto,an,& quomodo periurus puniatur, omissa tam longa phylacteria,prout est distinctio illa Salic.per Ange.hìc simpliciter citata,paucis ita concludo, & distinguo.† Aliquando quis
58 iurat per sacramenta prohibita,& scelerata puta per viscera Christi,vel capillos,aut caput Dei,& similia:& istud appellatur propriè blasphemia,siue blasphemare Deum:& talis Blasphemia,siue verum dicat,siue falsum,punitur vltimo supplicio:& sic talis blasphemans de iure cõmuni debet decapitari:quia tales blasphemiæ tendunt in contemptum Christi,& fidei nostræ. Casus est in §.j. &
59 fi.in authen.vt non luxu.contra natu.col.vj.† Item potest conueniri ciuiliter ad satisfactionem damni:ar.l.qui nomine.ff.de fal.secundùm Paul.& Io.An.in c.j.de cri fal.in tantũ, ꝙ dixit alibi Bal.
60 in l.accusationẽ.in iij.col.versi.idem dico.in bonis lec.C.qui accu. non pos.† ꝙ iurare per mẽbra pudibũda Christi, est species hæresis.Alibi dicit Bal.in l.vnica.C.si quis Impe.maledixe.ꝙ idẽ est maledicere Deum,& eum blasphemare: siue de eo verba pudibunda
b proferre.[b] Dicunt tamẽ doct.vt Petr.Cy.Bal.& Salice.in d.l.ij. &
61 Ange.de Are.hìc,† ꝙ ea,quæ dicta sunt de blasphemia capitaliter punienda,habent locum,& procedunt in his tantùm, qui habent ex consuetudine facere huiusmodi blasphemationes. Et istud est, quod vult text.in d.§.j.& fi.Et istud,quod voluit Bald.in l.ij. post
62 gl.C.ad leg.Iul.maiest.vbi per hoc etiam notabiliter subdit † quòd illa pœna blasphemantium non habet locum in eo, qui temerariè blasphemauit.vbi autẽ quis non haberet ex consuetudine blasphemare,& blasphemaret,hoc casu non esset ita atrociter puniendus, sed pro arbitrio iudicis:puta quia ponendus esset ad catenam, secundùm præfatos doct.maximè Cynus & Baldus in d.l.ij. & Ang. hìc. ¶ Et aduertite diligenter,quia dicebant multùm signanter Pe. & Cy.in illa l.ij.quòd binus,vel trinus actus hoc casu consuetudi-
63 nem non induceret.† Et istud etiam placet Salic.ibi,& Angel.hìc: quia ex lubrico linguæ hoc cõsistit. Aliquãdo quis,nõ blasphemat, sed iurat,& periurat,& tunc aut calore iracũdiæ:& solum Deum vltorem habet:vt d.l.quicquid calore.ff.de reg.iur.& d.l.ij.in gl.fi. C.de rebus cred.facit l.j.C.si quis Impera.maled. Aliquando quis iurat deliberatè & periurat:& tunc aut tale periurium nõ respicit interesse, aut damnum alterius: & solum Deum vltorem habet. Puta,si quis iuraret non comedere carnes.d.l.ij. & ibi glos.j. & ibi Bald.& glos.in l. Lucius.in ver.debeant.ff.de his qui not.infa. & in istis duobus casibus procedat,& verum dicat glos.hìc. Aut tale periurium respicit damnum,& interesse alterius:& tunc aut est de præterito,vel de præsenti:& tunc punitur crimine stellionatus.l.fi. ff.de crimi.stellio. Aut erat iuramẽtum de futuro ad obligandum: & punitur pœna legis,si quis maior.C.de transact.& ita glos.in d.l. Lucius.in ver.debeant.Ista sunt ex mente scribentium in d.l.ij.C.
64 de rebus credi.prædicta procedunt in parte periurante. ¶ †Qua autem pœna puniatur testis periurans: dicite quòd aut in causa publici, & capitalis iudicij: & puniendus est similitudine supplicij.Casus est in l.j.§.j.ff.ad legẽ Corne.de sica.& Bald.& Sal.in d.l. ij.C. de reb. cre.& per illum not.text.in d.l.j.§.j.no.Bald.in c.j.in princi.de pace tenenda. quòd falsus testis debet puniri illa pœna, quam subiret reus de crimine intento,puta capitis, vel furcarum.
65 ¶ †Illum etiam tex.pro singulari allegat Bald.in c.j.§.iniuria.in fi.de pace iura.fir. quòd testis falsus in causa homicidij punietur tanquam homicida.Aut verò testis fuit periurus in aliis causis: & tunc punitur lege Cornelia.de falsis.l.j.in princip.ff.ad legem Cor neliam de fal.secũdùm Bal.& Sal.in d.l.ij.& Ang.hìc. De quo etiã per Bald.in l.presbyteri.in ij.col.C.de epi.& cle.& latè per Ang. in repe.l.j.C.de sica.Et vltra ista de pœna testis falsi, siue periuri, videte tex.& ibi gl.notabilẽ in c.j.de crimine falsi.in gl.j.& ij.& glos.
66 in c.querelã.in ver.Crimine periurij. extra de iureiur. ¶ †Vnum etiã in prædictis notate ꝙ vbicunq; dictũ est s̃.quẽ puniri de periurio

iurio, in eisdem casibus quis incurrit infamiam. Ita habetis gloss.
a no.in d.l.Lucius.in ver.debeant.& ibi Bart. [a] ⁂ & Bal. traditur per scribentes in l.si quis maior. C. de transact. Et ex hoc sequitur ꝙ repellendus est à testimonio, & à qualibet dignitate.l. quoties.C. de digni.lib.xij.& l.ij. §.miles.& ibi gloss.j.no.ff.de his, qui no. infa. Ita in terminis Bald.& alij in d. l.ij.C. de re. cre.& Ange. de Aret.
67 hìc. Et qualiter formandus sit libellus, † quando agitur contra periurum,vide per Bald.in l.si cum patruo.ad fin.C.com. vtriusq;
68 iudi.Itẽ vide per Lud.in l.si duo patroni. §.fi.ff.de iureiur. ¶ † Aduertite etiam, quòd vbicunq;, ex impedimento iuramenti sequeretur iniustitia,vel propriæ salutis dispendium, vel alterius detrimentum, nunquam tale iuramentum obligat.c.ij. de pac.in vj. Eodem modo vbicunq; peius est iuramentum seruare, quàm non obseruare,secundùm Bal.in l.si ad excludendam.C. de reb. cre.Et istud potest contingere sex notabilibus modis, de quibus ibi per eum:vt si quis iuraret committere homicidium, vel cum iuramento iuraret ligas ad homicidia tendentes: vel si doctorandus iuraret nunquam aduocare sine salario : vel si aliquis iuraret non doctorari,vel non loqui cum aliquo. Et istis casibus, & similibus ibi per Bald.positis dicit signanter Bald.quòd non est necessaria absolutio à iuramento.Et propter has causas tam laici,quàm clerici excusantur à periurio,& à perditione beneficiorum, & dignitatũ. Et hoc reputat bene notabile Bal.vbi s̃.& de eo dicit facere magnum fe-
69 stum Ioan.And.in c.j.de pac.in Nouella. Et,† si bene consydero, & aduerto,Bal.in istis decidit mihi vnum,super quo aliàs multùm dubitaui:nunquid in casibus,in quibus iuramentum non est obligatorium,vt quia fit contra bonos mores, tamen si iurans, illud non obseruat,efficiatur periurus.Bal.vbi s̃.videtur decidere quòd non.Aliter,& contrarium tenuit summæ authoritatis Ioan. And. in regula,quod semel.de reg.iur.in vj.in Mercu.vbi voluit quòd si quis fecerit testamentum, & iurauerit illud non mutare, vel non reuocare:ecce qualiter iuramentum hoc,est contra bonos mores, quia aufert liberam testandi facultatem.l.stipulatio hoc modo concepta.cum s.ff. de verb. oblig. quòd quamuis non obstante iuramento,posset aliud testamentum facere,& valeat secundum testamentum, nihilominus si faciat, est periurus. Et hoc dicit probari per capitulum primum de sponsa duo. Est verum ꝙ in hoc, scilicet ꝙ efficiatur periurus,eum repræhendit Bart.in l. si quis in principio testamenti.in vlti.col.principij.ff.de leg.iij.& in l. cum duobus. aliàs incipit,si fratres.§.idem respondit.el j.ff.pro socio. Quod vltimum mihi magis placet quod aliter pro nunc nõ discutio,quamuis ipse idem Ioan.And.in c.dilecto filio.extra de præben. generaliter dixerit ꝙ actus,qui sit contra iuramentum teneat, licet faciens
70 sit periurus. ¶ † Et ad prædicta dum dixi de eo, qui iurauit non doctorari, & similia.videte tex.in c.j.quod incipit,archidiaconum Florentinum.lxxxv.di.de eo,qui iurauerat nunquam accedere ad episcopatum.& ibi solennem glo.in ver.sacrosanctis.Videte etiam not.tex.in l.fi.in princ. quæ incipit Imperatores.ff.ad muni.de eo, qui iurauerat ordini decurionum se non interfuturum, & posteà duumuir creatus est.Videte etiam no.text.& moralem in c. innocẽs.xxij.q.iiij.ver.pe.& ibi sunt ista formalia verba:Tunc illicitum est iuramentum, quando id, quod iuratur in sui natura vitiosum est,vel vitam adimens:vt adulterium,homicidium,&c.vel se cum inimico ad pacem non venire, vel indigenti misericorditer non subuenire.Ista,quia perpiscuam habent in se iniustitiam, & si iuramento firmentur,tamen seruari non debent,&c. Videatis per totum illũ tex.& ibi abundanter traditur de prædictis. Ad ista etiam videatis Petr.de Anch.in regula,accessorium.in vj.q.de reg.iur. in
71 vj. vbi tenet † quòd papa non ligatur iuramento, [b] per quod de-
b rogatur suæ potestati. Accedat tex. in c.vbi periculũ.§. cæterum. de elec.in vj.& ibi glo.not.quæ tenet quòd vbi iuramentum fuisset præstitum circa derogandam potestatem papæ, non valeret
72 ipso iure:& imò non est necessaria absolutio,vt s̃.dixi. ¶ † Addite etiam quòd iuramentum inducens solum peccatum veniale, non est seruandum,nec ligat. Quamuis enim obseruatum non vergat in detrimentum salutis æternæ, tamen quia habet in se aliqualem offensam diuini numinis, non ligat.Dictum fuit Archi. in c.ij. de

a ⁂ Aduertas, quia istud non est simpliciter verum,nec Bart.& glo.ita dicunt,vt refert Iaso.quia quandoq; quis punitur de periurio,& non infamatur,vt probatur in l.ij.iuncta l.fi.ff. de crimi.stelliona.ideo dic vt ibi per glo.& Bart.Carcassona Sardus.

b ¶ Iuramento. Adde do. Alex.de Imol. in consi.xxxviij.in iij.parte.& in cõsi.xxxix.in iiij. parte. & sanctum Tho.ij. ij.q. xxxix.art.ix. Et nunquid papa possit super iuramento, vel voto secũmet dispensare: vide Fel.in c.ij.de spõ. in vij. col. versic. tertia declaratio. & ibidẽ in princi. xij.col.vide nunquid possit remittere iuramentum sibi ab Imperatore præstitum.

pact.in vj.quòd dictũ apud Legistas multùm cõmendat,& reputat no.dignũ Bal.in c.j.§.itẽ sacramenta.in vlti.col.de pace iuramento firma manda.¶ †Addite & in prædictis, quod Bald.
73 in authen.ad hæc. in iij.col.C.de vsu. videtur velle quòd in iuramento cõtra publicam vtilitatem requiratur absolutio à iuramento.De quo videte latius per Bald.in l.non dubium. in xv.col.C.de legi.& Innoc.in c.venerabilem.de electio.notabiliter Bald.in l.pactum.in xviij.q.
74 C.de colla. ¶ †Dicit etiam Bal.in ead.l. pactũ. in j.quæst.quòd si filia renuntiauit eum iuramento,metu patris,vel nimia reuerentia,quã-
c uis iuramentum nõ noceat,tamen requiritur
c absolutio à iuramento. [c] ¶ †Notate etiam ꝙ
75 vbi causa est super absolutione,dicitur esse cau-
d sa summaria,[d] secundùm Bald.in authen. ad hæc.in iij.col. ¶ Addite etiam ad prædicta id, quod signanter dixit Bal.in l.nec si volens.per
76 illam l.C.de libe.cau.† quòd si Rex Frãcorum
e faceret aliquam ciuitatem confiteri esse suam, & iurare fidelitatem,cùm sua non sit,quòd talis confessio,& iuramentum nihil penitus valent.Et idem,secundùm eum,in papa,& Impe ratore:quia rediguntur ad instar tyrãni: vt ibi
77 latius per eum.† An etiam si quis iurauerit se
e seruare quod in statuto cõtinetur, [e] & posteà statutum cassetur, an liberetur à iuramento: videte Ioan.Andr.in c.j.de his,quæ fiunt à maiori parte capituli.in Nouella.& Bald.in j.cõstitutione feudorum.& Ioan.de Lig.& Innoc. f
in c.cõstitutus. extra de rescrip. ¶ Addite etiã prædictis quod multùm signãter voluit Ioan. And.post Hostiẽ.in c.relatum.extra ne clerici
78 vel monachi.† quòd si in aliqua regula continentur aliqua facienda à religiosis, & apponatur certa pœna, puta ieiunium: quòd religiosi contrauenientes,licet iurauerint seruare regulam,non tamen incurrũt periurium,nec peccatum mortale: quia intentio condentis regulam videtur limitasse suum præceptum quo ad illam pœnam.Et hoc est bene notandum propter scholares,† qui iurãt seruare statuta, quæ
79 statuta dicunt aliquid fieri,vel nõ fieri sub certa pœna.⁂ [f] ¶ An autem necessitas excusat à
f periurio,habetis text.in c.querelam.& ibi glos. notabilem in ver.necessitatẽ. extra de iureiur.
80 ibidem videte per Canonistas. ¶ † Et an si aliquis iurauit non iurare & producitur in testẽ, an possit compelli per iudicem vt iuret:videte Specu.in titu.de testi.§. postquam.ver.quid si. tenentem quòd sic:quia in omni iuramento g videtur semper excepta authoritas superioris. Et idem tenet Ioan.Andr.in c.quia pleriq;. de offi.ordi.in vj.& idem tenet Ludo. Ro. in sua repeti.rub.ff.de arbi.vbi dicit hanc q. non esse tactã inter Iuristas,sed solũ à se in loco suprà scripto. Ego pro hac decisione allego in terminis solennẽ gl. in c. cõstitutus.in ver.iuramẽto.extra de rescrip.& tex.in c.veniẽtes.& ibi gl.in ver. superioris.extra de iureiu.bene facit l.fi.in prin ff.ad municip. ¶ †Et quid si quis iurauerit non fideiubere pro aliquo,an teneat iuramẽtum,
g & impediat contractum fideiussionis, [g] & eius validitatem:videte

c ¶ Absolutio à iuramento. Vide Feli. in c.fi verò.de iureiuran.

d ¶ Summaria. Ad de Felin.in c.j.de iureiu.in fi.& in e. præterea. de spõ. in ix.col.

e ⁂ Cõtinet. Et adde quòd iuramẽtum aliud est de seruandis statutis,& aliud est de seruandis contentis in statutis; vt per Felin. in c.cũ venerabilis. col.vj. ver. tribus modis limitatur.circa princip.de exceptio.

f ⁂ Adde quòd & si notandum sit hoc dictum propter authoritatem Hostien.& Ioan. Andreæ & Iaso. mihi tamen dubium videtur, & est iudicio meo, contra tex.in l.si quis maior.C. de trãsactio. vbi partes in contractu in rato apposuerit pœnam in casum cõtrauentionis, & nihilò minus contraueniens punitur tanquam periurus, & soluit pœnam contractui incertam: & sic appositio, & solutio pœnæ non tollit periurium. cogitabitis.Carcassona Sardus.

g ¶ Fideiussiõis. Vide Feli.in c.fi verò pòst prin.ij.col. ibi:itẽ vergit palo pòst.de iureiu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Iuramento. Vide Feli. in c. cùm super. in iij. col. de officio delega.

b ✱ Iudicas ciarius dictum Bal. in d. auth. sed nouo iure. col. fi. quam Iason referat, ꝙ in casibus in quibus à lege vel ab homine, requirit ꝙ non possit aliter res gesta, pbari, quàm per scripturā, nō cogetur quis neq; iurare neque iuramētum referre: quia est alia species probationis. Et ibi ipse enumerat aliquos casus, in quibus probatio debet fieri per scripturam. Carcassona Sardus.

c ✱ Et adde ꝙ Bart. notab. i. l. nō erit. §. fi. ff. de iureiur. inquit ꝙ etiā post acceptatum iuramentum, si superueniat deferenti facultas probandi, erit iusta causa reuocādi delationem, per d. l. si quis iusiurādum.

• C. de rebus credi. Sardus.

Ol. dr. in consi. suo cxxx. & quod no. Archid. in c. non est. xxij. q. j. ¶ Et notate istud singulare dictum Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de iureiur. in rubr. quòd si aliquis iurauit non fideiubere pro aliquo, & proximus eius est in magno periculo constitutus, nisi pro eo fideiubeat, ꝙ nō obstāte iuramento tenetur, & debet pro eo fideiubere. ¶ † Quæ autē cōditiones, siue clausulę tacitè subintelligātur in iuramēto, [a] vide notabiliter, & plenè Bal. in l. fi. C. de nō numer. pecu. de quibus etiam per Innoc. in c. quēadmodum. extra de iureiur. & in cædebitores. in eod. titu. ¶ In ead. gl. ibi: vt ff. eod. l. manifestæ. & sic ad fi. secundæ partis principalis tenetis ꝙ l. manifestę turpitudinis. est hodie correcta per l. generaliter. §. sinautē. & consequēter tenetis † ꝙ hodie iuramentum iudiciale potest recusari. & idem tenet glo. in d. l. manifestæ. & idem etiam visa est tenere in d. §. sinautem. in gl. in verbo, recusare. Vos dicite melius, secundùm Io. Fab. hîc, & sequitur etiā Ang. de Are. quòd hodie nihil corrigitur: & cōsequenter quòd illa l. generaliter. §. sinautē. non corrigit iura antiqua, sed ea declarat hoc modo: Nam delationē iuramenti factam à parte parti in iudicio, iudice approbante, non potest pars recusare. Verum est, sine causa: sed ex iusta causa bene potest recusare. Et ita loquitur l. generaliter. §. sinautem. vnde illa l. non corrigit, sed declarat. Et ꝙ nihil corrigat, dicitur apertè ibi in tex. ad fi. illius legis. Et ita etiam tenet Bart. & cōmuniter alij in d. l. manifestæ. & Bald. in d. l. generaliter.

84 in princip. ¶ † Quæ autem sint iustæ causæ, ex quibus possit iuramentum recusari, videatis Bart. qui plures enumerat. in d. l. manifestæ. & Bal. in d. l. generaliter. §. j. ad fi. Inter cæteras vnam potissimè mandat hîc Ange. perpetuò notari, quam dicit eo anno se in practica vidisse, quando emptor conuenitur: & se ideo defendit, vt sibi actionem de euictione paret. Certè si sibi deferatur iuramētum, potest illud licitè recusare, ne perdat actionem de euictione contra principalem, & authorem suum: quia si res desideretur per iuramentum, non habet actionem de euictione contra principalem. arg. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. Et idem etiam in terminis tenet Nicolaus de Neapoli hîc post suum Rodul. de Auri. in iij. quæst. extra glo. in materia actionis in factum. Vos [b] ✱ autem addite ad causas enumeratas per Bar. vbi s. quòd in casibus, in quibus non potest fieri probatio, nisi per iuramentum, ista erit iusta causa recusandi iuramentum: & ille, cui isto casu defertur, non tenetur iurare, nec referre. Istud est, quod signanter voluit Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cer. peta. in vlti. col. in ver. sed nunquid hoc casu poterit fieri probatio per sacramenti delationē motus per l. in cōtractibus. §. illo. C. de non

85 nume. pecu. ¶ † Item addite quòd vbi delictū, de quo quæritur, nō cadit in scientiam eius, cui defertur, sicut in scientiam eius, qui defert, vel refert: quod est, quando deferens scit veritatē, ille verò, cui defertur, potest probabiliter dubitare: ista est iusta causa recusationis iuramenti: puta, si agā cōtra te actione furti, asserens te furtum cōmisisse, & tu defers mihi iuramentum, ꝙ iurem an esses fur: certè possum recusare. Secus si sciētia æqualiter caderet in vtroq;: puta, quando quis fuisset verberatus. De istis est casus not. in l. Marcellus. §. fi. & l. seq. & seq. ff. re. amota. & ibi in terminis Bart. iuncta l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. & ibi not. Bar. & idem Bar. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iureiur. & idem

86 Bar. in l. illa, manifestæ. sed non ita clarè. ¶ † Item addite, & perpetuò notate, quòd si ille, cui defertur iuramentū, iam probauit, vel etiā offert se probaturū: ista est iusta causa recusandi iuramētum. Tex. est de hoc multū not. & peregrinus in c. ij. extra de proba. & ibi per Io. And. & alios. Imò plus tex. ibi not. reprobat cōsuetudinem, quæ erat in contrarium. Item addite, & vltimò, aliam iustam causam recusandi iuramentum, quam ponit text. in l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. quando aliquis detulit iuramentū, & ante acceptationem reuocauit, asserens se velle probare: si posteà deficiat in probationibus, & velit iuramentum deferre, poterit licitè recusare. [c] ✱ ¶ In fi. glo. hanc gl. approbant simpliciter docto. vt hîc Io. Fab. & Ang. de Are. dicētes omnes doc. ita tenere. Et idem etiam tenet glo. in l. j. in glo. j. C. de reb. cre. & simpliciter ibi sequitur Bart. Vos videte latiùs Bart. in l. nam posteà. §. fi. ff. de iureiur. post glo. ibi, & antiquos. & idem tenet Bald. post antiquos in d. l. j. C. de reb. cred. ¶ Extra glos. vt obseruem quod s. pollicitus sum in

87 notabilibus, in vltimo effectu iuramenti: † quæro an iuramentum habeat executionem paratam, sicut sententia Bart. singulariter, de quo etiam s. feceram mentionem, in l. ij. ad fi. ff. de iureiuran. refert quòd sic, per l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. Et ideo dicit Bart. se putare ꝙ si in fine instrumenti confecti de aliquo contractu apponeretur illa clausula, Et quia de prædictis posset in futurum dubitari: & nunc dictus promissor detulit dicto stipulatori iuramentum: qui stipulator statim sibi delato iuramento iurauit se debere recipere, puta dicta mille promissa ex causa mutui. Certè tunc tale instrumentum etiam de iure communi, mandaretur executioni, & haberet executionem paratam virtute dicti iuramenti. Et dicit Bartolus se mirari quòd consuetudo hunc modum, & hanc cautelam non adinuenerit. Angel. de Aret. hîc dicit, quòd quamuis omnes doct. sequantur hîc Bart. quòd tamen ipse de eo dubitabat: quia non interuenit iudicis authoritas comprobantis iuramenti delationem, iuxta l. si quis iusiurādum. C. de reb. cred. Dicit etiam quòd dictum Bart. potest saluari, si addimus verbis Bart. quòd notarius, qui dictum instrumētum confecit, approbauit dictam delationem iuramenti, & eius acceptationem, qui est tanquam iudex chartularius: de quo mentionem facit gl. in l. j. in glos. ij. & ibi doct. ff. de iudi. Et secundùm eum approbatio & confirmatio dicti notarij rogati de dicto instrumento operabitur perinde, ac si dictum iuramētum delatum fuisset in iudicio coram iudice. Et ita, secundùm eum, no. Bar. in l. possessio quoq;. §. & si possessio. ff. de acquirend. posses. in l. nō fatetur. in fi. ff. de cōfes. & in l. error. C. de iur. & fac. igno. Istud argu. Angel. in iudicio meo, est fragile, ita quòd eius saluatio, & suppletio ad Bar. non est necessaria. Nam prętendit Ang. de Are. quòd ad hoc vt iuramentum habeat executionem paratam, requiratur necessariò quòd interueniat authoritas iudicis comprobātis dictam delationem iuramenti: quòd nullibi probatur, aut requiritur: & illa lex si quis iusiurandum. allegata per Ang. nihil facit in proposito, nec habet aliquod minimum verbū, quod conferat ad præsens propositum. Sed vltra eum ego addo l. al. in l. j. C. de reb. cred. referentem istud dictum Bart. & dicentem quòd ista est vna singularis opi. eam tamē postmodum ipse reprehendit, sed per verba multùm obscura, & intricata. Paul. de Castr. in l. post rem iudicatā. ff. de re iudi. refert Bal. vbi s. tenere contra Bar. & eū declarat, & dicit moueri hac ratione: quia iuramentum non habet executionē, nisi quando est dubij decisiuum. de quo loquitur titu. de iureiu. Sed in casu isto tēpore cōtractus nō erat ortū aliquod dubium: ergo tale iuramentū nō potest dici litis decisiuum: quod nō dicitur. nisi orto dubio, & per cōsequens nō habebit executionem paratā. Requiritur ergo, secūdùm eundē Bal. ꝙ tale iuramentū deferatur ex post facto, ad hoc vt habeat executionē. Dicit tamē sibi plus placere opi. Bar. & idem etiā dicit ipse Paul. de Castr. in l. nam posteà. §. fi. ff. de iureiu. Mihi autem videtur quòd verba Bald. & eius ratio aliud plus velint, quàm referat Paul. & videre meo, Bal. ita arguit, Ad hoc vt iuramentum habeat executionem paratam, necesse esse alterū duorū, vel quod iuramentū sit litis decisiuū, vel sit de debito, & sic de eo, quod sibi verè debeatur: sed ante, quàm cōtractus sit absolutus à partibus, quod tunc demū est, perfecto in totū, & in totū absoluto instrumento: vt l. cōtractus. C. de fide instru. nihil debetur: nec est actio nata, sed est nascens: & sic est præteriti imperfecti. Et si iuramentum nō est de debito, itē nō est litis decisiuum: ergo cùm tale iuramentum non sit verū, nec litis decisiuum non habebit executionem paratam. Et ideo subdit ipse Bal.

quòd

quòd vbi iuraretur seorsum, absoluto iam cōtractu, quòd tunc vera esset opi. Bart. ꝙ iuramentū haberet executionem paratā. Istud fundamentū Bal. quomodocūq; intellectū, iudicio meo, nihil valet in aliqua sui parte: & potius firmatur & fundatur authoritate sua, quàm vllis legibus, aut rationibus. Et dum dicit in prima parte argumenti sui, ꝙ ad hoc vt iuramentum habeat executionem paratam, requiritur, vel ꝙ sit litis decisiuum, vel &c. Certè nō inuenio legem ita restringentē, nec ipse allegat: sed fortius, si verum esset, ꝙ iuramentū ad hoc vt habeat executionē paratā, ꝙ requireretur quòd esset litis decisiuum, sequeretur ꝙ etiā si iuraretur seorsum, absoluto iam contractu, quo casu nō esset litis decisiuum, etiā tunc non haberet executionem paratā. Cuius contrariū ipse tamen tenet: quāuis posset dici, ꝙ licet tunc non sit litis decisiuum, est tamē super debito, vt j. statim subiiciam. Sed non eundo per hæc mendicata suffragia, respōdeo aliter, & in formā, posito etiā ꝙ verum sit, quòd ad hoc vt iuramentū habeat executionē, necessariū sit quòd iuramentū sit litis decisiuum, quod non est hîc: respondeo, ꝙ quāuis de præsenti non sit litis decisiuum, quia tamē in futurū potest subesse lis, quę hoc iuramento decidetur, sufficit. Probo per optimum simile. Nam trāsactio debet fieri de re dubia, & lite incerta. l. j. ff. de transac. & tamē satis est ꝙ lis subesse possit: vt est tex. no. in l. post rem iudicatā. nō dico l. & post rē. in ver. quia adhuc lis subesse possit. ff. de transac. & tex. not. in l. ij. C. de trāsac. in versi. & si nulla fuisset quęstio, tamen propter timorē litis, &c. Ergo ita dicemus in proposito nostro. Nō obstat secūda pars argumēti. Bald. dū dicebat quòd requiritur ꝙ iuramētum sit de eo, quod verè debeatur. Istud est falsum, cùm in iuramēto nō quęratur an sit debitum, necne: vt hoc tex, cū si. Apparet ergo ꝙ fundamentū Bal. cōtra Bar. nō valet vnam fabā. Consyderabā tamē etiā si Bal. vellet se fundare per d. l. cōtractus. C. de fi. instr. hoc modo. Nam quādo de cōtractu sit instrumentū, nunquā cōtractus dicitur esse perfectus, nisi perfecto, & absoluto ipso instrumento, & partibus lecto: & anteà nulli ius quæritur: & antè semper admittitur pœnitentia partiū. Ita est tex. multùm signandus in d. l. contractus. & ibi Bart. & alij. Ergo si antè, quàm instrumentū sit perfectū, & absolutū, iuramentum sit interpositū, nihil operabitur, cū anteà nulli ius quęratur. Et si Bal. ita motus est, adhuc nihil obstat fundamentū suum, quòd contractus nunquā dicatur esse perfectus. quod, vt ipse dicit, procedit, quādo partes hoc egerunt ꝙ de contractu fieret instrumentum. Per hoc ergo solùm, ꝙ fiat instrumentū, non sequitur ꝙ contractus fiat in scriptis, ita vt non dicatur perfectus, ita vt quæratur ius ante instrumenti perfectionē. Ita est tex. in d. l. contractus. & ibi Bart. expresse in j. no. & glo. solennis in prin. in ver. conficiuntur. s. de contrahen. emp. & maximè cùm in dubio nō præsumatur contractus in scriptis celebrari: vt voluit Bal. in l. cùm res. C. de proba. & Pau. de Ca. in l. qui bis. ff. de verb. obli. Præterea nō esset ponere os in cœlum, quamuis necubi tactum, aut firmatū inuenia, ꝙ etiam quādo actū esset expresse ꝙ contractus fieret in scriptis, & interueniret præstatio iuramenti à parte delati, ꝙ propter iuramentū fortè nō admitteretur pœnitentia, vbi aliās admittitur: per id, quod in simili dixi vobis s. in notabilibus, in viij. effectu iuramenti. Concludo ergo per prædicta, verissimū esse dictū Bar. in d. l. ij. in fi. ff. de iureiur. ꝙ iuramētum habeat executionē paratam de iure communi, sicut & sententia. Et propterea laudo, & consulo quod in fine cuiuslibet instrumenti semper faciatis apponi iuramentū eo modo, quo s. cuius iuramēti virtute instrumentū habebit executionē paratam. Et de hoc puncto vltra prælegata videte etiam Bal. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. in fi. col. cum glo. & in l. nam posteà. §. si petitor. cū l. seq. ff. de iureiur. & in l. post rem. ff. de re iudic.

88 ¶ † Et circa ista tangit etiam Barto. in d. §. si quis iurauerit. in fi. quòd iuramentum de iure cōmuni habet executionē paratam: vt statim vidimus. Pone tamē, vigore iuramēti petis executionem ad rem, quā dicis tibi venditam: an ego possim in executionem sentētiæ excipere de pretio. Et determinat mirabiliter ꝙ non, post Spe. in titu. de executione sententiæ. §. fi. in ver. item quæritur. de quo ibi per eum: & per Spec. in tit. de exce. §. dicto. ver. sed pone petitio. Videte Bal. qui hoc disputat in l. peręptorias. in iij. col. C. sententiam rescindi nō pos. & ibi videtur tenere cōtra Barto. & per Bald. in l. si traditio. C. de act. emp. & in l. si ex prædiis. C. de euic. & per do. Anto. de Butrio, & Imo. in c. cùm Ioannes eremita. extra de fide instru. [a] ✱ ¶ † Restat postremò ad implementū præsentis §. vt videamus qualiter formandus sit libellus in materia iuramenti: & eius formā videte plenè per Spec. in tit. de iureiur. in iiij. parte, secūdùm quod eum refert Nic. de Neap. hîc, in v. q. extra gl. in materia actionis in factum. Et super hoc, vt etiam dicebat, & bene Ioan. Fab. in finalibus verbis præsentis §. non potest dari vera forma: quia multiformiter iurari potest, & nonnunquam formiter, aliquādo informiter, prout s. vidistis in glo. in ver. deberi. Item potest iurari in quacunq; actione, & in omnibus interdictis, & in omni negotio: vt l. iij. §. quacūq;. ff. de iureiur. Cōcludendū est igitur secūdùm naturā actionis, primò facta narratione iuramēti, & secūdùm varietates factorū, oportet cōclusionem variare, cōcludēdo realiter in realibus: in possessoriis, ad possessoriū: in personalibus, secundùm naturā rei, quæ debetur virtute principalis obligationis, & actionis. † Vbi ergo agere-

90 tur actione in factū ex iuramento informiter præstito in personali, forma libelli debet esse talis: Dico cōtra Titiū, ꝙ cùm litigarē cum eo corā tali iudice, & ab eo peterē centū, quæ dicebā mihi deberi, dictus Titius mihi detulit iuramentū, vt iurarem si dicta centū erant mihi debita, iudice dictā delationē iuramēti approbāte: & qualiter ego statim iurauí dicta centū mihi per Titium deberi: iurando per illū modum. per quem mihi delatum fuit iuramentū: quare cùm dictus Titius dicta centū mihi soluere, & præstare deneget, & recuset, peto eum per vos condemnari, & condemnatum iuris remediis compelli ad dicta centū mihi danda,

91 & soluenda. † Vbi verò in ista actione personali iuramentū esset formiter præstitum, quo casu oritur vtilis ex contractu, vt vidimus s. in glo. in ver. deberi. eadem est forma, nisi ꝙ adiicienda est causa, ex qua dicis tibi deberi: & in iuramento informiter præstito, non. Prædicta

92 procedunt in actione personali. † In reali autem qualiter formādus sit libellus, Io. Fab. dicit ꝙ debet petere per sententiam declarari rem ad se pertinere iure dominij: & hoc declarato,

a ✱ Adde ꝙ cōtra Bar. ꝙ imò nō obstante iuramēto posit opponi exceptio pretij non soluti, tenent cōmuniter doctor. & cōtra Bart. est tex. in l. fundus, qui Lucij Titij. in ver. quæsitū. ff. de rescind. vēd. arguendo de sententia ad iuramentū vt s. vidimus. quē tex. ibi ad hoc ponderat Bal. & cōtra Bar. ex mente doctorū facit, ꝙa omnis exceptio, quę nō tendit ad impugnādā sententiā, potest opponi post sententiā, quāuis trāserit in rē iudicatā. gl. Bar. & doc. in l. j. C. de iur. & fac. ignor. tex. est, & ibi Bar. in l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matr. & videbimus in §. sed & si qs. in fi. j. eo. Cùm ergo exceptio pretij non soluti non tendat ad impugnādum iuramentum, poterit post iuramētū opponi. Et cōtra Bart. videtur casus in d. l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiur. per quem tex. Pau. Cast. tenet & bene, contra Bar. refellendo solū. Bar. ad illū text. vltra alios contra Bar. facit, ꝙa iuramentū nō excludit exceptiones procedentes ex natura cōtractus. l. fi. & ibi Bald. C. de non num. pecu. sed ex natura cōtractus est, vt agenti ad rem possit opponi exceptio pretij non soluti: vt l. Iulian⁹. §. offerri. ff. de actio. emp. ergo per iuramētum non excluditur. Item contra Bar. & Spec. u. secundo loco vltra alios argumētor sic: Paria sunt inter personas litigātiū, ꝙ qd ꝙ iuramentū ꝓbetur, vel ꝓ aliud genus ꝓbationis. Casus est, in l. sed & si qs. in fi. j. eo. Cùm ergo exceptio pretij non tendat ad impugnādum iuramentum, poterit post iuramētū opponi. Et cōtra Bart. videtur casus in d. l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiur. per quem tex. Pau. Cast. tenet & bene, contra Bar. refellendo solū. Bar. ad illū text. vltra alios contra Bar. facit, ꝙa iuramentū nō excludit exceptiones procedentes ex natura cōtractus. l. fi. & ibi Bald. C. de non num. pecu. sed ex natura cōtractus est, vt agenti ad rem possit opponi exceptio pretij non soluti: vt l. Iulian⁹. §. offerri. ff. de actio. emp. ergo per iuramētum non excluditur. Item contra Bar. & Spec. u. secundo loco vltra alios argumētor sic: Paria sunt inter personas litigātiū, ꝙ qd ꝙ iuramentū ꝓbetur, vel ꝓ aliud genus ꝓbationis. Casus est, in l. sed & si qs. in fi. j. eo. Cùm ergo exceptio pretij non soluti

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet petere rem restitui sibi domino. Ange. de Are. dicit quòd debet dicere sibi quasi domino: quia prætor non dat directum dominium, sed vtile. §. quos autem. cum similibus. ff. de bo. pos. Prima magis placet: quia hîc non agitur de dominio dato à prætore, sed bene de actione data à prætore propter iuramentum: & ista diuersa sunt. † In Publiciana autem qualiter formandus sit libellus, satis patet, maximè iunctis his, quæ vidimus in glos. in ver. deberi. ad fi. & in specie habetis hîc per Ioan. Fab. & Ange. de Are. quos, si vultis, potestis videre. Et per ista remanet præsens §. solenniter, & multùm vtiliter expeditus.

LAVS DEO.

1 *Actionum pœnalium quot sunt species. 2. & 2.*
4 *Actio in factum descendens ex edicto de calumniatoribus, an post annum sit pœnalis tantùm ex parte actoris, & rei persecutoria ex parte rei conuenti.*
5 *Actiones pœnales ex parte actoris, & rei, quæ sint. 6.*
7 *Album prætoris quid, & quot modis capiatur in iure.*
8 *Vocari in ius qui non possint.*
9 *Vocati in ius, ex quo nolunt venire, quid si ducti sint per familiam, & per vim, vel eorum dolo, ab eius manibus eximantur.*
10 *Titulus, ne quis eum, qui in ius voca. vi exi. & titulus, de eo, per quem fac. erit, qualiter differant.*
11 *Actio pœnalis prætoria contra quos detur.*
12 *Corrumpens edicta in albo prætoris qualiter puniatur.*
13 *Corrumpens libros, vel aliquam scripturam repositam in camera actoris communis, an puniri debeat.*
Corrumpens imagines, & picturas proditorum, & falsariorum, & similium, qualiter puniri debeat. 14.
15 *Arma expulsi de ciuitate propter proditionem, vbicunq; in eius honorem depicta sint, an destrui debeant.*
16 *Scripturis scriptis, vel sculptis in parietibus, vel muro, vel lapidibus, vel columna an credatur.*
17 *Veniam de in ius vocando patronum, vel parentem, an solùm petere sufficiat, etiam si non impetretur.*
18 *Mandans committi maleficium an puniatur, sicut committens.*
19 *Actiones pœnales non prætoriæ, sed ciuiles, an sint annales.*
20 *Accusationes ex quacunq; lege, vel edicto descendant, perpetuæ sunt.*
21 *Actione pœnali quando plures tenentur, an vno soluente cæteri liberentur. 22.*
23 *Statutum si disponat quòd si homines de contrata non cœperint malefactorem, puniantur in tantum: an soluente vno cæteri liberentur. 24. 25.*
26 *Solutione vnius ex pluribus delinquentibus, an cæteri liberentur. 27.*
28 *Pœna corrumpentis album prætoris quando locum habeat. 29.*
30 *Processum alicuius surripiens, qua pœna puniatur. 31.*
32 *Corrumpens tabulas publicas qua pœna puniatur.*
33 *Corrumpens vel lacerans vel surripiens scripturas, vel instrumenta aliena, qua pœna puniatur. 34.*
35 *Abradens literas ex instrumento, qua pœna puniatur.*
36 *Aperiens literas alienas, & eas aduersario mittentis ostendens, qua pœna puniatur. 37.*
38 *Literas non restituens ei, qui restituere mandatum susceperat, in quod delictum incidat.*
39 *Pœna l. si quis id, quod. alleg. in glo. cui applicetur.*
40 *Actione populari agens post lit. cõtest. pro creditore haberi præsumitur.*
41 *Subtilitas nimia interdum hominem pernicioso errare facit.*
42 *Libellus in materia corrũpentiũ album prætoris, qualiter formandus sit.*
43 *Pœnam pecuniariam quòd qui soluere non possit, luat in corpus, quando procedat, & seq.*
45 *Pœna quælibet corporis, maior est quacunq; pecuniaria.*
48 *Pœnam pecuniariam si quis soluere condemnetur cum hoc, quòd si intra mensem non soluerit, sibi pes, vel manus amputetur. an hoc non obstante inuito condemnato, & mense elapso, iudex facere poterit quòd pecuniariam soluat.*
52 *Vocari in ius an possit pater adoptiuus, & an, & per quem filium pater naturalis tantùm. 5, 6, 60. cum seq.*
54 *Parentis verbũ de propria significatione ad quem gradum extendatur.*
55 *Extensio in materia exorbitante fit ad casum proprium, & improprium significatum, causa honestatis seruandæ.*
57 *Parentum appellatione an comprehendantur naturales tantùm. 8.*
59 *Filius occidens patrem naturalem tantùm an puniatur pœna legis Pompeiæ de parricidijs. 60.*
63 *Natus ex patre duas concubinas tenente, an ei succedat.*
64 *Pater spiritualis an possit in ius vocari sine venia.*
65 *Pater spiritualis ita diligendus est, sicut pater naturalis.*
66 *Cognatio spiritualis est maior quàm carnalis.*
67 *Mulier an occisores compatris sui accusare possit.*
68 *Compater an possit esse testis pro eo, quem leuauit de sacro fonte.*
69 *Defensor ciuitatis an possit per aliquem ex ciuibus in ius vocari sine venia. & nu. seq.*
83 *Accusare patrem, vel patronum an liberto, & filio permittatur.*
84 *Libelli oblatio facta solum iudici an vim citationis habeat.*
85 *Pœna, si vocatus in ius non comparuit, an committatur.*
86 *Pœna an locum habeat in omnibus personis, quæ prohibentur in ius vocari sine venia.*
87 *Veniæ impetratio an filiosa. agẽti in castrẽsibus vel quasi, sit necessaria.*
88 *Pater in casibus, in quibus ei vsusfructus non quæritur, an filio agenti consentire teneatur.*
89 *Iurare de calumnia an debeat pater, vel filius. 90.*
91 *Libellus in materia vocantium patrem, vel patronum in ius sine venia, qualiter sit formandus.*
92 *Actio in factũ ex edicto, ne quis eũ, &c. quare dicatur mere pœnalis. 93.*
94 *Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei non venit iure actionis, sed officio iudicis.*
95 *Actio pœnalis an ad vindictam dari dicatur.*
96 *Damnum, est diminutio patrimonij, & sic rei familiaris.*
97 *Actio in factum ex edicto, ne quis eum an sit merè pœna. 98.*
99 *Iuramentum in litem, an detur contra eximentem debitorem fisci.*
100 *Indicium capit vires à vocatione in ius, quæ præcedere debet.*
101 *Argumentum ab ordine titulorum validum est in iure.*
102 *Eximens captum à manibus familiæ tenetur.*
103 *Debitor si per aliquem occultetur, ne capiatur, qualiter occultãs teneatur.*
104 *Eximens carceratum à carceribus qualiter teneatur. & seq.*
110 *Præscriptionis interruptio qualiter differat à perpetuatione actionis. 111.*
112 *Actionis perpetuatio an extendatur ad xl. annos.*
113 *Statutum quòd debitum post decẽ annos peti non possit, an si per lit. conte. interrupta fuerit præscriptio, intelligatur perpetuare præscriptionem inductam à statuto. 115.*
114 *Actio rescissoria an per litis conte. perpetuetur.*
116 *Præscriptio decennalis per statutum inducta, sapit naturam præscriptionis anno triginta.*
117 *Lex arctans regulatur secundùm legem arctatam.*
118 *Actionis perpetuatio an fiat per solam conuentionem.*
119 *Præscriptio an per denũtiationem extraiudicialem factam à parte interrumpatur. 120.*
121 *Præscriptio an per solam citationem interrumpatur.*
122 *Præscriptionum quot sint species. 126.*
127 *Præscriptio statutaria qualiter interrumpatur.*
128 *Præscriptio in criminalibus qualiter interrumpatur.*
129 *Præscriptio an interrumpatur per citationem.*
130 *Præscriptio an interrumpatur per citationem circunductam.*
131 *Præscriptio per citationem nullam non interrumpitur.*
132 *Præscriptio an per libellum malè conceptum interrumpatur.*
d ¶ Liberorum. Vide dominū Alex. de Imol. in consil. quamuis in contrariū faciat quod voluit Bal. in l. cùm scit. ff. de sepul. viola. vbi dicit † istam regulam habere locum, etiam si reus totā pœnam pecuniariam soluere posset, excepto vno nummo: ar. l. v. §. si Sortem. ff. de verb. obl. primum verius, & æquius est. ¶ In ea. gl. ibi: idem fortè in filio. dicite quòd idem sensit gl. in d. l. fi. in gl. j. ff. de in ius voc. per tex. in §. fin. j. de pœ. teme. liti. ¶ In fi. glo. bene dicit: & ratio ponitur in d. l. venia. C. de in ius voc. ¶ Glo. in ver. patronum. diuiditur in quatuor partes, quemadmodum quatuor principalia dicta in ea ponuntur. Secunda ibi: item filios. Tertia ibi: & accipe hîc patronū. Quarta ibi: item liberos patroni. ¶ In gl. bene dicit. † An autē illud, quod dicitur in fi. huius gl. de patre adoptiuo, quòd nō posit in ius vocari sine venia, sit hodie correctum per l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. & §. sed hodie. s. de adop. in hoc sunt opi. & eas recitat glo. in l. adoptiuum. in prin. in ver. pecuium. ff. de in ius voc. magis communiter tenetur opi. Pla. quòd non sit hodie correctū: quāuis Io. Fab. simpliciter teneat cum opi. contraria Azo. de quo etiam per glo. in l. senatoris filium. in ver. adoptiuum. ff. de sena. per gl. in d. l. cùm in adoptiuis. circa medium illius in ver. tautummodo. ¶ Gl. in ver. vel parentē. diuiditur in duas partes, prout duo dicta ponit. Secunda ibi: itē non refert. ¶ † In eadem glos. ibi: matrem & fœminā. Et sic nec patrem, nec matrem. Adde hoc esse verum, etiā si mater esset meretrix, d. l. iiij. §. fi. cum l. seq. ff. de in ius vo. ¶ In ea. glo. ibi: & vsq; in infinitum. Et rationē dicunt esse doc. hîc, vt Dy. Iac. But. Ioan. Fab. Nico. de Neap. in iiij. oppo. glo. † quòd licet de propria significatione vocabuli verbū Parentes, [a] extendatur vsq; ad tritauum. l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. tamen quia iste casus est fauorabilis, fit extēsio. [b] ✱ Adde quòd aliam rationem sentit text. cum glos. in ver. in infinitum. & colligit notabilem regulam Ang. † quòd in materia quātūcunq; exorbitante fit extensio ad casum proprium, & ad impropriū significatum, causa honestatis seruandę. Quod reputat ipse multùm not. Facit l. filium habeo. ff. ad Macedo. Circa quod vide in materia plenè per Ioan. de Imo. & alios repetentes in l. si verò, §. de viro. ff. solu. matri. ¶ In fi. gl. Habes † quòd filius sub pœna prohibetur vocare in ius nedum parentē legitimum, & naturalem, sed & naturalem tantùm. Et pro hoc est tex. in l. parentes. iuncta gl. ff. de in ius vocan. Et ibi di cunt Gul. de Cu. & Bal. † quòd in prouisionibus ordinatis à natura, vel quasi, vt est ius alendi, & ius honorandi parētes, & similia, iuxta l. honori. ff. de obse. lib. & in l. ij. C. de in ius voc. appellatione parentum, vel filiorū, cōprehenduntur etiam naturales tantùm. [c] Quod etiā sequitur simpliciter Ang. hîc. † De hoc tamen puncto, an, & quādo in dispositione legali, vel statutaria, vel in vltimis voluntatibus, vel contractibus, siue priuilegiis, appellatione liberorum, [d] vel parentum, comprehendantur naturales tantùm, vide etiam Cyn. & Bal. in l. libertinum. C. de interdi. mat. per Bald. & alios in l. quia semper. de in ius vocan. per Bart. in l. ij. ff. de accu. per Bar. latē, & ibi latiùs per Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. per Bart. Bal. & alios in l. generaliter. §. cùm autem. C. de insti. & substi. sub condi. fac. per Io. And. in addi. Spec. in rub. qui filij sint legi. per Bal. in l. cùm pater. §. volo. ff. de leg. ij. & in l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. & in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & in c. naturales. si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. & in l. si qua illustris. C. ad Orfi. & in l. ij. in prin. ff. de excu. tut. & in lege Iulia. §. j. per illū text. ff. de ritu nup. & in l. id, quod pauperibus. in x. col. C. de episc. & cleri. & in l. ij. C. de suc. edi. & in rub. C. de priui. do. in prin. & in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. per do. Ant. latissimè in c. per venerabilem. extra qui filij sint leg. per Pet. de Ancha. in c. vbicunq;. de pœnis. in vj. in repe. c. canonum statuta. post mediū. extra de consti. per Imo. in l. Lucius. §. fin. ff. de leg. ij. per Panor. in c. in præsentia. extra de proba. † Et an filius qui occidit patrem naturalem tantùm, puniatur pœna legis Pompeiæ de parricidiis, sicut si occidisset naturalem, & legitimum: vide Bart. & Bal. determinātes quòd sic, in d. l. quia semper. per illum text. ff. de in ius voc. Et idem tenet Cyn. & Bal. in l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. & Bal. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & in d. l. Lucius. §. fi. & ibi Imo. ff. de leg. ij. & Bald. in d. c. naturales. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. & in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & in c. per tuas. extra de proba. & in c. nōnulli. extra de rescriptis. & Imo. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. per tex. in l. hos accusare. §. item nec lex Pompeia de parricidiis. ff. de accu. sa cit l. adoptiuus. §. j. ff. de ri. nupt. & omnino vide Imol. in d. l. Lucius. §. fi. † prædictam determinationē singulariter limitantem nō procedere in spurio nato ex tali damnato coitu, qui posset criminaliter accusari, puta ex incestu: vt ibi per eum. & j. dicam in simili. [e] ✱ Prædicta conclusio gl. & communis, quæ habet quòd filius non potest vocare in ius etiam patrem naturalem tantùm sine venia, limitatur multùm singulariter non procedere in filio nato ex incestuoso coitu: vt est glo. sing. & vnica in d. l. quia semper. ff. de in ius vo. quam etiam pro singulari allegat Ange. hîc, & dicit quòd eam omnes doct. sequuntur: subiiciens idem intelligendum esse in quolibet damnato coitu, qui posset criminaliter accusari, secundùm quod declarat Barto. in l. fin. in j. & ij. col. ff. de his, qui. vt indi. & refert ita tenere Ange. & Imol. in d. l. ex facto. §. fi quis rogatus. ff. ad Trebel. † Addo quòd dum Ange. dicit quòd omnes sequuntur illam gl. in d. l. quia semper. quòd imò nullus doctor ibi est, qui de illa glos. faciat mentionem. Et contrariū tenet Azo in Sum. ti. C. de in ius vo. Est verum, quòd do. Io. de Imo. in d. §. si quis rogatus. & in d. l. Lucius. §. fi. ff. de leg. ij. sequitur illam glo. motus illa ratione: quia si talis filius incestuosus nō tenetur alere patrem in necessitate constitutū, per notata in simili per Azo. in Sum. C. de leg. hære. & consequenter si filius incestuosus nō tenetur præstare patri in necessitate constituto hanc reuerentiam, & pietatem alendi: quantò minùs tenebitur præstare illam reuerentiam de vocando in ius cum venia. Bene facit dictum Imol. s. relatum quòd filius incestuosus occidens patrem, non tenetur lege Pompeia de parricidiis, quamuis naturalis tantùm sic, vt s. dixi. Accedat dictum illud singulare Azo. in Sum. in d. ti. C. de legi. hære. volentis quòd sicut tales filij nati ex incestu, vel ex alio simili coitu, qui puniri potest, non succedunt patri. auth. ex complexu nefario. C. de incest. nup. & authen. licet. in fi. C. de natu. lib. eodem modo parentes nō succedunt ipsis filiis. Quod dictum simpliciter sequitur Barto. motus sola Azo. authoritate in l. fi. in ij. col. ver. quæro quid contra, an parentes. ff. de his qui. vt indi. & Bald. in auth. licet. C. de natu. lib. vbi bene probatur in tex. Secundò † prædictam conclusionem, quæ habet quòd filius non potest vocare in ius patrem naturalem tantùm sine venia, limitat multùm mirabiliter Odof. in d. l. quia semper. ff. de in ius voc, secundùm quod eum refert Imo. in d. §. si quis rogatus. in x. col. vt procedat, quando esset filius natus ex patre, qui tunc illam solam concubinam retentam in domo habebat: si autē pater habuisset duas, aut plures cōcubinas, tunc filius natus ex vna de illis cōcubinis bene posset patrem suū vocare in ius sine venia.

Mo

Motus, quia tunc talis filius nō dicitur naturalis, sed spurius. d. authen. licet. in ver. quæ solo. C. de natu. lib. Quod reprehendit Imol. in d. §. fi quis rogatus. in x. col. & bene, per ea, quæ proximè dicta sunt: quia talis coitus non potest criminaliter accusari: vt ibi per eum. Bene facit l. iiij. in fi. ff. de in ius vocan. iuncta l. vulgo conce- 63 pti. ff. de sta. homi. Et an natus ex patre duas vel plures concubinas tenente patri succedat, & econtra, vide in d. auth. licet. vbi tex. declarat Spe. in ti. de suc. ab intest. §. j. ver. & not. & Bart. in d. l. fin. in ij. col. ff. de his, quib. vt indi. ¶ Succesiuè iuxta prædicta ad ampliationem materiæ possent hîc applicari plures succedaneæ quæstiones, quas hîc ponunt doc. maximè Ang. & Io. de Platea, in quibus satis sit habere remissiones, ne hic §. in nimis grande cōmenta 64 rium consurgat. † Nunquid ergo ille, qui a aliquem de sacro fonte leuauit, cùm patris loco sit, & dicatur pater spiritualis, an possit in a ius vocari [a] sine venia, sicut non posset naturalis pater tantùm, vel adoptiuus, vt s. Io. Fab. hîc, circa iiij. col. tenet quòd non sit necessaria impetratio venię, cùm non reperiatur iure cautū q debeat veniam impetrare. Dicit tamen quòd curiale esset, veniam impetrare. Et idem, scilicet q in casu isto non sit necessaria impetratio veniæ, tenet etiam Lud. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. Contraria opi. est magis cōmunis, & eā teneas. q imò sit necessaria impetratio veniæ. Et ita tenet Gul. de Cu. Bald. & Ange. & Pau. de Ca. in l. generaliter. ff. de in ius voc. & ibi idem tenet Ludo. Roma. sibi contrarius. Idem etiam tenet Ange. in l. adoptiuum. ff. de in ius vo. & sequitur simpliciter Ang. hîc. Et pro hac parte est bonus tex. 65 in c. ita diligere. xxx. q. iij. qui dicit † ita diligendum esse patrem spiritualem, sicut patrē naturalem: quia maior est cognatio spiritualis, quàm sit vinculum adoptionis. Ergo quemadmodū pater adoptiuus nō potest in ius vocari sine venia, vt s. multò minùs potest iste pater spiritualis. Accedat glo. no. in c. qui dormierit. xxvij. q. ij. 66 quæ dicit † q cognatio spiritualis maior est, quàm carnalis [b]. Præb tereà iura appellant hunc patrem spiritualem compatrem: id est, simul patrem. c. tua. cum simi. extra de cog. spiri. Et præterea dubi- 77 tabat Bal. in l. j. in xj. col. C. qui accu. non pos. † vtrum mulier, quæ non potest accusare, nisi suā, vel suorum iniuriam, possit accusare occisores compatris sui. De quo dic vt ibi per eū. Per prædicta di- 68 xit signāter Bal. in d. l. generaliter. ff. de in ius vocan. † q compater non potest esse testis pro eo, quem leuauit de sacro fonte, nec econtra. Contrariū tamē, & melius, tenet ipse Bald. in l. parentes. & ibi Salic. C. de testi. & Salic. & Floria. in l. testis idoneus. ff. de testi. & contrariū consuluit Bart. in consi. incip. in quæstione vertente inter dominū Simonē, &c. & meritò, cùm edictū de testibus sit prohibitoriū certarū personarū: & omnes intelliguntur admissę, quæ c non sunt expresè prohibitę: [c] vt l. j. in princ. ff. de testi. & glos. in l. quoniam. in ver. angustetur. quæ est penult. C. de hære. Et suprà scripta nihil faciunt ad hoc: quia loquuntur quo ad ius reuerentiale inter eos seruandum. De quo etiā tangit Ful. in l. iiij. §. prætor 69 ait. ff. de in ius vo. † Quid autem in defensore ciuitatis, qui est loco patris ciuibus, an possit per aliquē ex ciuibus in ius vocari sine venia? Ang. in d. l. generaliter. tenet q non, per text. in §. fin. in auth. vt iud. sine quoquo suf. debuit allegare tex. in §. eos autem qui ita sine mercede. in eo. titu. Et idem dicit Ange. esse in Republica, & in patria sua, quæ similiter loco parentis habetur, per tex. in l. j. §. fi ea. cum l. seq. ff. de ven. in pos. mit. Bene facit l. veluti. ff. de iusti. & iu. Credo q Ang. voluerit allegare tex. in §. & generaliter. in d. l. j. vbi habes expresè elegantem tex. de dicto illo Ciceronis in primo Officiorū, q non solū nobis nati sumus, sed ortus nostri partē pa- d tria vendicat, partem amici. [d] Quem tex. dicit sing. Bal. in l. matris. 70 in iij. col. C. ad Tert. † Et idem dicit Ang. vbi s. esse in Imperatore & Papa: quia ambo sunt patres fidelium. Allegat l. imperialis. C. de nup. Sed melius probatur in l. bene à Zenone. circa medium illius l. C. de quadrien. præscript. & ibi est glos. in verbo, Iusione. quam ad hoc ibi in terminis not. Bal. & dicit eam non esse alibi. Vide tex. in §. fi. in ver. communis omnibus pater. in auth. neque virum. col. viij. & ibi glos. in ver. dicimus. Et cum istis tenet etiam simpliciter 71 Ange. hîc † Contra tamen illud, quod s. dixi de Republica, & patria, tenet, & minùs bene, vt ex prædictis patet, Bal. in c. j. ad fin. in tit. de mili. vasal. qui contu. est. vbi tenet quòd a subditus potest agere contra patriam, & contra fiscum, sine venia, per glos. ibi in ver. reue- b 72 rentia. quæ dicit † quòd vasallus potest vocare dominum suum in ius sine venia, cùm non reperiatur iure prohibitum. Cum qua glo. circa hoc vltimum trāsit hîc Io. Fab. in iij. col. Ang. & Io. de Pla. hîc, & idem Io. de Plat. in l. j. C. de colo. Thracensi. lib. xj. quamuis cōtra illam gl. teneat Spec. in ti. de feu. §. quoniam. ver. xvij. per c. fin. extra de postu. & per nonnulla iura valde remota. ¶ Per suprà scripta videtur posse etiam inferri vnum, quod si esset verum, 73 esset mirabile, & singulare, † quòd nullus facer dos posit in ius vocari sine venia: per tex. in c. quis dubitet. xcvj. di. vbi sacerdos appellatur c pater. Circa quod cogitate: quia firmatum nō inuenio. [c] ✱ An autem coloni cēsiti possint do minum suum vocare in ius sine venia, vide glo. mirabiliter tenentem quòd non, in l. ij. in fi. in glo. parua in ver. vel patronus. C. in quib. cau. colo. do. suos accu. pos. lib. xj. quam ibi sequuntur doc. Considera tamen super glos. ibi 75 an aliud velit. ¶ † Quid autem in vitrico, vel nouerca: ponit Fulg. in d. l. generaliter. & est sibi contrarius in l. j. C. de in ius vo. De nouerca ponit glo. in d. l. generaliter. circa fi. vbi etiam d glo. ponit quid de socero, & socru: & tenet necessariam esse veniam. Cum qua glo. in omnibus tenet Spec. & plenius Ioan. And. in tit. de actore. §. j. ver. sed nūquid edictū. Et istud ego teneo: & plus dico, procedere etiam dissoluta affinitate, nedum ea durante, prout etiam tenet Imo. in l. sed hoc ita. ff. de re iud. & dō. Ale. de Imo. in d. l. generaliter. vbi hoc bene exami- e nat: quamuis Ange. hîc contra teneat, & dicat se semel vidisse in practica per nonnullos ad quæ bene respondet do. Alex. in d. l. generali- 76 ter. & Imo. in d. l. sed hoc ita. ¶ † Quid autem in clerico, & monacho, in casibus, in quibus possunt conuenire monasterium, vel abbatem, vel prælatū suum, an possint sine venia. Dic quòd non, imò requiritur venia, secundùm Io. And. in addi. Spec. in tit. de inquisi. §. fi. circa prin. Et idem tenet Ange. hîc, quamuis de Ioan. And. non faciat mentionem. 77 ¶ † Quid autem de vxore, an possit maritum suum vocare in ius sine venia, cùm sibi reuerētiam teneatur præstare? Ponit do. Alex. in d. l. generaliter. & dicit quòd non reperit hoc tactum in specie ab alio: & concludit quòd venia non requiritur: per ibi no. in glos. & plenius per Ioan. And. in tit. de actio. in ver. sed nūquid edictum. 78 §. j. s. allegato. ¶ † Vltimò quid de scholare, an possit vocare doctorem suum in ius sine venia: glo. in d. l. generaliter. tetigit simpliciter de magistro: & tenet quòd non requiritur venia. Ioan. de Platea hîc tenet idem in doctore, vt scholaris suus possit eū in ius vocare sine venia: quia quāuis sibi debeatur reuerentia, vt dixit glos. 79 in l. liberto. ff. de obse. lib. † & quamuis sit iudex ordinarius in scholares, vt in auth. habita. C. ne filius pro pa. & §. pe. & ibi glo. in ver. professores. in procemio Digestorum, tamen non est de comprehensis in edicto prætoris, nec de enumeratis in titulo de in ius voc. 80 quod requiritur, vt declarat glo. & bene, in d. l. generaliter. † Quod limitat ipse Io. de Platea verum in vocatione verbali: secus in reali, quòd inuitus trahatur: quia doctor actu legens habet priuilegium vt non possit capi per personam, nec incarcerari, nec inuitus ad curiam duci, & contrà faciens, siue sit scholaris suus, siue quis alius extraneus, punitur arbitrio iudicis. Tex. est no. in l. medicos. & ibi Bald. not. C. de profes. & medi. lib. x. Et idem per omnia tenet Bar. in l. libertus. la j. ff. de in ius voc. & ibi ponit Barto. post glo. quid de clerico. & s. dixi: quid de sacerdote. Et hæc opin. Ioan. de Pla. mihi

¶ Vocari. Vide Fel. in c. cùm nuntius. de testi.

¶ Quam carnalis. Adde idē tenentē Pari. de Puteo in tracta. syndi. in ver. suspicio. in vlti. col. facit etiam ad hoc quod not. refert Feli. tenere Abb. in c. decernimus. circa fin. de iud. q sæpe reperitur ec clesiam dispensare in cognatione carnali, sed in spirituali nunquam.

¶ Prohibitę. Quomodo testificari possit, vide Feli. in c. cùm nuntius. circa fiu. j. col. de testi. & vide Bar. in consi. incip. in quęstione vertente inter dominum Simonē, & Ang. in consil. j. & do. Alex. de Imo. in consil. cxiij. in ij. parte.

¶ Amici. Et alibi idem Cicero eo. lib. de offi. inquit, Vnicuiq; nostrū chari sunt parentes, chari liberi, & familiares: sed omnes omnium charitates vna patria cōplexa est.

✱ Adde quòd gl. in l. generaliter. ff. de in ius vo. tenet clericū posse sine venia in ius vocari. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

placet,reiecta opi.Ang.hîc tenentis contrariũ
a ⁂ Aduertas,quia Bart. in d.l.fin. & ibidẽ Bal.in prima lectura nihil aliud dicunt,quã glos.dixerit.Sardus.
† quòd imò in vocatione verbali scholaris nõ
81 posit in ius vocare doctorem suum,siue magistrum sine venia. Motus per duo leuia media. Primò, quia sicut defensor ciuitatis nõ potest in ius vocari,vt ſ.tenui. Et ratio est,secundùm eum,quia est iudex: ergo eodẽ modo doctor, qui est iudex ordinarius scholaris,vt ſ.dixi. Sed fallit,quia in defensore ciuitatis doct.non mouentur eo,quia sit iudex,sed eo,quia est
82 loco patris ciuibus:vt dicunt tex.quos ſ.allegaui. ¶ †Secundũ fundamentum suum est,quia cuicũq; magistro, etiam mechanico,nedum doctori, conceditur leuis castigatio in scholares, vt patri.l. sed & si quæcunq;.§.fi.cum l.seq.ff.ad leg.Aquil. & domino: vt l.j. C.de emenda.ser.ergo, secundùm eum, sicut pater, & patronus, quibus permittitur leuis castigatio, non possunt in ius vocari sine venia:ergo pari ratione nec magister à discipulo.Sed istud arg.non valet:quia ista non est bona consequentia. Alicui permittitur leuis castigatio:ergo non potest in ius vocari sine venia. Aliàs sequeretur quòd omnes propinqui seniores,qui possunt castigare,& percutere iuuenes,iuxta l.vnicam,& ibi Bart.& Bal. C. de emen.propin.non possent in ius vocari sine venia: quod est notorie falsum. Teneas ergo opi.Ioan.de Pla.ſ.relatam, quæ est vera, quòd scholaris potest vocare in ius doctorem suum, siue magistrum sine venia,vocatione verbali,& non reali,vt ſ.dixi. ¶ Glos.in verbo, vocasset.In quo aduertite: quia isti impressores nouorum librorum addiderunt huic glos.vnam longam caudam, quam alij libri non habent:& verè non est de glos. Accur. & nullus doctor facit mentionem hîc:quia credo quòd in eorum libris non esset:ego etiã non legam illam caudam,siue additionem,quæ incipit ibi: item nũquid hæres possit vocari in ius sine venia.Sed diuidam,& expediã hanc glos.eatenus,quatenus durat glo.Accur.& nõ plus. Diuiditur ergo in quatuor partes principales.Primò declarat text.Secundò illum extendit. Tertiò format vnam quæstionem. In quarta aliam. Secunda ibi:& hoc siue causa sit ciuilis.Tertia ibi:sed quid si solum libellum dedit.Quarta ibi:item quid si non veniat vocatus. Illa vltima subdiuiditur in tres principales. Primò facit quod dictum est: quia format quæstionem, & respondet. In secunda refert opinionem quorundam, quam duobus mediis comprobat.In tertia primam approbat, & respondet ad vnum contrarium tantùm. Secunda ibi sed quidam dicunt. Tertia ibi: sed prima sententia verior est.¶ In eadem glos. ibi:item cum venia non potest: quia non conceditur.Hæc glos.ita simpliciter loquens malè dicit, & contra
83 textus quos allegat: quia † imò causa cognita, hoc est, ex magna causa, permittitur liberto, & filio, vt possint accusare patrem, vel patronum, vt dictis legibus expresè dicitur, secundùm quas leges hæc glos. est intelligenda, secundùm Iaco. Butr. & Nico. de Neapo.in iiij. oppo. glos.vt tenet Angel.hîc. ¶ In eadem glos.ibi: l.libertus,la ij. Non intelligas glos.ita simpliciter: quia falsum diceret: sed eam habes intelligere secundùm duos intellectus datos ibi per glos.ad d.l. libertus. vel quòd ibi dederat libellum, scilicet supplicatorium,per quem petebat causam cõtra patronum suum committi, seu delegari: vel quod ibi etiam dederat libellum con-
84 uentionalem, sed eum porrexerat iudici tantùm. † Vnde libelli a oblatio facta solùm iudici non habet vim citationis, nec constituit aliquem in mora sola oblatio libelli:vt pulchrè not. Barto. in l.denuntiasse.in §.j.ff.de adult. Et ambo isti intellectus illius glo.approbantur per doct. ibi, & etiam hîc, maximè per Ioan.Fab.& Ang. de Are. hîc : quamuis Nico. de Neapo. post suum Rodul. in ij.q. glos.teneat secundùm intellectum tantùm, & eum declarat,prout etiam declarat Ioan.Fab.hîc. ¶ In fi.glos.Ioan. Fab.simpliciter dicit quòd hanc opi. glos. approbant doct. & nihil dicit. Mihi videtur quòd doct. hîc potiùs approbant aliam opi. hîc in glos. relatam: quòd si vocatus † in ius non comparuit, non committatur
85 pœna,quæ ratione citationis venit committenda. Ita tenet Marti. Sila.Iac.But.secundùm quòd hîc refert eos, & sequitur Nic. in vij. q.gl.Et verũ est quod posteà subdit do.Ia.But. quòd quãdo aduersarius non comparet,pœna non committatur:& si committitur, à iure remittitur.& hanc eandẽ opi.scilicet ꝙ pœna non committatur,tenet Bal.in auth.habita.in pe.col. C.ne fi.pro pa.& ibi dicit rationem esse,quare nõ committatur pœna,quando patronus citatus non comparuit,quia illa citatio circunducitur à iure,& perinde habetur,ac si nulla citatio facta fuisset.Et hanc dicit esse propriam rationẽ illius l.quãuis.ff.de in ius voc.Mihi magis placet opi. glo.nostræ,ꝙ si vocatus nõ comparuit, ꝙ nihilò minus pœna cõmittatur,sed remittatur ex æquitate illius l.quamuis. Et hoc videtur mihi ꝙ velit ille tex.in ver.moderandã iurisdictionem. iunctis finalibus verbis illius l.ibi,licet edicti verba nõ patiantur. Præterea in d.l.quãuis.deciduntur vna decisione tres casus.Primus, quando libertum pœnituit citationis,& actionẽ remisit.Secundus,quando patronus vocatus nõ venit.Tertius quando nõ inuitus est vocatus. Sed in primo casu cõmittitur:sed ex equitate illius l.quamuis.& ex benignitate pœna remittitur,vt ibi dicit, & declarat Bart. & omnes sequuntur.ergo idem etiã in isto casu secũdo: & sic in casu nostro,qui vna,eadẽmq; decisione simul decidit:arg.l.quamuis.C. de impu.& aliis substi.& l.iam hoc iure.in princ.& fine.ff. de vulg. & pup.Accedat pro hac parte bonus textus in l.ij.in versi.eadẽ æquitas.ff.ne quis eũ,qui in ius vocan.est,vi exi.paruus tamen effectus, aut nullus,ex hac disputatione insurgit,ꝙ pœna nõ committatur, vel ꝙ cõmittatur, sed à iure remittatur: ideo vltrà nõ curo insistere,&c.¶ Glo.mag.in verbo,Impetrasset.diuiditur in quinq; partes principales.Primò declarat tex.& ponit formã impetrationis veniæ.Secundò format vnã quæstionem,& ad eam,recitatis opinionibus,respondet.In tertia format aliam quæstionem,ad quam simpliciter respondet. In quarta ponit distinctionẽ in filio. In quinta, & vltima,format aliam quæstionem : ad eam per longam distinctionem respondet.Secunda ibi:illud etiam quæro. Tertia ibi : sed nunquid hæc petitio.Quarta ibi:in filio distingue.Quinta ibi:item quæro quis iurabit.¶ Illæ quarta,& quinta partes principales possunt in tot particulas subdiuidi,quot partes sunt distinctionis, seu membra,quæ in eisdem ponuntur,partes de se patent.Et in veritate,prout etiam dicebat Ioan.Fab.hîc,hæc glo.est multùm verbosa,& fuit hîc posita sine causa,& maximè in illa quinta & vltima parte principali,quæ nihil est ad propositũ:idcirco doc.hîc ad hanc
86 glo.nihil,aut parum admodum addunt:maximè Ioan.Eabr.¶ † In ead.glo.ibi:ad similitudinem istorum.Nota hanc partem glos. quæ est bona,& maxima declaratio,& limitatio ad totum tit.ff.& C.de in ius voc. ꝙ pœna quinquaginta aureorum non habet locum in omnibus personalis, quæ prohibentur in ius vocari sine venia: & quę enumerantur in l.ij.& iij.& per totum tit.ff.de in ius voc.sed solùm habet locum in vocante parentem,vel patronũ,& alios,qui erant in edicto prætoris.In aliis autem personis,quæ nõ erant positæ in edicto prætoris, sed prohibentur in ius vocari sine venia à iure ciuili,non est illa pœna quinquaginta aureorum,sed est pœna arbitraria,cùm non reperiatur à iure expresè taxata, iuxta l.j.§. expilatores.cum simi.ff.de effra.& expi. Et dicit Nico. de Neapo. hîc,in ix.q.hanc glos.esse tenendam cordi,quia non recordatur de simili,& ꝙ eam expresè approbat Gul.de Cu.in l. generaliter.ff. de in ius voc.Sed ego bene recordor de simili glo.quæ idem in terminis dicit, in l.fin.in ver.aureorum. ff. de in ius vocan.quamuis Bar.[a] ⁂ ibi illam glo.aliter intelligat:prout etiam istam intelligere videtur Io.Fab.hîc.Et credo ꝙ ambo malè intellexerunt istas glos. Et miror de Nico.de Neapo.hîc,qui refert ꝙ Ray.de Forli. hîc allegat illam glo.in d.l.fi.pro concordanti ad istam : & ipse dicit ꝙ illa glo.nihil dicit:imò in veritate ad literam dicit idem,quod dicit ista
87 hîc.¶ †In ea.gl.ibi.l.adoptiuum.§.j.No. bene hanc partem glos. quæ notabiliter vult ꝙ etiam filiofamilias agenti in castrensibus, vel quasi,est tamen necessaria impetratio veniæ. Addo similẽ glo. in d.l.adoptiuum.in prin.in glo.parua.in ver. vocari. Aliqui libri habent in ver.causa cognita.Ang.hîc addit aliam similem gl. quam ordinariam appellat,in l.cogi.§.si pater.in verbo,cõtra obsequiũ. ff.ad Trebel.quam ibi no.Imo.Sed illa glo.iudicio meo,non loquitur de directo in terminis istis,quãuis vulgo ista corruptè allegetur: sed bene vult aliud singulare,ꝙ vbi à filio imploratur officiũ iudicis contra patrem in causa castrensis peculij, requiratur impetratio

tio veniæ.Et ad hoc reputat glos.illam sing.ibi Nic.de Neap. & dicit quòd nescit glo.illam alibi. Quam etiam commendat ipse Nic. hîc in apostillatione textus. Item adde quòd gl.ista procedit etiam in omnibus aliis casibus, in quibus filius in potestate potest agere contra patrem qui enumerantur per glo.ordi.in d.l. lis nulla.in gl. j.ff.de iudi. Nam in omnibus illis casibus filio agenti est necessaria impetratio veniæ,secũdùm Nic.de Nea.hîc,& bene,in vij.opp.gl. & tenet Ange.de Are.hîc.¶ In ea.glo.ibi:vt dixi ſ.per quas perso. no.acqui.§.j. Adde tu glos.no.in l.si longius.§.fin. in glo.fi. mag.in ver.per dignitatem.& ibi Bart.ff.de iudi.& tex.in l.filiusfamilias.ff. de act. & oblig. Et profectò non video ad quod propositum glos. hîc ponat de filio agente cõtra extraneũ, in quo casu nihil est opus
88 quærere de impetratione veniæ.¶ †In ea.glos.ibi : licet pater non habeat vsumfructũ. Teneatis quòd etiam in casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus,qui enumerãtur per glo.ordi.& magistram in auth.idem est in iis, & est glo.vnica.C. de bo.quæ lib. & per glo.magistram in auth.vt li.ma.& auiæ.in ver. parentibus.pater tenetur consentire filio agenti.Idem etiam tenuit glo. in l.fi.§. necessitate.in gl.mag.in ver.imponenda.ad fi.C. de bo.quæ lib.sed in illamet glo.refertur vna opi. Ottonis glossatoris antiqui cõtrarium volentis,& tenentis quòd in casibus,in quibus patri nõ quæritur vsusfructus, quia pater non vult, tunc requiritur consensus patris in signum repudiationis.Si autẽ non acquiritur vsusfructus patri,quia non potest,vt in casibus,quos ſ.remisiuè retuli:& tunc non requiritur consensus patris. Quam opi. tenet, & reputat auream Bar.ibi post multos doct. antiquos ibidem per eum relatos: de quo ibidem vide latè per eum,& alios omnes,& per Imo. in l.fi. §.j.ff.de verb.obli.& per Ange.de Are. latè per duas chartas in §. actiones autem de peculio. in penultima & vlti. charta.ſ. eodem.
89 ¶ †In fi.glos. De hoc quis iurare debeat de calumnia,an pater, an filius:quia ista est omnino extrauagans à materia §.nostri.vltra hîc dicta in glo.videatis etiam latè per glos.in l.ij.§. quod obseruari.C. de iura.calum.in l.j.in ver. personæ.& in glo.iij. in ver.possunt.& ibi per Barto.& alios,per Spec.in titu. de iura.calum.§. item quòd
90 est filius.ver.si enim.& ver.seq.†Et de monacho,an ipse iurare debeat de calumnia,an verò abbas, vel superior suus, habeas glos.plenam in §.j.in verbo, Interpellet. in authen. apud quos opor. cau. dice.mona.col.vj. de quibus etiam habes per Nico. de Neapo. hîc in viij.q.glo.¶ Antè,quàm attingam expeditionem glos.sequentium,quia remanent expeditæ aliæ glos. respicientes hanc partem
91 §.de vocante in ius sine venia: † restat vltimò, vt videamus qualiter sit formandus libellus in hac materia. Ex mente docto. nec non ex his,quæ ſ.dixi,forma potest esse talis: Ago contra Titium, qui est filius,vel libertus meus,& dico quòd me patrem, vel patronum suum inuitum,& nolentem in ius vocauit, vel citare fecit sine veniæ impetratione,contra debitam filialem reuerentiam,propter quam citationem veni ad iudicium: quare cùm in pœnam quinquaginta aureorum à iure taxatam inciderit, peto eum condemnari ad dictos quinquaginta aureos mihi præstandos, & soluendos,&c.In hoc libello duo inter cætera cum ministerio pono, quod omittebant Iac.But.& Ioan.Fab.hîc. Vnum est,inuitum,& nolentem:per tex.in l.quamuis.ff.de in ius voc. Aliud est, propter quam citationem ad iudicium veni. quod etiam omittit Ange. de Are.hîc,in libello suo:sed non est omittendum,per id,quod vult ſ. in ver.vocasset.ad fi.vbi latè dixi.Putarem tamen quòd etiam sine his duobus posset libellus sustineri:quamuis Nico. de Neap. hîc.in x.aliàs vj.q.extra glo.in materia actionis in factum, quæ competit contra vocantem in ius sine venia : teneat quòd imò sine illis verbis libellus esset defectiuus:vnde in dubio consultius est apponere. ¶ Glos.mag.in ver.item aduersus. Diuiditur in tres partes.Primò declarat textum. Secundò format vnam quæstionem. Tertiò per modum quæstionis format vnam fortem oppositionem. Secunda ibi: super hoc §.primo quæro.Tertia ibi:secundò quęritur,nonne per conuentionem. Expediam hanc glos. per partes, propter eius prolixitatem. Et prima pars principalis subdiuisione non indiget. ¶ In ea.glos.ibi.l.penult.§.fin.ff. ne quis eum, qui in ius vo.est, vi exi,dicitur esse merè pœnalis ex parte vtriusq;, tam actoris, quàm rei cõuenti,eò quia in ea reus est obligatus in tantùm, in quantum actor in litem iurauit.Cùm ergo actor possit iurare in plus, quàm sit verum debitum, nil mirum si dicitur merè pœnalis ex parte vtriusq;, eò quia actor consequitur etiam id, quod sibi non abest, & reus conuenitur ad id,quod sibi non adest. Et ex hoc apparet ra
92 tio diuersitatis, †quare actio ista in factũ ex edicto,ne quis eũ,&c. dicatur esse merè pœnalis ex parte vtriusq;, illa verò in factum ex edicto,de eo,per quem factum erit:non est merè pœnalis,sed pœnalis tantùm ex parte rei conuenti : vt dicit glos.ſ.in seq. parte in prin.Ratio ergo diuersitatis est, eò quia in prima iuratur in litem: quod iuramentum continet vltra veram æstimationem. In secunda verò venit verum interesse.l.fin.in princ.ff.de eo, per quem fa. erit. Vnde nil mirum si est pœnalis ex parte rei tantùm, cui nihil adest. Et idem etiam dicit glos.in rubr.ff.de eo, per quem fac.erit. Hęc opi.glo.nostræ,& eius ratio,repræhenditur per doc. antiquos hîc,vt per Iaco. & Pet. de Bellaperti. & per Rodul. de Auricu. & per Nic.de Neapo.in xj.& vlti.q.glo.Moti potissimùm, quia si verum esset quòd prima diceretur merè pœnalis,eò quia in ea possit iurari vltra verum interesse,sequeretur quòd eodem modo secunda esset merè pœnalis, eò quia in ea etiam posset per falsos testes probari vltra verum interesse. Vnde concludunt isti patres contra glos.quòd actio in factum ex edicto,ne quis eum,&c.non est merè pœnalis ex parte vtriusq;,sed tantùm ex parte rei conuenti, sicut
93 & secunda. Et aduerte, † quia maximus est effectus, & maxima vtilitas præsentis inuestigationis : quia si est merè pœnalis ex parte vtriusq;,certè si plures per vim exemerint,solutio vnius non liberat alios.Si verò est pœnalis ex parte rei conuenti tantùm, tunc solutio vnius omnes liberat:prout latè dixi ſ.glos.j.in iiij. col. præfati docto. hîc reprehendentes glos. & tenentes quòd sit pœnalis ex parte rei conuenti tantùm, per hoc corollariè reprehendunt etiam aliam glo.in d.l.pe.§.j. in verbo quod in veritate.ff. ne quis eum,qui,&c. quæ vult quòd si plures vi exemerint, vno soluente, cæteri non liberentur, tanquã sit merè pœnalis. Dicunt ipsi, quòd iste error processit à primo.Nam cùm in primo errent glos.tenentes quòd sit merè pœnalis,ex hoc errore sequitur alius error,quòd cũ in merè pœnali vnius solutio non liberet alios,ita etiam sit hîc. Sed,secundũ eos,est falsum:quia cũ imò ista tantùm sit pœnalis ex parte rei conuenti,vt ſ.secundũ eos, sequitur ergo ꝙ solutio vnius ex pluribus per vim eximẽtibus,liberabit alios.Io.Fab.hîc stat cum suprà scriptis doc.hîc, in reprehensione rationis glos. nostræ : sed alio fundamento,quàm ipsi mouetur. Nam secundũ eũ, si prima actio in factum ex edicto ne quis eum,qui.esset merè pœnalis propter rationem glo.eò quia in ea iuratur in litem, sequeretur quòd omnes actiones bonę fidei, & aliæ, quibus iuratur in litem, essent omnes pœnales: & tamen hoc est notoriè falsum:ergo ratio gl. nõ est vera.Sed huic fundamẽto,quãuis prima fronte colorato,possetis de facili respõdere,secundũ quod in terminis respõdit glo. in §.
94 sequens.in ver.in rẽ actiones.ſ.eo.vbi no.dixit gl.ꝙ † in actionibus bonæ fidei iuramentũ in litẽ non venit iure actionis, sed officio iudicis.§.pręterea.el j.in fi.ſ.eo.& ideo nõ dicuntur pœnales: quod secus est in ista d.l.pe.§.j.quãuis Io.Fa.hîc,& clarius ibi velit ꝙ etiã in ista actione in factũ ex edicto,ne quis eũ,qui,&c. veniat iumentum in litẽ officio iudicis,& nõ iure actionis: quod videtur esse cõtra d.l.pe.§.j.& dicã fortassis in d.§.sequẽs. Ipse tamen Io. Fa.hîc, quamuis impugnet rationẽ gl.tenet tamẽ cũ ea in determinatione cõtra suprà dictos doc.ꝙ ista actio descendẽs ex edicto, ne quis eũ, qui. sit merè pœnalis ex parte vtriusq;, tam actoris, quàm rei: & non illa,quę datur ex edicto,de eo,per quẽ fac.erit.quia secundùm eum,prima tendit ad meram vindictã, sicut actio iniuriarũ. Nam iurans non iurat super interesse, sed pro quanto nollet reũ fuisse vi exemptũ.Et quòd hoc sit verũ,ostendit clarè : nam quãuis nihil interfit actoris,quia reus in nihilo tenebatur, & vocatus fuerat in ius per calumniã,nihilò minùs ista actio competit.Text. est in l.sed eximendi.§.item si quis.& in l.pe.§.j.ff.ne quis eũ.In secunda autẽ consideratur interesse.l.fi.in prin.ff.de eo,per quem fa. erit. Addo pro hac ratione Ioan.Fab. scilicet quòd prima detur ad merã vindictam,sicut actio iniuriarum: quod idem in terminis tenuit glo.ã

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ✻ Adde q̃ iudicio meo extraneus vi detur intellectus Ang. ad l. fed exi mendi. §. itẽ ſi qs. & ad l. pe. §. i. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. &c. nam cũ emptor à domino cõuẽtus facit citare venditorem vt paret ſibi actionẽ de euictione, nõ dicitur dolo facere aduerſus quẽquam, cum iure ſuo vtatur. l. nullos. ff. de reg. iur. Et p̃ hoc facit bonus text. in arg. in l. at qui natura. §. ſi cũ me. ff. de neg. geſt. nec etiã Bart. & aliorum antiquorum intellectus placet, quia tex. in d. l. pe. §. j. refert ſe ad eſtimationem rei, de qua erat cõtrouerſia, & ſic reſpectu rei, cuius cauſa fuerat citatus exceptus, & velle intelligere reſpectu rei, cuius cauſa non fuerat citatus, cũ de illa cõtrouerſia nõ ſit tex. in d. §. j. nõ põt habere locum. Præterea apto laborat diuinationis ſcrupulo huiuſmodi Bart. intellectus. quis non iplis reuelauit q̃ agens cõtra citatũ aliã iuſtã cauſam haberet. ideo teneas alium intellectũ Iac. But. Ang. Sali. & Pau. Caſt. ac domini Alex. qui ſapit veritatẽ. & tenendo iſtum intellectum ad illa iura, mirabilis p̃fecto videtur illarũ legum deciſio, q̃ vocãti quẽpiam per calumniã ad ius, & ſi vocatus fuerit exẽptus, detur actio. certè iſte delinqt, vt toto titu. ff. de calum. & ex quo veniret puniendus, luerũ reportat, contra l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſtis. & l. ſi cui. in princ. ff. ex qui. cau. maio. eũ mille ſimil. & eõtra illud generale, dolum & malitiam non debere alicui patrocinari. c. intelleximus. extra de iud. l. ſi legatari⁹. C. de lega. & cùm qua fortaſsis Ioan. Fab. ſumpſit rationẽ ſuam, in d. l. pe. §. fi. in ver. interſit. Confirmo. † nam & pœnalis actio tũc dicitur dari ad vindictã, quando datur etiam illi, qui nullum damnum paſſus eſt, ad æſtimationẽ contumeliæ, prout eſt actio iniuriarum, quæ datur ob ſolam contumeliã, etiam ſi nullum damnũ paſſus ſit: illa verò dicitur pœnalis, & nõ ad vindictam, ſed ad perſecutionẽ rei familiaris, quando ſemper datur pro damno vel ad æſtimationẽ damni: 96 vt eſt actio furti. † Nam cùm damnũ ſit diminutio patrimonij, & ſic rei familiaris, vt l. iij. ff. de dam. infec. meritò qui proſequitur æſtimationem dãni, proſequitur æſtimationẽ rei familiaris: & per cõſequens non vindictã. Iſtam rationem tradit nobis glo. ſignanda, quã ibi ſequitur, & commendat Bar. in l. ij. §. emãcipatus filius. in glo. j. ff. de colla. bon. & aliã glo. in l. pro hærede. §. fi. in glo. fi. & ibi Imo. ff. de acqui. hære. & latè Bart. in l. prætor edixit. §. j. & per illam legẽ, vbi bonus tex. ff. de iniuriis. Modò 97 ad propoſitum † iſta actio in factũ ex edicto, ne quis eũ, qui. datur pro ſola cõtumelia, etiam vbi quis nullũ damnum paſſus eſt: vt quia per calumniam in ius vocaſſet. d. l. ſed eximendi. §. item ſi quis. & d. l pe. §. j. ff. ne quis eũ, qui. ergo dicitur dari ad meram vindictam. Vnde non mirum, ſi dicitur eſſe mere pœnalis, quod non eſt in alia, vt ſ. dixi. Et ſi diceres, ergo ſecũdùm iſta, quæ proximè dicta ſunt, ſequitur q̃ actio furti nõ dicitur merè pœnalis: quia non datur ad vindictam, ſed ad æſtimationẽ damni. Reſpondeo q̃ imò eſt merè pœnalis alia ratione, nõ illa, quia detur ad meram vindictã: ſed dicitur merè pœnalis, quia datur actori ad id qd ſibi non abeſt, & contra reum, cui nihil adeſt: vt declarau ſ. in primo euidentiali, quod poſui ſ. in prin. huius §. Sed audite ex intellectu quem j̃. referam ex mente doct. ad d. l. ſed eximendi. §. item ſi quis. & ad d. l. pe. §. j. oſtẽdam q̃ iſta ratio Ioan. Fab. nõ poteſt procedere. Ego tamen iſtã eandem opi. gloſſ. noſtræ teneo, ſed alia ratione: nam iſta actio in factũ ex edicto, ne quis eũ, qui datur quanti ea res eſt ab actore æſtimata. verba ſunt Iuriſconſulti in d. l. pe. §. j. Iſta verba intelligunt omnes doc. ibi, vt ibidem refert, & ſequitur Bart. q̃ iſtud totum ab actore æſtimatũ, ſit totũ pœna, ſicut in actione furti duplum, vel quadruplum eius, quod eſt res principalis, illud totum eſt pœna, & nihilò minùs extra pœnam iſtam res principalis debetur. Ita in propoſito noſtro, quanti ea res eſt æſtimata: & ſic æſtimatio rei debetur nomine pœnæ, vt ſecundùm ipſam rẽ fiat æſtimatio, & impoſitio pœnæ, non autẽ ad ipſam rem fiet condemnatio: quia ipſa res nihilò minùs debetur extra illud, quod ab actore fuerit æſtimatum. Et ſecundùm hoc clarè apparet quòd actio datur ad meram pœnam extra ipſam rem: & ſic quòd iſta actio eſt merè pœnalis cùm detur actori ad id, quod ſibi nõ abeſt: contra reum ad id, quod ſibi non adeſt. & iſta eſt veritas. Concludo ergo cum gloſſ. noſtra quòd actio iſta in factũ deſcendens ex ædicto, ne quis eum, qui. eſt merè pœnalis ex parte vtriuſq;. Et per hoc corollariè infero quòd ſi plures per vim exemerint. quòd ſolutio vnius non liberat omnes. Et ita per omnia tenet Bartolus referens doct. omnes ita tenere in d. l. pe. §. j. & ſ. eum retuli. Non omitto tamen quòd Ange. de Are. hîc, qui cùm de prædicta difficultate nollet quicquam guſtare, aut ſentire, repr̃hendebat tamen gloſ. in alio, dum gloſ. 98 vult † quòd in hac actione ex edicto, ne quis eum, qui. iuretur in litem vltra rei veritatem, per d. l. penult. §. j. dicebat ipſe quòd iſtud ibi non probatur, quamuis ibidem dicatur quòd eximens condemnetur quanti ea res fuerit ab actore æſtimata: non tamen per hoc, ſecundũ eum, aliquid dicitur de iuramento in litem. Præterea, ſecundùm eum, iſta actio datur etiam illi, qui per calumniam in ius vocaſſet, vt ſ. dixi. Si text. ille loqueretur de iuramento, lex doceret mentiri, contra l. meminerint. C. vnde vi. Et ita per hanc rationem dicit tenere Fulg. ibi: ſed errat multùm Ange. Et quòd tex. ille loquitur de iuramento in litem, tenet ibi in terminis Barto. & ita dicit tenere communiter doctо. ibi. & hoc dicit probare text. ibi per plura, & maximè quia text. dicit ab actore æſtimatum. Si enim probaretur per alios, & non per iuramentum in litem actoris, certè non æſtimaretur per ipſum actorem, ſed per alios. Et hoc dicit eſſe propter dolum eximentis, vt ibi vide latius per eum. Non obſt. fundamentum Fulg. quod præcipitauit Angel. in errorem, dum dicebat quòd & ſi iſta actio detur etiam per calumniam vocanti in ius, ſi lex loqueretur de iuramento lex doceret mentiri: quia reſpondeo quòd illa l. ſed eximendi. §. item ſi quis. & illa l. penulti. §. j. quæ dant hanc actionem etiam per calumniam vocanti in ius, debent ſanè intelligi, quando ille, qui fecit citari, erat calumnioſus reſpectu tertij, non reſpectu ipſius citati per vim exempti: vt ſi emptor conuentus à vero domino contra eum litiget, eſt in calumnia. Si autem poſteà faciat citari venditorem, vt compareat ad defendendum, ad hoc vt poſteà ipſe habeat actionem de euictione contra eum, certè non dicetur eſſe in calumnia reſpectu iſtius citati, qui fuit per vim captus, quamuis reſpectu tertij ſic, ſecundùm Iaco. But. & Ange. in d. §. a item ſi quis. quem text. ipſi ita intelligunt. a ✻ vnde ſi tunc iuret non erit mendax: vel melius: quia in veritate hæc ſolu. eſt contra illum text. in ver. pro calumnia vocabatur. reſpondeo ſecundùm Iacobum Butr. & Mart. Sill. & alios antiquos, quos ibidem refert, & ſequitur Barto. quòd iurabitur in litem propter aliud intereſſe, in quo non erit calumnia extra id, cuius cauſa per calumniam vocabatur: quia ſi veniſſet ad iudicium, vel ductus fuiſſet ad iudicem, egiſſet contra eum ex alia cauſa, quàm ex ea parte, qua calumnioſè vocauerat. Et iſtum intellectum reputat notabilem Barto. ibi, & eum infert ad quæſtionem, de qua ibi per eum. Et per hunc intellectum confunditur ratio Ioan. Fab. quam ſ. retuli: & eius rationis comprobatio, quam ſ. feci, & addidi, dum dicebat Ioan. Fab. quòd iſta actio deſcendens, ex edicto, ne quis eum, qui tendit ad meram vindictam: quia non iurat ſuper intereſſe: cùm iſta actio detur etiam ei, cui nihil intereſt, cùm detur calumnioſè vocanti in ius: quia ex prædicto intellectu approbato apparet quòd imò nunquàm iuratur in litem, niſi propter intereſſe, in quo non ſit calumnia. Eſt bene verum quòd ipſe Iac. But. Ange. Salic. & Pau. de Caſt. in d. §. item ſi quis. habet alium intellectum ad illum textum quem etiam ſequitur ibidem pater, & præceptor meus do. Alex. de Imol. quòd cùm iſta actio ſit merè pœnalis, quòd in tali iuramento non conſideratur calumnia iurantis, nec habetur reſpectus ad intereſſe, cùm tendat ad meram pœnam, & ad meram vindictam. Vnde, ſecundùm eum, ſi quis eſt captus ritè, non dico rectè ad petitionem aſſerentis ſe creditorem, etiam per calumniam, & ille captus eximatur per vim de manibus familiæ: certè ille, qui fecit capi, aget contra vi eximentem ad totum illud, quod petebat, & etiam vltra, quantum iurauerit in litem. Imò, ſecundùm Ange. ibi, non audiretur eximens, ſi vellet probare quòd ille non erat creditor, per illum tex. quod bene not. & ſecundùm iſtum intellectum procederet ratio Ioan. Fab. ſ. relata. præcedens 99 tamen intellectus videtur communior. ¶ † Non omitto etiam quòd quamuis contra vi eximente citatum à priuato iuretur in litem, vt ſ. dixi, tamen ſecus eſt in eximente debitorem fiſci: quia tunc ad ſolum debitum tenetur, nec iuratur in litem: & ſic minus habet iſto caſu fiſcus, quàm priuatus. Text. eſt in l. quoties. C. de exa. trib. lib. x. & ibi glo. in ver. crediderit. ad fi. ita notat text. illum ad hoc, & tenet hîc Nico. de Neapo. in apoſtil. text. bene facit l. con ſiliarios. quæ eſt l. iij. C. de aſſeſ. fortè quòd ille text. in d. l. quoties. poſſet declarari per alios tex. quos ſ. allegaui: & etiam in text. illo iuretur in litẽ: maximè cùm ibi tex. loquatur non tam de debitore fiſci, quàm etiam de debitore priuati. cogita. Aliter tamen dicit Bald. ad d. l. quoties. & ad d. l. conſiliarios. in l. fi. C. de ope. lib. ſcilicet quòd ſpeciale ſit in dictis legibus, cùm non loquantur de eximente per vim, vt ibi per eum. ¶ Sum modò in ſecunda parte principali gloſ. quæ incip. ibi: ſuper hoc §. primo quæro. in qua parte gloſ. quærit, cùm habeamus in volu. Digeſtorum duos titulos, vnum, ne quis eum, qui. alium de eo, per quem fa. erit. de quo tit. loquatur §. noſtræ. Et hæc ſecunda pars principalis ſubdiuiditur in tres. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda reſpondet vno modo, & reſponſionem videtur firmare quatuor modis. Sed in veritate ſunt quatuor differentiæ inter dictos titulos, non autem ſunt comprobationes reſponſionis, prima excepta: quia illa bene comprobat reſponſionem: & eſt etiam vna differentia. In tertia reſpondet alio modo. Et hanc ſecundam reſponſionem probat duobus modis. Secunda ibi: reſpondeo de primo. Tertia ibi: vel ſatis dici poteſt. Secunda ſubdiuiditur in quatuor quemadmodum quatuor ponuntur differentiæ. Partes de ſe patent. Et hæc diuiſio ſit vobis loco literalis expoſitionis huius ſecundæ partis princ. glo. noſtræ. Et ſimilem glo. habes in rub. ff. de eo, per quem fa. erit. ¶ In eadem gl. ibi. l. fin. primo reſponſo. ff. de eo, per quem fa. erit. Dicite quòd hæc vera eſt in vtroq; membro: & eam tenui & declarau ſ. in parte præcedenti huius gloſ. & ibi aſsignaui rationes diuerſitatis poſt nonnullas, quas ibidem reprobaui. ¶ In eadem gloſ. ibi: conſulit & vocato, non ſolùm vocanti. Hæc etiam eſt vera: & rationem diuerſitatis j̃. ſubiiciam. ¶ In eadem glo. ibi: & patet hæc differentia ex ordine illorum titulorum. Hanc impugnat Ioan. Fab. & bene: & dicit alios doctо. improbare: cùm ſit eadem ratio ante ſatiſdationem, quæ poſt: ergo idem ius. Hanc etiam impugnat Barto. in rub. ff. de eo, per quem fa. erit. per tex. in l. fin. in princ. eodem titu. vbi b etiam Barto. quem videas, vt ibi per eum in fin. illius princ. & ibidem ſequuntur alij doct. quamuis Ange. hîc ſaluat hanc differentiam, dicens quòd hæc differentia poteſt eſſe bona per vnam rationem, quæ penitus nihil facit ad motiua doctorum: quia, ſecun- 100 dùm eum, † iudicium capit vires à principio, videlicet à vocatione in ius, quæ debet præcedere: vt not. gloſ. in rub. C. de in ius voc. & ibi doctо. quæ ſaluatio, vt dixi, nihil eſt ad fundamenta doctо- 101 rum: imò plus eſt iſtud confundere gloſ. quàm ſaluare. ¶ † Not. tamen ex hac parte gloſ. quòd licitum eſt arguere ab ordine titulorum, & iſtud argumentum validum eſt in iure. de quo dixi latè ſ. a in rub. a huius titu. & ibi dedi plures concor. ibi videatis. ¶ In eadem glo. ibi. l. j. & ij. in fin. Hæc vera: & approbatur per doctо. hîc, vt per Ioan. Fab. & per Ange. in d. rubr. ff. de eo, per quem fa. erit. Et ſic primus titulus loquitur, quando quis fuit vi exemptus: ſecundus, quando dolo. Et ideo dicit Ioan. Fab. hîc, quòd per hoc eſt, quòd in primo magis punitur, quàm in ſecundo: quia deteſtabilior eſt vis, ſeu violentia, quàm dolus: quia in vi ineſt dolus, non econtra. Hinc eſt, ſecundùm eum, quòd prima a b ctio datur ad vindictam: ſecunda ad intereſſe tantùm. De quo latè dixi ſ. in prin. huius gloſ. Per hoc etiam apparet, ſecundùm eum, ratio quare per primam actionem prouideatur ſolùm vocanti in ius: quia contra illum ſolum committebatur, & in eius ſigillationem: non autem vocati: ſed quando dolo eximitur, ſit damnum vtrique in caſu ſuo: & ideo ambobus ſecundùm ſuum intereſſe tenetur eximens. Et hæc omnia ſimpliciter tenet Ange. hîc, & ea ſibi inuerecundè adſcribit, nullam de Ioan. Fab. faciens mentionem. Prædicta tamen ratio diuerſitatis, quare per primam prouideatur ſolùm vocanti, per ſecundam vtrique quamuis colorata, non tamen, iudicio meo, eſt multùm concludens, & facilè ſubuerti poteſt. ¶ In eadem gloſ. ibi: etiam illa, quæ ex vna parte tantùm eſt pœnalis, & ſic ad fin. ſecundæ partis principalis, doctо. hîc, vt Iaco. de Aret. Pet. de Bellaperti. Iac. Butr. & Ioan. Fab. approbant primam opinionem gloſ. quòd iſte §. loquatur tantùm de primo titulo ne quis eum, qui. & non de ſecundo, ſcilicet de eo, per quem fac. erit. Et idem etiam tenet Nico. de Neapo. hîc, in vndecima & vltima quęſtione gloſ. Moti, quia text. tantùm loquitur de eximente per vim, non autem de eximente per dolum. Item quia iſte §. tractat tantùm de merè pœnalibus: & prima eſt tantùm merè pœnalis, ſecunda non: vt ſuprà latè dixi in princip. huius gloſſ. ergo de primo tantùm loquitur. Angelus hîc dubitans in prædictis dicit poſſe teneri quòd iſte §. in effectu loquitur de vtroque titulo. Nec obſtat, ſecundùm eum, quòd iſte text. facit tantùm mentionem de vi, & non de dolo in eximente: quia ſecundùm eum, poteſt reſponderi quòd cùm in vi ineſt dolus, vt l. j. ff. quod met. cau. ideo non fuit neceſſarium exprimere de dolo. Præterea, ſecundùm eum, ſicut in l. ij. §. finali. & in rubri. ff. ne quis eum, qui non ſit mentio doli, & tamen poſteà ſuppletur per Iuriſconſultum in l. ſed eximendi. §. fin. eodem titulo. ita etiam ſecundùm eum, ſupplebitur hîc in text. de dolo. Ego teneo idem quod Angelus de Aret. ſed non per eius rationes, aut fundamenta: & ſic teneo ſecundùm opinio. in gloſ. relatam quòd iſte §. loquatur de vtroque titulo. quam opinionem tenet etiam Dyn. hîc ſubiiciens quòd aliæ opin. contrariæ ſunt truffæ. Et ad arg. doctorum, quòd text. loquatur tantùm de vi, reſpondeo, & non ſubaudiendo ad text. prout facit Ange. quòd imò text. iſte loquitur etiam de dolo, ibi: cuiúsve dolo alius exemerit. Et ſi diceres quòd iſte text. non loquitur de dolo in eximentes ſed de dolo eius, qui fecerat eximi: reſpondeo fatendo, & dico quòd in ſecundo titulo ſcilicet de eo, per quem factum erit. non quæritur de dolo in eximente, ſed de eo, qui fecit eximi tantùm. Text. eſt in l. prima in princi. & §. j. ff. de eo, per quem fac. erit. Cùm ergo text. iſte expreſsè loquatur de dolo eius, qui fecit eximi: ergo loquitur etiam de ſecundo titulo, nedum de primo. Iſta eſt veritas, & mera mens huius text. Ad ſecundum argumentum doctorum reſpondeo vt hîc in gloſ. b ✻ ¶ Antequam attingam expeditionem ſequentis partis gloſ. ne materias intricemus, ponam primò aliqua notanda dubia circa præſentem materiam: & quia vidimus in præcedentibus partibus huius glo. quo remedio prouidetur contra eum, qui dolo, vel vi exi- 102 mit captum à manibus familiæ. ¶ † Primò circa iſta tenete menti id quod ſing. dicit Bald. in l. addictos. C. de epi. audi. quòd eximens vel trahens captum à manibus familiæ ſuæ curiæ tenetur eo modo, ac ſi pro eo fideiuſiſſet in omnem caſum: per l. fin. C. de ope. lib. & in l. iij. C. de exac. tribu. lib. x. & ibi per And. de Barulo quod 103 tene menti. ¶ Circa iſta quæro † quid ſi aliquis receptat, & occultat debitores meos, ad hoc vt non capiantur nec ſoluant debitum an prædicta remedia contra iſtum occultantem competant. Hanc quæſtionem non tangunt doctо. hîc, ſed eam ponit Bal. in l. fin. C. de ope. lib. & ibi dicit quòd primò videretur quòd ipſe teneatur ſoluere pro eis, per l. quoties. C. de exac. trib. lib. x. & per l. iij. C. de

¶ In rubrica. Quę ibidem vide in nu. 4. cum pluribus ſeq.

✻ Videlicet quòd bene & pœnalis actio ex illo edicto, de eo, per quę fa. erit. dato quòd ex vna parte tantùm ſit pœnalis. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ⁂ Adde in hac q. veriorem videri Salic. & Iaſ. ſententiam ꝙ imò talis receptans, & occultans, teneat creditori. Primò moneor tali ratione, quæ eſt ratio ꝙ quis ex edicto, de eo, per quẽ fac. erit tenetur actori ad intereſſe. Certè nulla alia, niſi quia ſuo dolo actor damnum paſſus eſt. Hoc facile probatur ex l. j. in prin. & l. ii. in princ. & §. fin. ff. eo. ſed in q. noſtra. dolo acceptãris, & occultãris creditor damnũ patitur, quia ſuum conſequi non poteſt: ergo dicamus eũ teneri. Nã iſta duo æquiparantur, ꝙ quis ſit citatꝰ, vel ꝙ ipſe fecerit quò minus citaretur: vt eſt a tex. in cle. ij. vt lite pẽdẽ. nihil innoue. Ĩ rẽtereà cõtra Bald. virget quippe tex. in d. l. fin. C. de oper. lib. nec video quare magis teneri debeat occultãs libertum, quò minus patrono operas debitas præſtet, quàm occultans alienũ debitorẽ. Prætereà facit, quia ſemper via eſt pręcludẽda malitiis. l. in fundo. ff. de rei vẽd. c. j. §. fi. de iuram. cal. lib. vj. qđ non eſſet, ſi iſte impunè occultaret, nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. non debet. ff. de reg. iur. Et pro iſta parte videtur tex. ſumpto arg. per locũ à ſpeciali Ĩ l. præſenti. in prin. ibi: nec pro his venerabiles. &c. C. de his, qui ad eccl. confug. & facit tex. Ĩ ratiõe ſui in l. ſi liber homo. ff. ad exhibend. vbi ex ratione illius tex. videt ꝓbari ꝙ ex quo creditoris pecuniariter intereſt, occultãs, ſeu receptans teneatur actiõe ad exhibẽdũ, ſaltim vt exhibeat debitorẽ. & ꝓ hoc faceret text. ibi: ꝙ ſi in finibus. in d. l. præſenti. Ĩ. alleg. Nec eſt verum ꝙ titulus, ne qs eũ, qui. &c. eſſet ſuperfluus, ſi eximẽs aliter, quàm per vim, teneretur. qđ patet per totũ titulũ. ff. de eo, per quem fac. erit. itẽ ex titulo, ne qs eũ, qui. &c. tenetur quis actori quantũ in litẽ iurauerit, etiam ſi calumnięt. l. pę. §. aſſeſſ. Poſteà dicit quòd eſt ſpeciale in caſibus illarum legum: aliàs verò quis non tenetur ad debitum, niſi vi eximat, per legem penulti mam. §. j. ff. ne quis eum, qui. quia aliàs, ſecundùm eũ, ille titulus eſſet ſuperfluus. Potes etiam dicere ꝙ d. l. quoties. loquitur, quando quis exemerit, vel ſubtraxerit incarceratũ de carceribus: vt ibi per Bar. & alios. quod nõ eſt in quęſtione noſtra. Fortè nõ eſſet [a] ⁂ ponere os in cœlum, tenere ꝙ in quæſtione Ĩ. formata contra illum impedientem cõpetat actio in factum ex edicto, ne quis eum, qui. propter generalitatẽ verbi, Eximere. ſecundùm quod declarat tex. in l. ſed eximendi. in princ. iuncto §. prætor ait. ff. ne quis eũ qui. vel ꝙ ſaltem quia non interuenit vis, ſed tantùm dolus, competat actio in factũ ex edicto, de eo, per quẽ fac. erit. & contra Bald. in d. l. fi. ꝙ imò impediens teneatur ipſi ſoluere, tenet, & fortè melius, ibidem ⁂ ali. Crederem etiã ꝙ iſto caſu prouideatur creditori mediantè ti. fi quis ius dicen. nõ obtem. hoc modo: quia iudex haberet præcipere illi occultanti ne impediret executionẽ: & ſi contẽneret præceptum, poſſet iudex procedere ad multas, & alia remedia, quæ tradi ſolent per ſcribentes in l. j. in prin. ff. ſi quis ius dic. non obtempe. & per Bart. ibi in §. j. ad fin.

104 ¶ †Tertiò circa prędicta quęro: quia prędicta procedũt quãdo aliquis eximit per vim captũ à manibus familię: quid ſi aliquis exemerit poſitã in carceribꝰ ab ipſis carceribus? Io. Fab. hîc, in pe. col. diſtinguit, Aut erat incarceratus pro debito ciuili: & tũc eximẽs teneat ad principale debitum: per d. l. quoties. C. de exac. trib. lib. x. quæ lex ſecundùm Io. Fab. licet loquatur in fiſco, habet tamen locum, imò expreſsè loquitur etiã in priuato. Et ita etiam ego tenui ſ. ad fi. primæ partis huius glo. & ita tenet ibi Bart. quicquid ibidem dixerit gl. Si verò erat incarceratus pro cauſa criminali, & ſic pro maleficio: & tunc ſi erat conuictus, & confeſſus, & condemnatus, tenetur eximens crimine læſæ maieſtatis. l. iiij. ver. pe. vbi caſus. ff. ad leg. Iul. maieſt. Aliàs verò, quicquid dixerit Ioan. Fab. ſi non erat confeſſus, vel condemnatus de maleficio, qualiter eximens puniatur, habes text. in §. arripiant. in auth. vt omnes obe. iudi. prouin. & ita Bart. in d. l. iiij. ff. ad leg. Iul. maieſt.

105 ¶ † Aduertite tamen, ꝙ illud, quod dixit Io. Fab. ſ. ꝙ eximẽs incarceratũ pro debito ciuili, teneatur ad principale debitũ. Iſtud eſt verum quantùm ad creditorem quantùm verò ad fiſcum, & ad Rempublicã Ioan. Fabr. nihil aperit: ſed Bal. in d. l. addictos. C. de epi. audi. viſus eſt ſentire ꝙ teneatur leges Iulia maieſt. quod non eſt verũ, vt ex prædictis patet. Vnde puto Bald. intelligendum, & declarandum ſecun-

106 dùm ſuprà dicta. ¶ †Item prædicta de incarcerato pro maleficio confeſſo, & condemnato, procedunt nedum ſi quis eximat de carceribus, ſed etiam ſi quis illum eximat à manibus familiæ, ſecundùm Barto. in d. l. iiij. de quo etiam vide Barto. in l. legis Iuliæ. ff. ad legem Iul. de vi priua. & in extrauag. ad reprimen-

107 dum. in glo. in ver. tangatur. ¶ †Item ad prædicta de eximente incarceratum pro maleficio, de quo eſt confeſſus, & cõdemnatus, quòd incidat in crimen læſæ maieſtatis, vt dicit d. l. iiij. verſic. penulti. limitat multùm ſingulariter Ioan. Fab. hîc, in vlt. col. vt non procedant, nec obtineant à captis ab aliis iudicibus, quàm ab Imperatore. Quod dictum ſi eſt verum, eſt aurea nota digniſsimum: nec illud inuenies alibi, de quo tamẽ dubito propter d. l. iiij. in verſicu. penult. [b] ⁂ ¶ †Item limitat, niſi condem-

108 natus, vel alius pro eo, puta conſanguinei, vel amici appellarint & iuſtè, à ſententia condemnationis: iuxta l. non tantùm. ff. de appel. Quo caſu, ſi iudex, non obſtante appellatione, vellet exequi ſententiam, quæ non eſt ampliùs reiterabilis, vel retractabilis iſto caſu licitum eſſet, c etiam de facto reſiſtere iudici [c], & impunè impedire talem executionem: quia per appellationem ſublata eſt iuriſdictio iudicis à quo. Ita fing. Inno. in c. ſi quando. in glo. ſua. in verſic. tranſactione. extra de offic. deleg. Quod dictũ refert apud Legiſtas, & illud ſequitur, & illud reputat notabile Bal. in d. l. addictos. C. de epi. b aud. & ibi vide alia pulchra per eum, & hîc etiam videas Ange. dicentem multa. Ad dictum Innoc. adde Bald. in l. ab executione. C. quo. app. non reci. & Ange. in l. ij. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. & quod not. Bald. in l. vt vim. in princi. ij. col. ff. de iuſti. & iure. & in l. facultas. per illum textum. C. de iure fiſci. lib. x.

109 ¶ † Tertiò & vltimò pro nunc prædicta de eximente confeſſum & condemnatum, limitat fing. Bald. in l. addictos. C. de appella. & ibi etiam Salic. in fi. vt non procedant in cardinalibus. Nam ſi cardinales obuiãt ei, qui ducitur ad mortem habent ex conſuetudine hoc priuilegium quòd poſſunt eum eximere, & à morte liberare. ¶ Sum modò in tertia parte huius gl. & vltima ibi: ſecũdo quæritur, nonne per conuentionem. Ad cuius euidentiã antè, quàm illam diuidam, & expediam, præmitto,

110 & etiam præmittebat Ang. de Are. hîc, †quòd aliud eſt interruptio præſcriptionis, aliud eſt perpetuatio actionis. Interruptio impedit præſcriptionem cœptam impleri, nõ tamen prorogat vitam actionis. Vnde cùm eſſet interrupta vna præſcriptio, non poteſt amplius procedere, niſi præſcriptio interrupta de nouo inchoetur: & tunc erit denuò neceſſarius totus ille curſus temporis, qui primò requirebatur l. cùm notiſsimi. in prin. & l. ſicut. C. de præſcri. triginta, vel quadraginta annorum iuncta l. naturaliter. cum materia. ff. de vſuſcap. Et iſta interruptio aliquando fit per ſolam conuentionem, ſeu citationem, vel miſsionem executoris: aliquando requiritur litis conteſtatio: c aliquando ſentẽtia & cum effectu, vt ſ. dicam. Perpetuatio verò actionis prorogat tempus actionis, cui præſcribebatur, & facit quòd actio efficitur

111 bito, † quòd vbicunq; fit perpetuatio actionis, ſemper illa perpetuatio indifferenter extendatur ad quadraginta annos, cuiuſcunq; temporis eſſet prima actio, ſiue annalis, ſiue decennalis, ſiue viginti, ſiue triginta annorum: non autem per perpetuationem actionis ſolùm ſuperadditur tempus decem annorum. Iſtud oſtenditur clarè nam reſciſſoria durat tantũ anno. §. rurſus. in ver. intra annum. ſ. eodem. & ibi latè dixi. l. in honorariis. in ver. ſed cum reſciſſa. ff. de act. & oblig. & tamen per litis conteſtationem perpetuatur in quadraginta annis, quemadmodum & aliæ actiones: vt not. gloſ. in l. ſi. in ver. antepe. in ver. finiendámque litem. C. de temp. in integ. reſtit. peten. glo. in l. ſi. in ver. finiendæ. C. de dolo. & gloſ. in d. l. fin. in glo. ij. in ver. extendimus. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum. Iſta ſunt, quæ voluit Ioan. de Imo. in l. ij. §. ſi rem. ff. de

113 vſuſcap. pro empto. † Vbi per hoc infert notabiliter quòd ſi ſtatuto caueatur quòd ſi creditor non petierit creditum ſuum intra decem annos, quòd non audiatur vlterius: quòd ſi interrupta fuerit præſcriptio per litis conteſtationem, iſto caſu præſcriptio decem ann. inducta à ſtatuto perpetuabitur in quadraginta annos: non autem per perpetuationem ſolùm ſuperaddetur tempus aliorum decem ann. Et idem in terminis ſtatuti tenet etiam Imol. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obli. & Ange. in d. l. ſicut. C. de præſcri. triginta, vel quadraginta ann. quamuis ipſemet Ange. ſibi contrarius in l. ij. §. ſi rem. tenet quòd imò prędictę præſcriptioni ſtatutarię decennali propter perpetuationem ſolùm ſuperaddentur alij decem anni. Ego multũ dubito in prędictis, propter d. l. fi. & d. l. j.

114 in ver. exceptis. † & quia glo. ſ. allega. per Imo. in reſciſſoria non dicunt quòd per litis conteſtationem perpetuetur vſq; ad quadraginta annos: ſed ſimpliciter dicunt quòd reſciſſoria per litis conteſtationem perpetuatur, & non dicunt in quantum tempus vnde poſſum dicere quod perpetuantur, id eſt, ſuperadduntur alij decẽ anni, quemadmodum in præſcriptione triginta ann. propter perpetuationem ſuperadduntur alij decem anni. d. l. fi. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta ann. & d. l. j. in ver. exceptis. Niſi diceres quòd quamuis glo. illę ſimpliciter dicant, perpetuetur: quòd intelligatur ſcilicet in quadraginta ann. & quod iſtud denotet terminus Perpetuetur, per rubri. ff. de perpe. & tempo. act. Cogitabitis, cùm authoritas Imo. ſit magna, & non habeat contradicentem. In

115 deciſione tamen ſtatuti credo ſine dubio † quòd verum dicat, ſcilicet quòd per litis conteſtationem fiat perpetuatio in quadraginta annis, non per rationẽ ſuam, quã ſ. retuli, ſed eò quia breuior præſcriptio ſurrogata in locum maioris præſcriptionis, ſapit eandẽ naturam. Ita no. Bal. in l. in contractibus. in fi. prin. per illum tex. C. de non nume. pecu. quod dicit ipſe facere ad ſtatuta, quæ minuunt præſcriptiones legales, & hoc reputat multũ notabile. Cùm ergo præſcriptio iſta ſtatuti decẽnalis ſit ſurrogata loco præſcriptionis triginta anno. quæ de iure communi competebat d. l. ſicut. & d. l. omnes. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta ann. non mirum, cùm ſapiat eius naturam, ſi per litis cõteſtationem perpetuatur in

116 quadraginta annis, ſicut prima perpetuata fuiſſet. Et † quòd iſta præſcriptio decennij inducta per ſtatutum ſapiat naturam præſcriptionis triginta annorũ, tenet Bal. in l. fi. arg. illius tex. C. de tempo.

117 in integ. reſti. peten. Accedat † quòd lex ar a ctans debet regulari ſecundùm legem arctatã: ſicut dicimus de lege interpretante, in authen. de filiis ante dot. inſtr. na. in prin. Et hæc ratio magis placet, quam nõ inuenies ab aliis in iſtis terminis tactam. ¶ His ſic præmiſsis venio ad b vltimam partem glo. in qua gloſ. per modum quæſtionis formac vnam oppoſitionẽ hoc modo: Iſta duo edicta, de quibus hîc loquitur text. ad finem, locũ habent, quãdo propter exemptionem in ius vocati dies actionis expirauit: vt l. ſed eximendi. in princ. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi eximat. & l. fi. in prin. ff. de eo, per quẽ factum erit. Sed facta citatione interrũpitur præſcriptio: & ſic actio nõ poteſt expi c rare: vt iuribus hîc in gloſ. alleg. Ergo videtur quòd illa edicta nunquã locũ habere poſſunt. Propter hoc contrariũ facta eſt glo. in hac vltima parte, quæ diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum eſt. In ſecũda multipliciter reſpondet. Secunda ibi: reſpondeo hîc non per executionẽ. Illa ſecunda diuiditur in quatuor partes, quemadmodũ quatuor ponuntur ſolutiones. Partes de ſe patẽt. Et quaſi ſimilem glo. habetis in l. fi. in prin. in gloſ. mag. in ver. acquirat. ff. de eo, per quem factũ erit. in l. ait prætor. §. fi in ver. ex ſuprà dictis. ff. ex qui. cau. maio. & in d. l. ſicut. in ver. per executorem. C. de præſcri. triginta, vel quadraginta ann. & in d. l. conſtitutionibus. in ver. quaſi. alle. in glo. & in l. ſi eum. §. fi. ff. ſi quis cau. ¶ In ea. gloſ. ibi: etiã iure veteri perpetuabatur. quamuis alij non aduertant, dicite quòd gl. impropriè, & malè loquitur: quia, vt declaraui in euidentiali ſ. po-

118 ſito, † nunquã per ſolam conuentionẽ perpetuatur actio, ſed bene interrumpitur præſcriptio. Vnde gloſ. debuit dicere, interrumpebatur: non autẽ, perpetuabatur: quia, vt ſtatim dicam, aliquãdo interruptio fit per ſolam conuentionẽ. Et quòd gloſ. voluerit dicere, interrumpebatur, patet: quia de iure antiquo, & ſic de iure Digeſtorũ, de quo glo. mentionem facit, ſecũdùm quod ego credo, quãuis ab alio nõ habuerim: iſta perpetuatio actionis nondũ erat inuẽta, quæ poſteà fuit inuenta de iure Codicis: vt d. l. fi. C. de præſcrip. triginta anno. & d. l. j. in ver. exceptis. C. de anna. excep. ¶ In ea. glo. ibi: per ſuam denuntiationem eũ conuenerat. Hanc impugnat Io. Fab. hîc, & ſequitur in effectu Ange. de Are. hîc: quia hęc materia loquitur, quando quis iudiciali authoritate fuit citatus: imò oportet quòd iuſſu maioris iudicis fuerit facta citatio. l. ij. §. j. ff. ne quis

119 eum, qui. ¶ †Vnum tamen ſentit hîc gloſ. not. quamuis per alios a non ponderetur, quòd per denuntiationem extraiudicialem [a] factam à parte non interrumpatur præſcriptio. Idem ſentit gloſ. in d. l. fin. in princi. in gloſ. mag. in ver. acquirat. ff. de eo per quem fac. erit. & habes bonum text. in l. alienam. ff. vſuſcap. pro emp. not. Imol. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obli. & in c. fin. extra b de præſcript. [b] ⁂ ¶ Nota tamen † quòd in caſibus, in quibus ſola

120 citatio interrumpit præſcriptionem, eodem modo interrumpit denuntiatio facta per quemlibet, licet non nuntius publicus ſit, dummodo fiat de licentia, & authoritate iudicis. Ita ſing. tenet Bal. in l. ij. in penulti. col. C. vbi in rem act. ¶ In eadem glo. ibi: & ſecundùm hoc hodie eſſet correctum, &c. gloſ. bene reprehendit hanc ſolutionem: quia poſito quòd in dicta l. conſtitutionibus. dicio Quaſi, ſtaret aſſertiuè, & ſic probaret quòd requiritur litis conte-

121 ſtatio, tamen in d. l. ſicut. & in l. cùm notiſsimi. in princ. dicit † quòd c ſola citatio interrumpit præſcriptionem: [c] & ſic ſequeretur quòd hodie illa duo edicta, de quibus in hoc text. fit mentio, eſſent hodie correcta. ¶ In eadẽ gl. ibi: vt C. quãdo libel. prin. da. l. j. & ij. quamuis aliter hanc non impugnent doct. tamen hîc impugno: primò quia diuinat: ſed fortiùs illa l. j. & ij. ſolùm procedunt in actionibus prætoriis & pœnalibus, vt dicit text. in dicta l. ij. & gloſ. in d. l. ſicut. in ver. nec ſufficit. & glo. hîc: ergo ſequeretur quòd quantùm ad alias actiones quæ non eſſent annales, iſta duo edicta nõ proce-

a ¶ Extraiudicialem. Vide Felin. in c. illud. in col. vlt. ver. decimaquinta conciuſio. de præſcript.

b ⁂ Aduerte ꝙ & ſi conuentio extraiudicialis nõ interrũpat præſcriptionem, d. l. alienam. ff. pro empt. impedit tamẽ inchoandam, vt eſt tex. notab. quamuis vulgatus in l. ſi fundũ. C. de rei vend. Sardus.

c ¶ Præſcriptionẽ. Vide Angel. de Aret. in conſilio cxxxvij. quod eſt inter conſi. domi. Alex. de Imol. in ij. parte. vbi an per citationẽ per ſonalem, an per realem, & quomodo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

derent,sed essent correcta.[a] ✻¶ In ead.glos.ad fi.Hanc etiam impugnāt doc.quia d.l.sicut.& d.l.cùm notissimi.loquūtur tam in personalibus,quàm in realibus. Prętereà vltra eos seque retur q in realibus ista duo edicta essent hodie correcta:quod nō est dicendū. Reprobatis ergo omnibus solutionibus glos.Io.Fab.hîc pro solutione dicebat,& primò q d.l. constitutionibus.nihil facit,eò quia ibi nō quæritur de interruptione præscriptiōis,sed an actio efficiatur transitoria ad hæredes: quia primò transitoria nō erat.Et hæc fuit solutio,licet ipse non dicat,glo.in d.l.constitutionibus.in ver. quasi. & glo.in d.l.fi.in glo.mag.in prin.in ver.acquirat.ff.de eo,per quem fac.erit.& ibi eam etiam approbant Iac.But.Bar. & Bal. & etiam Ang. in l.ij.§.si eam rem.ff.de vsuc.pro emp.Et sustinendo hanc solutionem,quantùm ad d.l.cōstitutionibus. quæ solutio videtur esse communis,quia contra eam videtur obstare tex.in l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis cautio. respondeas vt per Imo.in d.§.si eam rē. & ad §. j.versi.pœnales.j̄.de perpe.& tempo.act.& l.j. C.ne ex delic.defun.cum simi.qui text. etiā videntur multùm obstare prædictæ solutioni, respondete vt per Ioan.Fab.in d.ver. pœnales. & per Cyn. post antiquos in d.l. sicut. Sed ad propositū nostrum obstāt.d.l.sicut.& d.l.cùm notissimi.in prin.quæ sine dubio loquuntur de interruptione præscriptionis per citationem. Pro vera ergo solutione, omissis his, quæ dicuntur per Io.Fab.hîc,post Iac.& Pet. in quibus non attingunt veritatem:dicite secundùm Ia.Butr.hîc,quem refert,& sequitur Nico. de
122 Neap.hîc,in xj.oppo.glo.q †quædam est præscriptio merè odiosa, quæ procedit solùm ex mera negligentia nō petentis,non attento aliquo fauore præscribentis,in qua non requiritur,nec titulus,nec bona fides: vt est præscriptio triginta ann.& ista sola citatione, & conuentione interrumpitur. Ratio est, quia cùm ista præscriptio currat solùm propter negligentiā,nō petētis,certè p citationē cessat ipsa negligētia quę erat causa huius præscriptionis. de ista loquit d.l.cū notissimi. in prin. & d.l. fi-
123 cut. ¶ †Quędā est præscriptio merè fauorabilis,vt est vsucapio triēnij,quæ causatur ex mero fauore præscribentis tantùm,propter eius titulum,& bonā fidem, nō considerata negligentia nō petentis: & ista non tollitur nec per citationē,nec etiā per litis contestationē: quia per litis cōtestationem non tollitur titulus, & possessio præscribentis, ex quibus causatur fauor:vnde tunc requiritur sententia:vt l.si post
124 acceptum.ff.de rei ven. ¶ †Quędā est præscriptio mista,quæ currit tam fauore præscribentis,quàm negligentis non petentis,vt est præscriptio decem,vel viginti annorū:& in ista eligitur media via,vt nō interrūpatur per solā citationē,aut executoris missionē,sed requiritur litis contestatio:vt l.more.C. de rei vendi.
125 ¶ †Quædā est præscriptio,quę sui natura currit,vt sunt prætorię annales,qualis est redhibitoria,quāto minoris,& similes:& istæ interrūpuntur litis cōtestatiōe,vel libello principi dato,qui idē importat:vt l.j.& ij.C. quādo libel.
126 princ.da.†Et suprà scripta distinctio, q præscriptionū quædā sunt merè fauorabiles, quędam merè odiosę, & quędā mistę,probatur in l.fi.in fi.vbi glos.C.de edic.di. Adri.tol.in glo.in ver.ex vna parte.cū gl.seq.in ver.ex vtroq;.& idē Bar.& alij. Sed habent Canonistę tex.expressum,& notabilē in c. placuit.el ij. in §.præscriptionum.xvj.q.iij. Modò ad propositum nostrum illi duo titu.ff.ne quis eum,qui. & ff. de eo, per quem fac.erit. de quibus loquitur tex.noster ad fi.non possunt intelligi de præscriptione merè odiosa triginta ann. quæ sola citatione interrumpitur: quia talis præscriptio erat incognita de iure Digestorum: vt est glo. in l. qui occidit. §.j.in ver.amiserit.ff. ad legem Aquil. & glo.in l. Iulianus.in glos.mag.ff.ex qui.cau.ma. Intelligunturergo necessariò illi tituli vel in vsucapione triennij,vel mista, vel de ea, quæ currit sui
127 natura, in quibus præscriptio non interrumpitur per solam citationem, aut conuentionem,aut missionem executoris. Et sic clarè cessabit contrarium glos. quòd ista est merè veritas, & hanc solutionem sequitur ibi Barto. scilicet in d.l.sicut. C.de præscript. triginta ann.& in l.fin.in prin.ff.de eo,per quem fa. erit. & in l.ij.§.si eam rem.ff.de vsucap.pro empt. & omnes cōmuniter sequuntur.
128 sicut. ¶ †Qualiter autem interrumpatur præscriptio in criminalibus,ponit Barto.in l.naturaliter.ad fi.ff.de vsucap.& in l.mariti.§. quinquenniū.ff.de adul.& Bal.in l.j.C.quando lib. prin.da.& Bal. & Ang.in d.l.cùm notissimi. & Bal.in d.l.fi.in fin.prin.ff. de eo,per
129 quem fac.erit.& Lud.in l.j. in princ.ff.de arbi. † Et circa prædicta vnum singulariter nota, quod ponunt Canonistæ in cle.ij. vt lite penden.quòd nunquàm per citationem interrūpitur præscriptio, nisi de tali citatione sit facta relatio per nuntium iudici, & talis relatio sit in scriptis redacta.[c] Et ibi dicit Pet.de Anch. istud esse singularissimum dictum,& refert se illud audiuisse à do. Bal. in voce
130 allegante Gul. de Cu. hoc tenere in d.l.sicut. ¶ † Item not. quòd nunquàm per citationem interrūpitur præscriptio,quando actor, qui facit citari, fuit ipse contumax, & non comparuit in termino citationis,eo quia citatio circunducitur.[d] Ita Bald.in l. & post edictum.§.j.per illum tex.ff.de iudi. & in l.j.ff. de in ius vo. & in d.l.
fi.in prin.ff.de eo,per quem fac.erit. Eodem modo citatio nulla,[e] non interrumpit præscriptionem,secūdùm Bart.in l.accusaturus. ff.de adul.& Bald.in l.si pater.C.ne de sta.defun.per glos.no.ibi in
131 ver.status.quæ vult †quòd litis contestatio nulla non interrumpat præscriptionē,nec inducat per perpetuationē actiōis. Dicebat etiā no.Bald.in addi.ad Spec.in tit.de cita. quòd non meminit se legisse quòd citatio realis interrumpat præscriptionem, quamuis verbalis sic. ¶ †An autem libellus ineptus,vel malè conceptus,inter-
f rumpat præscriptionem,[f] habetis glo. in auth.offeratur.in glo.fi. in ver.pro nihilo.& ibi Bal.in vij.col.C.de lit.conte. & per Barto.
133 in d.l.accusaturus. ¶ † An autem si per modū exceptionis sit actio proposita in iudicio,an per talem exceptionē interrumpatur præscriptio,& an inducatur perpetuatio actionis, ponit Barto.in l.omnes actiones.ff.de reg.iur. & in l.fi autem.la j.§.fi.ff. de neg gest. & Bal.in d.l.cùm notissimi.in prin.& in §.imò.ad fi.& in l.ij. aliās
134 iij.ad fin.C.de ædil.edic.†Illud semper tenete menti,quòd illa demum litis contestatio inducit interruptionem præscriptionis, & perpetuationem actionis, quādo quis contestatur litem eo animo, vt vsq; ad finem litem perducat:aliās secus. Vnde si lite contestata sponte desisteret,postea à lite,nō diceretur interrupta præscriptio. Glos.est fin.quæ istud in terminis tenet in c.placuit.el ij.§.præscriptionum.in ver.interrupta.xvj.q.iij.& eam sequitur, & cōmēdat vsq; ad astra Lud.Ro.in l.fi verò.§.de viro. in xxiiij. fallen.ff. solu-
135 matrimo. ¶ †Extra glos. restat vt videamus qualiter formandus sit libellus in hac materia istarum duarū actionū, scilicet actionis in factum ex edicto, ne quis eum,qui. & actionis in factum ex edicto,de eo,per quem fac.erit. de quibus duobus loquitur §. noster, ad fin. Et de istis libellis in vtraque actione vide plenè per Specu. in titu. de do. & contu.§. restat. in quarta parte.ad fin. secundùm quod refert Nico. de Neapo. hîc, in vltimis verbis huius §. & in dicto

a ✻Adde q Ias. iu-dicio meo nō intellexit glos. nec eius mentem percepit. Nam glos. respondet ad d. l. constitutionibus. q ibi eramus in casibus in quibus libellus,vel conuentio habebat vim litis contest. vt est in actionibus pœnalibus prætoriis d.l.j. & ij.C.quando libel. princ.obla.& Ias. multùm incōsultè facit cōsequētiam:ergo sequitur q isti duo tituli quo ad alias actiones perpetuas non pœnales sunt correcti, qđ nullo pacto inferri pōt ex glo.nostra. Tu verò inferas ex hac solu. glo.q isti duo tituli,de quibus in hoc §.non procedūt in illis actionibus, in quibus conuentio habet vim litis cōtestatæ, vt d.l. constitutionibus. secūdùm istum intellectum gl.in aliis verò perpetuis nō pœnalib⁹,in quibus libell⁹ nō habet vim litis cōtestatæ, isti tituli sine dubio procederent. Et hæc est propriè mens gl. nostræ: quamuis d.l.constitutionibus. aliter intelligatur, vt statim subiicit Ias. Carcassona Sardus.

b ¶ Statutaria. Vide Feli.in c.illud. circa finē ij. col. in ver.circa ciuiles. vbi ponit an per solā citationem.

c ¶ Redacta. Vide Feli.in d.c.illud. in vj.col.versi.secunda conclusio. de præscrip.

d ¶ Circunducitur, Vide Feli. in d.c. illud. in vj. col. versi.verumtamen super his. vbi refert ipse hanc q. fuisse in Rota.

e ¶ Nulla. Vide Feli.in d.c. illud. in fi.ij.col.in ver.dū subdit abbas. de præscrip.

f ¶ Præscriptionē. Vide Feli. in d.c. illud. in iij. col. circa fin.in versi. secunda declaratio. de præscrip.

dicto loco Spec.& ibidem Ioan.Andr.in addi.ponunt practicam.
136 & materiam dictorum titulorum.† Et in primis in actione in factum ex edicto, ne quis eum,qui potest sic formari libellus ex mente dicto.hîc,maximè Ioan.Fab. Dico contra Titium, quòd cùm coram tali competenti iudice feciſſem in ius vocari Sempronīū ad talem diem ex tali causa,idem Titius dictum Sempronium ad ius venientē per vim detinuit,& impediuit:propter quod idem Sempronius ad dictū tēpus corā dicto iudice nō cōparuit: quapropter actio mea,quā contra eum habebā,extincta est. Quare cùm dictus Titius teneatur mihi quanti in litē iurauero,& paratus sim iurare vsq; ad summā centum,peto me ad iuramentū admitti,& prestito iuramento,dictum Titium in dictis centum condēnari,& compelli,&c. Et si ille Titius exemisset à manibus familiæ,idem esset narrandum,scilicet q ad instantiam meā ducebatur per familiā iudicis authoritate, &c.& erit cōcludendum vt s. Et prædicta forma libelli colligitur etiam ex dictis Bar.in l.penul.§.docere.ff.ne quis
137 eum,qui.† & ibi etiam habes,per eum qualiter formandi sint articuli in actione hac,quē simpliciter refert Angel.de Are.hîc in vlti. char.Et an in cōclusione libelli sit fienda mētio de interesse, prout faciebant antiqui,vt Ioan.& Pet.& Nic.de Neap.in penul. quæst. extra glos.in materia actionis in factum:quæ competit contra exi mentem per vim:dicebat Ioan.Fab.quòd nō auderet hîc ponere: cùm hęc actio competat,dato quòd nihil interfit.Istud plenè exa-
138 minaui s.in gl.mag.in ver.item aduersus.in prin.col.xvj. ¶ †Qualiter autem sit formandus libellus in actione in factum ex edicto, de eo,per quem factum erit.dicite prout s.saluo quòd in precedēti fit mentio de violētia:hîc autem doli.Debet ergo narrari, quòd Titius per dolum fecit,vel dolosè procurauit,q alius faceret,quòminus Sempronius in ius vocatus veniret ad iudicium:eò quia dolosè sibi nuntiatum fuit q pater eius mortuus fuit,vel aliud simile, propter quod non fuit ad iudicium. Posteà in conclusione debet concludi,nō vt s.sed in interesse.Et quia ista actio cōpetit nedum vocato:sed etiam vocato exempto per dolum,vt s.dixi in gl. mag. in ver.item aduersus.in secunda parte principali.si vocatus exemptus ageret, deberet & ipse narrare,vt s. & posteà concludere ad suum interesse:vt hîc habes in fine in specie per Angel.de Aret. Et per ista remanet expeditus præsens §.

LAVS DEO.

1 *Actiones præiudiciales quare dicantur præiudiciales. 2. 4. 13. 14. 15. 38. & 39.
3 *Sententia lata super principali,an super incidenti præiudicium faciat.26.
5 *Petitio hæreditatis,causa centumuiralis dicitur.
6 *Iudicium vniuersale an dicatur præiudiciale ad aliud eodem modo vniuersale?
7 *Iudicia vniuersalia an. si pendeant,dicantur præiudicialia ad iudicia particularia.
8 *Iudicio particulari an ille,contra quem agitur vniuersali,cōtra alios agere possit.
9 *Iudicia particularia,an si sit contentio inter duos sacerdotes de rectoria alicuius ecclesiæ,vel aliqua præbenda,silere debeant vt per aliquem eorum interim intentari non possint.
10 *Prælatus si locauerit prædiū ecclesiæ, & ei postea moueatur quæstio de prælatura,an pendente ista quæst. pensionē soluere compellere possit.
11 *Pensiones si abbati non iustè electo soluantur,an soluentes liberentur.
12 *Iudicium an vitietur per omissionem cognitionis præiudicialium.
16 *Sententia lata super ætate an alijs personis præiudicet.
17 *Exceptiones præiudiciales quæ dicantur,& quæ replicationes.18.
19 *Actiones præiudiciales an sint in rem,vel personales.20.22.
21 *Pars minor cedit maiori.
23 *Verbum videtur quando sit veritatis expressium.
24 *Causa alimentorum est summaria.
25 *Libellus an requiratur in causis summarijs.
27 *Sententia quando in præiudicialibus,vel quasi, inter illos, quorum principaliter interest, principaliter cognitum sit,an inter eos lata omnibus præiudicet.
28 *Sententia lata in præiudicialibus ad hoc vt faciat ius quo ad omnes, quot requirantur.31.
29 *Sententia lata cum vno,an præiudicet omnibus.
30 *Sententia,si contentio sit inter duos nobiles de iurisdictione si feratur pro vno,an præiudicet populo illius castri.
32 *Pluralis locutio non potest esse contenta minori numero duorum.
33 *Testator si instituat duos filios hæredes vniuersales,filiam in certa quantitate:& si aliquis eorum decesserit sine liberis,quòd portio eius deueniat in superuiuentes,an mortuo vno ex filiis filia ad illud fideicommissum admittatur.
34 *Remedium ordinarium vbi adest,semper cessat extraordinarium.
35 *Actiones præiudiciales directas & contrarias an sit dare.
36 *Libelli in actione vtili præiudiciali qualiter sint formandi.
37 *Libellus quando agitur rei vendicatione adiecta causa de iure Romano, qualiter formandus sit.
40 *Petitio hæreditatis an hodie sit præiudicialis.
41 *Coloni censiti,& adscriptitij,qui dicantur,& qualiter differant.
42 *Colonorum quot genera sunt.
43 *Actiones vtiles,& directæ differunt, & distinguuntur tanquam species oppositæ.
44 *Actio directa præiudicialis quòd liberis personis non competat, est notoriè falsum.
45 *Actio vtilis præiudicialis contra quos competat.46.47.52.
46 *Actio præiudicialis an reperiatur, per quam quis aliquam in vxorem, vel vxor aliquem in virum vendicet.
48 *Officium iudicis an pro adscriptitijs, & censitis, & contra eos competat.& an confessoria, & negatoria vtilis tantùm, & an præiudicialis vtilis, & an rei vendicatio adiecta causa de iure Romanorum.51.52.53.
49 *Officium iudicis an ad futuras præstationes competat.55.
50 *Tractus futuri an spectent ad iudicem.56.
54 *Libellus quando agitur contra adscriptitium,censitum, & similes personas,qualiter formetur,& quando agitur contra vasallum & econtra quando agitur à vasallo contra dominum.
56 *Lex,cùm de in rem verso.quando locum habeat.57.58.63.64.65.69.
61 *Emphyteuta si decem annis soluat canonem, an talis præstatio sufficiat domino ad probandum eum emphyteutam suum.
62 *Emphyteuta si amiserit instrumenta suarum inuestiturarum,an ex diutina præstatione canonis emphyteutici probetur quòd præcesserat concessio in emphyteusim.
66 *Rusticus an si soluit mihi omni anno vnum par caponū per decem annis in futurum teneatur.
67 *Notarius si per decem ann. se pro notario gessit,an per hoc probetur, & præsumatur.
68 *Prælatus si nomine census tres solidos quolibet anno habere debeat,an recipiendo duos tantùm omnibus annis,præiudicet ecclesiæ.
70 *Statutum si requirat probationem etiam instrumentalem,an sufficiat probatio per præsumptionem.
71 *Probatio quæ fit per præsumptionem legis,an sit vera, & cadat in statutis.
72 *Probatio filiationis quæ fit per præsumptionē legis an sit vera, aut ficta, & an cadat in statutis.
73 *Probare non dicitur ille,qui iuris præsumptionem pro se habet.
74 *Sententia lata in hac forma:Condemno te ad soluendum vnum par caponum omni anno tali domino prout tui antecessores fecerunt,nullam penitus conditionem habet.

§.Præiudiciales quoque.

¶ Quāuis iste §. sit multùm latè per glossatorē nostrum. Accur. cōmentatus,eo tamē non cōtenti doct.antiqui,& etiam alij scribentes,tot, & tantas quæstiones congesserunt,vt ex eorum scriptis possit propemodum infinitum fieri.Iacobus de Ra.& Ioannes de Blanosco antiquus doctor & solennis,de quo mentionem facit Bartolus & eum cōmendat in l. quòd Nerua.in lect.& etiam in repe.ff. depositi.in §.hoc, accumularūt etiam materiam feudorum,quorum pleraſque quæstiones tetigit posteà, & prosecutus est Nicol. de Neapo.hîc. Ioannes verò Fab. super hoc §.tot quæstiones aggregat,vt penè innumerabiles sint. Ego ea duntaxat attingam,quæ necessaria putauero ad hunc text. & eius gl. post habita omnino materia feudorum tanquàm extra-

uaganti

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Intruso. Quis autē dicatur intrusus: vide Felin. in c. in nostra. in vj. col. in secūdo corelario. de reso. & in c. meminimus. in ij. col. post prin. statuta de accu. & late in c. veniens post prin. j. col. ver. nota secundo. eo. titu. & Ioan. Cal. in cōsil. xiij. in ti. de verb. signifi.

b ¶ Cognoscatur. Adde Pau. de Castro in cōsil. ccclxxiiij.

28 non possunt. † Et notate quòd quando expossessione quis præsumitur dominus, illud tantummodo procedit, si allegetur, & non aliter. Ita not. Baldus in l. etiam. in iij. columna. versic. & nota, li-

29 cet possessor. C. de executione rei iudicatæ. ¶ † Item nota quòd ille, qui possidet, habet præsumptionem pro se quòd præsumatur se credere dominum. Ita notat Baldus in l. j. in j. columna. C. si de momen. pos. fue. appel. referens ita tenere Cyn. in l. cùm alienam.

30 C. de leg. ¶ † An autẽ ex detentatione præsumatur possessio, [c] vide Innocentium tenentem quòd sic ex detentatione corporali, nisi constet alium possidere. in c. ij. extra vt lite pen. & illum refert apud Legistas Bald. in tit. de pace constan. in verbo, recuperauerit. & Baldus in l. j. in penultima columna. C. de ser. fugi. & in l. etiam. in vij. col. C. de execu. rei iudi. & in l. ij. in vj.

31 col. C. vbi in rem actio. ¶ † An autem ex possessione naturali præsumatur ciuilis, ponit Bal. in d. l. j. in fine col. C. de ser. fugi. & tenet ꝙ sic per notata in l. stipulatio ista habere licere. §.

32 hæc quoq;. ff. de verb. ob. † Et an probata pos- [b] sessione simpliciter, præsumatur probata cũ qualitate possessionis allegata, ponit Bal. in d. l. indicia. C. de rei vendi. & Bar. in l. si prius. in prin. tertię partis principalis. ff. de ope. no. nun. [c]

33 ¶ † In fi. glo. pro clara intelligentia difficultatis, quæ tangitur in hac glo. & eorũ, quæ posteà in eadem subiiciuntur, reassumo argumentũ, quod glo. hîc facit, & eius solutionem. Glo. fortissimè arguit cõtra tex. in hunc modum: Nulla actio potest ad impossibile dari: sed impossibile est, rem meam mihi dari: ergo impossibile est quòd etiam odio furis agatur ad dandum id, quod meum est, & in quo dominiũ habeo. Glo. huic difficultati dupliciter respondet. Primò concedendo oppositionẽ ꝙ hæc actio personalis, scilicet condictio furtiua, quæ odio furis competit, datur non ad dandum, sed ad restituendum rem. Contra istam solutionem multùm vrgenter videtur facere hîc tex. ibi: si apparet eos dare oportere, &c. qui videtur præsupponere ꝙ imò odio furis agatur ad dandum. Glo. voluit ad hoc respondere. & dicit Ioan. Fab. ꝙ glo. nesciens in lucem euadere, cõuertit se ad obscura, ne videatur, aut intelligatur: & respondet, relationem faciendam esse ad genus, non ad speciem: quasi dicat, ea actione personali, per quam aliàs agitur ad dandum: hîc agitur ad restituendum. Ista sunt formalia verba glos. sed multùm obscura. Ioan. Faber hîc, & bene, quem etiam simpliciter sequitur Ange. de Aret. dicit ꝙ glo. voluit dicere ꝙ tex. iste in ver. planè. in illis verbis, Si apparet eos dare oportere, &c. non est referendus in specie ad condictionem furtiuam de qua statim locutus est in dicto ver. planè. sed est referendus ad conditionem in genere: & sic prout cõdictio est genus: & sic prout ponitur pro omni alia actione personali. Quasi dicat glos. Fur tenetur condictione furtiua ad restituendum, sicut teneretur quilibet alius alia condictione, siue actione personali ad dandum, si appareret eum dare oportere: ita quòd illa verba, Si appareret eum dare oportere: non referuntur ad condictionem furtiuam, sed ad aliam condictionem, siue aliam actionem personalem in genere. Hanc primam solutionem ita declaratam, saltem ex intentione glo. quamuis, iudicio meo, multùm ad ballistam impugnant communiter doc. hîc, quia nimis violat text. & dicit Ioan. Fab. quem simpliciter sequitur Ange. de Aret. se credere quòd ille, qui composuit textum, nunquam in æternum illud cogitauit, quod glos. ista quodam modo videtur istud somniasse. Sed, & ꝙ fortiùs, etiam posito ꝙ tex. ita posset cauillari, adhuc ista prima solutio glo. nullo modo posset procedere quòd agatur ad restituendum, non ad dandum, vna clara ratione, quam ponit Dy. hîc, & alij sequuntur: nam exceptio debet esse de contentis sub regula. §. vt autem lex. in auth. de non alie. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu leg. Bar. in l. in his, quæ contra rationem. ff. de legi. post glos. ibi. & Barto. in l. j. ff. de regu. iur. & Dyn. in rub. de regu. iuris. lib. vj. Modò in principio, huius §. posita est vna regula circa actiones personales, quòd nemo potest agere actione personali ad dandum sibi rem suam: posteà in ver. planè. ponitur exceptio, in fine odio furis. Vt ergo exceptio sit bona, & sit de contentis sub regula necesse est intelligere hunc tex. in versic. planè. vt in eo odio furis agatur condictione furtiua: & sic actione personali ad dandum, non autem ad restituendum, prout dicit glos. quia tunc non esset bona exceptio, nec esset de contentis sub regula, vt prædixi. Item dum glos. in hac prima solutione vult, quòd mirabile sit, & specilale in condictione furtiua, quòd per eam petam rem meam restitui: voluit dicere glos. quòd specialitas sit in hoc, quia nulla condictio competit domino pro restitutione rei suæ, nisi ista: vnde si aliquæ aliæ inueniantur, quæ competunt ad restituendum, verum est quòd competunt non domino, sed ipsi domino minimè. Istud

a ¶ Iuris. Quid autem sit infamia facti & iuris, vide Feli. in c. testimoniũ. in v. col ver. quomodo autem. de testib.

b ¶ Probetur. Vide Feli. in c. inquisitionis. §. quæsiuisti. in fine de accusationibus.

c ¶ Possessio. Adde Angel. in l. qui vias. la j. de dam. infect. & Alex. de Imo. in l. rẽ alicui. de pig. act. & Old. in consi. ccviij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✱ Aduerte quia declarando hunc text, prout ſ. declarauí. in ij.col. ꝙ illa verba, Si apparet eos dare oportere ſint verba libelli, hoc erit ſpeciale odio furis vt quãuis agens contra nõ furem, & dicens eũ ſibi dare oportere petẽdo rem ſuam ſit tanquam contrarius repellendus: vt c. ſolicitudinẽ. extra de appella. l.j.C.de fur. agens tamen contra furem non repelletur, quamuis dicat rẽ ſuam ſibi dari oportere, vt in hoc text. Nec obſtat quod ĩ. dicit Iaſ. ꝙ verba libelli impropriãtur, non ſolum agendo contra furem, ſed etiam agẽdo cõtra quoſcũque vt l.ſi olei. C.loca. cum ſimilibus. quia dico illud verũ eſſe, vbi quis non eſſet ſibi contrarius: ſed ſi eſt contrarius, repelleꝛ: argu l.vbi pugnantia. ff. de regu.iur. iuncta l. cùm precũ. C. de libe.cauſ. ſed agẽdo contra furem, odio furis, & ſi verba ſonẽt contrarietatem, impropriabunt. Car caſſona Sardus.

b ¶ In §. omnium. Quem vide in nu. 169. & ibi vide quod fuit per me dictum in apoſtil.

etiam repręhendit Ioan.Fab.& bene: quia imò etiam reperiuntur aliæ conditiones, quæ dantur domino pro reſtitutione rei ſuæ: vt conditio ſine cauſa, iuxta l.rerum quidem amotarum. vt §.j.ff.rer.amotarum. Item cõditio indebiti: ſit l.ſi vrbana. & l. indebiti. §.j.ff.de cõdi.inde. & l.ſi procuratori. ff.de condi.ob cauſam. Itẽ certi conditio generalis: vt l.certi condictio. in prin. in ver. cõpetit. ff.ſi cert.pet. Item & triticaria: vt l.j. in ver. & generaliter. & l.ij.ff. de con.triti. imò, ſecũdùm eũ, generaliter idem eſt in quacũq; cõditione: quia quælibet cõditio generaliter degenerat cõtra furẽ. De quo vltimo dixi ſ. me dicturum: & ibi dicam ĩ. in glo. in ver. in rem. ¶ †Secunda principalis ſolutio gl. noſtræ. ad prędictam difficultatem, eſt, ꝙ odio furis agatur ad dandã poſſeſsionem. Et ſic vult gl ꝙ odio furis agatur conditione furtiua ad dandum, non ratione dominij, ſed ratione poſſeſsionis. Qua ſolutio ꝛ vtitur in ſimili in alio propoſito glo. in communi reputata ſingularis in §.j. qui incipit, ſed noſtra. in gl. in verbo, per hypothecariam. ad fi. ſ. de lega. Hæc ſolutio repræhenditur cõmuniter per doct. maximè Io. Fab. Nic. de Neap. & Ang. de Aret, quia ſecundùm hoc nihil eſſet ſpeciale odio furis, cùm generaliter, & regulariter poſſeſsionẽ rei ſuę quis poſsit cõdicere, ſaltem per triticariam. l.ij.ff.de tritica. & l. indebiti. §. ſed & ſi nũmi. ff. de cõdi. indebi. vnde nihil eſſet ſpeciale in conditione furtiua odio furis: quod eſt de directo contra iſtum tex. In hac ſumma difficultate Dyn. hîc in ſecunda, & etiam in iiij.col. tenet per verba multùm intricata, prout etiam dicebat Nicol. de Neap. hîc, quia in iſto ver. planè. etiam odio furis non agatur ad dandum: quia eſſet impoſsibile, & etiam contra tex. in l. ſcire debemus. §. ſi à fure. ff. de verbo. obli. vbi: ſecundùm eum, eſt caſus, quòd quis nõ poteſt à fure ſtipulari rẽ ſuam ſibi dari: imò ſtipulatio eſt inutilis: quia quod ſuum eſt, non poteſt amplius ſuum fieri. Agitur ergo in text. iſto ad reſtituendũ ratione ꝓprietatis odio furis, vbi aliãs in aliis actionibus perſonalibus agitur ad reſtitutionem ratione poſſeſsionis, non autẽ ratione proprietatis. Et cũ Dy. tenet etiã Ang. de Are. hîc: ſed Dy. & poſt eũ Ang. de Aret. inaduertẽter incidũt in errorẽ gl. quã proximè repræhendebant: quia ſi in iſto ver. planè. in quo ponitur exceptio, ageretur ad reſtituendũ, quomodocũque agat ſiue ratione ꝓprietatis, ſiue poſſeſsionis: quomodo exceptio eſſet de contentis in regula poſita in principio huius §. & ſic quomodo exceptio eſſet bona, prout ſ. dicebatur poſt primam ſolutionem gloſ. noſtræ. Nicol. de Neapo. hîc in tertia oppo. gloſ. refert varias opiniones antiquorum doctorum, quas omnes ipſe reprobat: poſtmodum nihil firmat, & nihil ſequitur. ſed ſimpliciter dicit videnda eſſe quæ ponit Ray. de Forl. in d.l.ſcire debemus. §. fi. Ioannes Faber etiam plures alias opiniones & reſponſiones ponit: ſed nullam habet, iudicio meo, quæ ſibi bene firma videatur. Ego in hac difficultate teneo quod in iſto ver. plane. odio furis agatur ad dandum, prout textus noſter vult, & vt ſit bona exceptio, prout ſ. dixi. Et ita etiam expreſsè firmat Bartolus in d.l.ſcire debemus. §. fi. per iſtũ textum. & tenẽt etiam
a Ioannes Faber hîc, & ſequitur etiam Ange. de Aretio [a] ✱ Nec obſtat argumentum gloſſ. noſtræ ſ. formatum, quòd impoſsibile eſt quòd petatur res ſua ſibi dari: quia neſcirem aliud reſpondere, niſi prout etiam reſpondebat Ioannes Faber hîc, quòd quamuis ſit impoſsibile rem meã mihi dari, nihilò minus hæc petitio admittetur contra omnem rigorem iuris, odio furis. Eſt bene verum,

quòd ſi res furto ſubtracta non extabit, quod tunc etiam effectualiter erit bene actum ad dandum: cùm effectualiter à iure non poſsit conſequi niſi æſtimationem, iuxta l. in re furtiua. & ibi Bartolus. ff. de condictione furtiua. in qua æſtimatione certum eſt propriè eadẽ dari. Si autem res furto ſubtracta extaret, tũc quãuis admittatur petitio ad dandũ, odio furis, cõtra omnẽ rigorẽ iuris, tamen effectualiter nõ poterit à iure cõdici per conditionẽ furtiuam, niſi rei reſtitutionem. Et ita tenet Bart. in d.l.ſcire debemus. §. fi. & etiam Ange. de Are. hîc. Et videatis quæ dicit Bar. poſt Iac. Butrig. in l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori. ff. ſi certum petatur. non obſtat l. ſcire debemus. §. fi. allegata ſ. per Dy. in contrarium: in qua, ſecundùm eum: eſt caſus, quòd quis non poteſt ſtipulari à fure rem ſuam ſibi dari: quia reſpõdeo, quòd ita eſt caſus, ſecũdùm intellectum ipſius Dy. quem etiam ibidem dedit ad illum text. ſed ibi commuꝛiter repræhenditur: vt per Bar. & alios, & ſecundùm intellectum, quem ad illum text. ponit Pet. de Bel. & ſequitur Bar. & communiter alij, & eſt communis intellectus. ibi erit caſus pro opinione, quam ſ. proximè tenui: nam ibi communiter tenꝛ ꝙ in text. in ſecundo reſponſo, quòd illud quod eſt meum, poſsim ſtipulari mihi dari à fure ex cauſa furtiua: ſecus ſi ſimpliciter, vt ibidem latiùs videatis: quamuis ita teneant, eò quòd nihil tutius tenendum occurrat, tamen vnum eſt, quod me multùm turbat contra prædictam opinionem, quia ſecũdùm prædictam opinionem parua vtilitas, imò nulla ſequitur in effectu, quòd odio furis admittatur petitio contra eum ad dãdum prò re propria: quia etiam cõtra alium quẽcunq; ſuſtineretur petitio, qua peteretur res propria dari: & impropriaretur pro tradi: † cùm pro ſuſtinendis petitionibus, & libellis licitum ſit verba impropriare, iuxta ea, quæ dixi vobis in §. omnium. b in materia libellorum ſ. eo. Et ſi diceres quod contra furem admittitur illa petitio abſq; impropriatione: dico tamen quòd in effectu nulla eſt vtilitas: & ſic iſtud, quod in verſicu. planè. eſſet inductum odio furis, in effectu eſt ſine fructu. cogitabis. Reſpondere poteſtis, vt not. textus hîc, quòd odio furis, vt pluribus actionibus teneretur, ſtatutum eſt vt certæ conditiones competant, & ſic actiones perſonales: quod videtur impoſsibile, & etiam rei vẽdicatio, quod in aliis ceſſaret. ¶ Glo. in verbo, in rem. diuiditur in tres. In prima declarat textum. In ſecunda per modũ notabilis illum extendit. In tertia quærit, & dupliciter reſpondet. ſecunda ibi: item nota quòd hic §. Tertia ibi: ſed nunquid etiam rem ſuam. ¶ In eadem gloſ. ibi: in quolibet malæ fidei poſſeſſore. hanc glo. expreſsè not. Ioan. de Imol. in l. ſcire debemus. in §. fin. in j. columna. ff. de verborum obligationibus. Et illam habet pro val
36 de notabili ad hoc, † quòd illud, quod dicitur, quòd omnis condictio degenerat: id eſt, perdit, & mutat propriam naturam, contra furem. l. finali. ff. vſusfructus quemadmodum caue. & dicam ſtatim, habeat etiam locum in quolibet malæ fidei poſſeſſore rei alienæ. Addite etiam Bart. in terminis ad hoc allegantem iſtum text. cum gloſ. in dicta l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori poſt gloſ. ibi in verbo, cõdici poteſt. ff. ſi certum petatur. & ibi Bartolus dixit hoc eſſe tenendum menti. & ſequitur etiam Angel. de Aret.
37 hîc. An autem † id, quod proximè dixi ſit ita ſimpliciter, & indiſtinctè verum, quod omnis condictio degeneret contra furem, ponit Nic. in apoſt. text. & latiùs in j.q. extra glo. poſt antiquos docto. & finaliter concludit, & bene, ꝙ ſic. Accedant quæ dixi ſ. in gloſ. præcedenti poſt Ioãnem Fabrum in reprobatione primæ ſolutionis gl. ibidẽ poſitæ. Et qualiter intelligatur iſta regula, quòd omnis
35 condictio degenerat contra furem: declarat Ioan. de Imo. in d.l. ſcire debemus. §. finali ibidẽ videatis. ¶ †In eadem glo. ibi §. ſed & ſi nummi. hoc multùm mandat teneri menti Bar. ibidem: quia, ſecundùm eum, iſtud tibi ſæpe occurret de facto, quando fit aliquis contractus, & inualidus per minorem, vel eccleſiam, vel aliam perſonam & eius vigore poſſeſsio tantùm in alium tranſfertur: iuxta l.j. §. ſi vir vxori. cum ibi notatis. ff. de acqui. poſ. quòd poterit repeti poſſeſsio per conditionem indebiti, vt ibidem eſt caſus notabilis. Addite Bart. & latiùs in l. ſi alienam. ff. ſoluto matrimonio vbi idem tenet, & dicit ſe ita de facto dixiſſe in eccleſia, quæ rem vendiderat, non obſeruata ſolẽnitate debita, & eam tradiderat: vt ibi

per eum

39 per eum. ¶ † In fine gloſſam primam approbant hîc doctores vt Ioan. Fab. & Ang. de Are. quia per condictionem ſine cauſa non agit dominus ad dandum, niſi contra furem, & malæ fidei poſſeſſorem: ſed ad reſtituendum. Accedat quod no. glo. ſi. in l. fin. ff. vſu-
40 fru. quẽ admo. caue. hîc incipi. glo. ver. appellamus. ¶ † Glo. in ver. quibus. in fi. dicite ꝙ effectualiter primã approbant doct. hîc, vt Io. Fab. & Ange. de Are. quia in iſto §. ſolùm loquitur Imperator de illis actionibus perſonalibus, quæ competunt ad dandum. Iſtæ autem, de quibus glo. mentionem facit, competunt ad reddendum, ſeu reſtituendum. l.ij. §. ſi reddita. & l. eum qui. §. ſi rem inſpectori. ff. commo. cum ſimili. Sunt etiam aliæ condictiones, quæ competunt ad liberandum, vt quis liberetur, iuxta l. qui ſine. ff. de condi. ſine cauſa. Aliæ ad repetendum quod factum eſt: & iſtud eſt regulare, vt condictio ob cauſam, condictio ob turpem cauſam, & con-
41 dictio ſine cauſa: vt in titulis ſuis apparet. ¶ † Glo. in verbo Denuntiare, in fi. bene dicit: & cum ea trãſeunt doc. vt Ioan. Fab. & Ang. de Are. hîc. & hanc reputat vnicam, & ſingularem Ange. de Aret. hîc. Ad iſtud, quòd debitor antè, quàm conueniatur in iudicio, nõ eſt primò extra iudicium interpellandus de neceſsitate, ſed tantùm de vrbanitate, bene facit ille moralis tex. in l. quidam Iberius hîc allegata in glo. cuius moralitatem ibi notat, & commendat Bart. Et idem ꝙ de vrbanitate tantùm ſit primò debitor extra iudicium interpellandus, tenet etiam Bal. in l. debitores. C. de pig. vbi formaliter inquit quòd de vrbanitate ante ingreſſum iudicij eſt conueniendus extra iudicium, & debet requiri, per illum text. vt d.l. quidam Iberius. Et idem etiam tenet glo. j. in princip. in d.l. debitore. quamuis in fine vacilet in aliis terminis, ſcilicet in debitore volente vendere pignus: quo caſu bene de neceſsitate fienda eſt denuntiatio: vt ibi per Barto. Et pro hac gloſſ. quòd de vrbanitate tantùm ſit primò debitor extra iudicium interpellãdus, adducit Ang. de Aret. hîc vnum fundamentum, in quo multùm lætatur. Nam ſi de neceſsitate requiritur ſemper interpellatio extraiudicialis,
42 certè † cùm per interpellationem extraiudicialem debitor conſtituatur in mora. [a] vt eſt gloſſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in gloſſ. paruula, in verbo, teſtato. ff. de verb. obliga. & gloſſ. in l. vinum. in gloſſ. magna. in primis verbis. ff. ſi cer. peta. & gloſ. in l. fideiuſſor obligari. §. fin. in verbo Reus. ff. de fideiuſ. ſequeretur quòd nunquam in iudicio per litis conteſtationem quis poſſet in mora conſtitui: & conſequenter ſequeretur quòd fruſtra factæ eſſent illæ leges, quæ ponunt quòd per litis conteſtationem quamuis conſtituatur in mora: vt in l. ſi ex legati cauſa. & l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & l. mora. ff. de verb. obliga. & l. mora. in princip. & l. videamus. §. ſi actionem. ff. de vſuris. & text. in l. ſi in Aſia. §. fin. ff. depo. & l. quod te. cum materia. ff. ſi cer. pet. Nam cùm primò eſſet commiſſa mora per interpellationem extraiudicialem, non poſſet amplius in mora conſtitui, vel ſaltem non eſſet opus ꝙ poſteà mora committeretur per litis conteſtationem, & eſſet fruſtratorium. Vnde, ſecundùm eum, tot leges remanerent correctæ, vel ſaltem inanes. quod non eſt dicendum. Sed certè, iudicio meo, fundamentũ Ang. in quo tandem gloriatur, non valet vnam fabam: quia imò etiam quando quis eſt conſtitutus in mora per interpellationem extraiudicialem, adhuc tamen poteſt denuò in mora conſtitui per litis conteſtationem, nec iſta ſecunda erit fruſtratoria. vt ipſe dicit, imò erit maximi effectus: quia cũ ſit grauior mora, difficiliùs admittet eius purgatio, iuxta tradita in l. ſi inſulã. cũ materia. ff. de verb. obli. Quicquid ſit, non diſcedo à concluſione gloſ. noſtræ, quæ videtur
43 communis. † ꝙ debitor non ſit de neceſsitate antè quàm in iudicio
b conueniatur, primò extra iudicium interpellandus. b ✱ De quo tamen videatis multa latè, & plenè per Ioan. And. & ibidem per Panor. in c. licet Heli. extra de ſimo. Hanc tamen concluſionem glo. limitate non procedere, quando quis vellet agere contra maiorem, ſiue ſuperiorem ſuum: quia tunc antè, quàm currat ad litirem, ſiue ſuperiorem ſuum: quia tunc antè, quàm currat ad litigandum debet prius admonitio prẽcedere. tex. eſt in l. ſi manumiſſori. C. de obſe. & ibi glo. in ver. non protinus. quæ etiã ad hoc allegat multos tex. Decreti. & ibi etiam in terminis hoc no. Bal. & reputat tenendum menti: qui etiam dicit ꝙ in factis armorum nunquam debet peruenire ad bellum, niſi præcedente admonitione, diffidatione: aliàs diceretur proditorię agi. Et
a ita dicit notare Ioan. Andr. in c.j. de homi. lib. vj. & idem etiã dicit Bald. poſt Hoſti. & Ioan. And. in authen. itẽ nulla cõmunitas. C. de epiſ. & cle. & alibi dicit Bal. in l. penul. in xiij.col. C. de execu. rei iudi. & in l.ij.C. de ſeruit. & aqua. quod nullũ bellum eſt licitũ ſine diffidatione. Fortè poſſet dici ꝙ etiam in d.l. ſi manumiſſori. admonitio fiat ex vrbanitate, & non ex ne-
44 ceſsitate: vt in ſuperioribus dictũ eſt. ¶ † Item hanc gl. noſtram dicit Io. Fab. hîc facere ad notabilem queſtionem, ꝙ ſi aliquis facit te vocari ad iudicium, petens abs te, puta centum, quæ ſibi debebas, & tu requiſitus incõtinenti confi tearis debitum, & offeras te paratum ſoluere, b an tenearis ad expẽſas, an verò excuſeris, quia dicas ꝙ etiam ſi antè fuiſſes requiſitus, quòd ſoluiſſes. Finaliter concludit Io. Fab. ꝙ neceſſaria c ſit denuntiatio, ad hoc vt quis teneatur ad expenſas. Ego addo no. Bal. in terminis pulchrio ribus idem decidẽtem in l. non ignorat. in ver. modò ego quæro, pone actor fecit expẽſas &c. C. de fru. & litis expenſis. vbi decidit ꝙ ſi actor fecit expenſas in recolligendo inſtrumẽta à tabellione, quam iſtas expenſas non poterit recuperare à reo quem prius non requiſiuit an vellet ſoluere: ſed debet illum prius admonere. Idẽ etiam tenet Ange. in l.ij.C. de obſequiis. & idem Angel. in d.l. debitores. C. de pigno. Idem tenet do. Anto. de But. in c.j. extra de lib. obla. in c. nouit. extra de iud. & Gul. de Cu. in l. edita. C. de eden. & ibi Salicetus. & idem etiam Bal. in repe. & idem etiam tenet Bartolus aliàs Bal. in l. prætor ait. §.j. ff. de eden. & Specu. in titu. de renun. §.j. circa princ. Et in iſtis locis traditur illa generalis regula, & practicabilis, ꝙ ſi debitor non ſit primò extraiudicialiter interpellatus ad ſoluendum debitum, quòd non tenetur ad aliquas expenſas, ſi immediatè recepto libello dicat ſe velle ſoluere, & non contendere. Et
45 ita etiam in hoc vltimo tenet Ang. de Are. hîc. [c] ✱ ¶ Extra glo. re-
c ſtat vltimò ad complementum preſentis §. vt videamus qualiter formandus ſit libellus in cõdictione furtiua, de qua in hoc §. principaliter eſt habita mentio. Et eius formam ponit plenè Specul. in tit. de fur. ſecũdùm quod eum refert Nic. hîc, in ij.q. extra gl. Et ex mente doc. hîc poteſtis ita cõcipere libellum: Ago cõtra Titiũ, vel eius hæredẽ, ꝙ animo furandi rẽ talem mihi ſurripuerit, cuius ego ſum dominus, vel ſaltẽ eram dominus tẽpore, quo res fuit mihi furto ſurrepta, per l. ſiue manifeſtus. §. tãdiu. cũ l. ſeq. ff. de cõdi. fur. & poſteà in cõcluſione poſſum cõcludere: Quare peto dictũ Titium furẽ, vel eius hęredẽ condẽnari mihi ad dandũ dictã rẽ, ſi extat: & ſi non extat, ad eius verã æſtimationẽ: iuxta l. ſi pro fure. §. fi. & l. in re furtiua. in prin. ff. de condi. fur. Eſt bene verũ ꝙ magnũ dubium
46 eſt, † an, & quando res furto ſubtracta periit, ita ꝙ præſtari nõ poteſt, nunquid nihilo minus ipſa res peti poſsit, an verò neceſſariò ſit petenda æſtimatio. & glo. in d.l. in re furtiua. in prin. in ver. æſtimationis. tenet ꝙ res ipſa, quamuis deſierit in rebus humanis extare, petetur: ſed poſteà fiet condemnatio, & ſolutio in æſtimatione. Bart. in d.l. in re furtiua. in prin. & in l. cùm ſeruus. ff. de condi. ob cau. & multũ latè in l. ſtipulationes nõ diuidũtur. in vj.q. ff. de ver. oblig. tenet ꝙ quãdo res furto ſubtracta periit, ꝙ nihilo minus poſſit agi ad ipſam rem: item ꝙ poſsit agi ad æſtimationẽ. Et idẽ etiam tenet Spe. in ti. de libelli concep. §. ad eius. ver. item nota. & in ritu. de ob. & ſol. §. ſequitur. ver. qd ſi petiit. Et ita eſt tenendũ quicquid teneat Io. Fab. hic: quãuis Inn. in c. ſacro. extra de ſenten. excom. cõtrarium de directo teneat: vbi voluit ꝙ ſi certum eſſet furto rem ſubtractã non extare, ꝙ neceſſariò deberet peti æſtimatio: & ſi res peteretur quòd malè peteretur: quãuis gl. etiã. in l. rei iudicatę. §.j. in ver. pecuniariam. ff. ſolu. ma. quam ibi Io. de Imol. reputat ſingularem: teneat ꝙ quando res amota per vxorẽ marito deſiit extare, quòd tunc condicatur eſtimatio, non autem ipſa res teneatis quod ſ. proximè tenuit. Et per iſta remaneat expeditus præſens §.

¶ Inmora. Quod intellige verum quãdo debitor ſit obligatus iure actionis, vt dicit Bar. in d.l. qui Romæ. §. pe. Secus verò ſi tenetur iudicis officio. Pro quo vide do. Alexan. de Imo. ĩ d.l. ſi ex legati cauſa. & in l. interdũ. §. fi. co. ti. Fran. Arc. in l. ſi pacto, quo. C. de pact. & Felt. in c. iudicis officium. de offi. iudi.

✱ Videas gloſ. fin. & ibi Bar. in l. cre ditores. C. de pigno. Sardus.

✱ Vide ad confirmationẽ ſ. dictorũ Bar. in l. ſi quis inficiatus. ff. depo ſi. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Mistum sub simplicibus non continetur.*
2 *Certi condictio ex mutuo, & ex stipulatione quando detur.*
3 *Duas certi conditiones an sit dare.*
4 *Actio ex empto, & aliæ hîc enumeratæ an sint pœnales.*
5 *Actio in duplum quando competat.6.*
7 *Extensio ex identitate rationis an sit licita in pœnalibus.8.9.*
10 *Libellus in actione ex mutuo qualiter formandus sit.11.*
12 *Agens ex mutuo quamuis in libello ponat se dominum, tamen dominium non habet necesse probare.*
13 *Creditori ex mutuo agenti an possit opponi: tu non fuisti dominus.*
17 *Libellus qualiter sit formãdus quãdo super mutuo interuenisset stipulatio.*
18 *Libellus in actione commodati qualiter formetur.19.*
20 *Commodatum quando dicatur.*
22 *Commodatum & precarium qualiter differant.*
24 *Scholaris si pignorat suum librum pro socio, vel sibi commodat vt eum pignoret, an possit agere contra socium vt eum luat.*
25 *Precarium an quandocunq; ad libitum concedens reuocari possit.26.*
27 *Libellus in actione depositi qualiter formetur.*
28 *Libros fuisse in capsa tempore depositionis qualiter debet probari.29.*
30 *Depositum non esset, nisi gratis fieret.*
31 *Libellus in actione depositi, quæ cõpetit ad duplũ, qualiter sit formandus.*
32 *Libellus in actione mandati qualiter formetur.*
33 *Mandatum nomine mandatis censetur esse factum, licet factum fuerit post longo interuallo.*
34 *Mandatum, si mandaui tibi vt Titium occideres, & tu ex interuallo occidisti, an præsumatur durare.*
35 *Mando tibi quòd emas domum pro me, si tu dixisti da mihi pecuniã: ego nõ dedi tibi tam citò: vnde tu emisti pro te, & tuo nomine: quid iuris.*
36 *Mando tibi quòd emas pro me certum fundum, qui erat pro parte tuus, pro certo pretio: emptis partibus aliorũ compelleris & tu inuitus tanti partem tuam vendere?*
37 *Actio pro socio ad quos effectus datur.38.39.*
40 *Libellus in actione pro socio qualiter formandus sit.41.*
42 *Rationes reuideri quando inter socios possit peti.*
43 *Rationem reddi an petere possint illi, qui dant pecuniam mercatoribus ad dimidiam partem lucri, & damni.*
44 *Mercatores accipientes pecuniam ad partem lucri & damni si dicant sustinuisse damnũ furti, rapinæ, vel incendij, de his fidẽ facere tenẽtur.*
45 *Societas si sit contracta quòd vnus ponat pecuniam, & alius operam, an ille qui pecuniam contulit, in societatis diuisione capitale saluum habere debeat.46.*
47 *Socij duo si acceperint quædam prædia ad laborerium, & vnus eorum habeat duos filios, qui similiter laborãt, alius verò nullos habeat filios, qualiter diuident quæsita.*
48 *Sociorum si vnus negligat reficere rem communem & alter reficiat, an negligens, & non soluens partem impensarum reficienti intra quatuor menses, dominium perdat.*
49 *Libellus in actione ex empto & vendito qualiter formandus sit, & de eius positionibus.*
50 *Libellus in actione ex locato qualiter sit formandus.*

a ¶ In §.j. Quem vide in numero 26. & not. xxvij. cũ ij. seq. & ibi vide etiam quod fuit per me dictum in apostil.

b ¶ In l. certi condictio. vbi vide Frã. ciscũ Aretinum.

c * Aduerte, quia Ias. non considerauit in hoc quid dicat: nam gl. ad literã dicit pro mutuo certi condictionem speciale dari: allegans text. in princ. ff. quibus modis re cõtrah. obli. & ita est cõmunis opi. in d. l. certi cõdictio. vt ibi per Decium. & alios scribentes. Carcassona Sardus.

§. Sequens illa diuisio.

¶ Iste §. vsq; ad §. quædam. multis, & variis modis diuiditur, & subdiuiditur per doct. hîc, vt per Nic. & Ang. de Are. Ego diuido eũ aliter, & melius, quàm ipsi faciant, in duas partes principales, vsq; ad d. §. quædam. In prima ponit Imperator vnã principalẽ diuisionẽ actionum in genere. In secunda illam in specie declarat. Secunda ibi prope principiũ: rei persequendæ causa. Illa secunda subdiuiditur in quatuor. In prima illam specificam declarationem facit in actionibus realibus. In secũda in psonalibus ex cõtractu. In tertia in actionibus descẽdentibus ex maleficio. In quarta, & vlti. in actionibus descẽdẽtibus ex vltima voluntate. Secũda ibi: earũ verò actionũ. Tertia ibi: ex maleficiis verò. Quarta ibi: item mista est actio. ¶ Actionum aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnales, alię mistæ, quæ hîc particulatim declarantur in actionibus realibus, & in personalibus ex contractu, & in actionibus descendentibus ex maleficio, item & in descendentibus ex vltima voluntate. hoc dicit, Et quamuis iste §. consueuerit simul legi vsq; ad §. quædam. per scribentes hîc, vt per Dy. Nic. de Neap. Ioan. Fab. & communiter alios: ego tamen in hoc imitatus morem Ange. de Aret. propter nimiam textus prolixitatem, legam tantùm vsq; ad ver. ex maleficiis. & posteà illum ver. legam vsq; ad §. quædam. &

1 in hoc nulla erit vis. ¶ † Vltra summarium, vnum notate ex text. quòd mistum non continetur sub simplicibus. Nam videtis hîc q̃ actiones mistę non continentur sub rei persecutoriis nec sub pœnalibus: imò faciunt tertiã speciem de per se. De quo tamẽ dicite

a prout latè dixi in §. j. [a] in gl. in verbo, summa. s̃.eo. in gl. j. paruula, in fi. Item quòd ista sit tertia principalis diuisio actionum, tenet gl. magistralis in §. sunt præterea. in glos. j. j. eod. & declarat, vt ibi in glos. Dicite tamen vos, posse dici quòd imò hæc sit quarta diuisio, tenendo quòd in §. præjudiciales. s̃.eo. posita sit tertia diuisio, vt ibi dixi in glos. magna, in princip. ¶ Glos. in ver. mistæ. in fin. bene dicit, & cum ea simpliciter transeunt scribentes hîc: & adducunt l. ij. §. j. ff. ne quid in loco publico. & l. nam Reipublicæ. ff. de oper. no. nun. ¶ Glos. in versi. in rem actiones. diuiditur in quatuor partes. In prima enumerat actiones in rem. In secunda opponit, & soluit. In tertia refert opinionem aliorum. In quarta illam reprobat. Secunda ibi: sed certè videtur. Tertia ibi: alij tamen dicebant. Quarta ibi: sed certè actio depositi. ¶ In fin. glos. hæc glos. secundùm Ioannem. Fa. & Ange. de Are. hîc videtur aduersari glo. magnæ positæ in §. pœnales. in versiculo item aduersus. in principio. suprà eo dem. quæ videtur concludere quòd ibi illa actio dicatur pœnalis, quia in ea iuratur in litem: & tamen secundùm eos, constat quòd illud iuramentum venit officio iudicis, sicut in qualibet alia actione. Ipsi dicunt hanc glos. esse veriorem. Vos autem dicite prout latè dixi in dicto §. pœnales. super dicta gl. magna, in verbo, item aduersus. in principio. ¶ Glo. in versicul. ferè. ibi: quod est falsum. quamuis glo. non dicat, dicite vos, secundùm Nico. hîc, in ij. quæstione glo. quòd ideo falsum est, eò quia pœna illa competit ex conuentione: nos autem hîc loquimur in pœna legali, seu pro-

2 ueniente ex dispositione legali. ¶ In fin. glo. bene dicit. ¶ † Glos. in verbo, actor. in fine. Dicite tamen quòd in primo casu agitur certi conditione ex mutuo: in secundo verò agitur certi cõdictio-

b ne ex stipulatione: iuxta ea quæ traduntur in l. certi condictio[b]. in princi. & in §. quoniam. ff. si cer. pe. & s̃. de verb. obli. in princi. Primus tamen casus procederet, vbi non interuenisset stipulatio de restituendo mutuo. Si verò interuenisset stipulatio distingueretur, Aut interuenit incõtinenti antè, vel post numerationẽ: & tunc da retur certi cõdictio ex stipulatione, non autẽ ex numeratione: quia dicta numeratio diceretur facta causa implendæ stipulationis. Si autem stipulatio interuenisset ex interuallo: quo casu sunt duo cõ tractus, & induceretur nouatio primi, si esset expressè actum, vel tacitè: aliàs ageretur ex vtroq;, si vterq; fuisset vtilis. De istis habetis tex. in l. si ita. §. j. & in l. seq. quę incipit, cùm enim. & ibi Bart. ff. de noua. & Bar. & alij in d. l. certi condictio. §. quoniã. facit l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. cũ ibi no. per Bar. & alios. ff. de verb. obli. & habetis hîc per Ang. de Are. ¶ † Non omitto tamen circa hoc,

3 c glo. istam sentire [c] quòd pro mutuo nõ cõpetat certi cõdictio specialis, & consequentur quòd nõ sit dare duas certi cõdictiones, vnã generalẽ, & aliã specialẽ: sed quòd vnica tãtùm sit generalis: quem articulum aliqui hîc & extrauaganter tanguntur: vt Ang. de Are. sed non congruit hîc: sed habetis eum plenè examinatum per Bart. & alios in loco suo, in dicta l. certi condictio. in prin. per Bald. plenè in rub. C. si cer. peta. per Io. Fab. Nic. de Neap. & alios in §. j. suprà qui. imo. re contrahi. obli. ¶ Glo in verbo, conducto. diuiditur in duas. In prima per modum quæsiti opponit contra tex. In secunda soluit. Secunda ibi: sed dic tribus modis. Illa secunda subdiuiditur

in tres

in tres, quemadmodum tres ponuntur species pœnalium actionum, Partes de se patent. ¶ In ea. glos. ibi: sed pœnales. hoc impugnat Ioan. Fab. hîc, & putat esse plus quàm ridiculum, † q̃ actio ex empto, & aliæ hîc enumeratæ, item & cæteræ bonæ fidei, propterea quòd in eis iuretur in litem, sint pœnales, per ea, quæ vidimus: & ibi dixi in d. §. pœnales. in glos. magna. in ver. item aduersus. in prin. s̃.eo. Præterea, secundùm eum, hoc est contra casum huius §.

4 qui ponit pro constanti, eas esse rei persecutorias. sed quid, & fortiùs, si istæ dicerentur pœnales propter iuramentum in litem in eo quòd excedunt veram æstimationem? Certè dicerẽtur mistæ. non autem merè pœnales: vt hoc text. in ver. planè. & in hoc ego sto cum eo reiecta saluatione Ang. de Are. hîc, quę est de directo cõtra suprà dicta. Et si vultis ponere bona exẽpla in ista pœnali ex parte rei tantùm, in qua glo. ista repræhenditur, recurrite ad ea, quæ la-

a tè dixi in euidentialibus. d. §. pœnales. s̃.eo. [a] * ¶ In fin. glos. signate bene hanc glos. quæ magistralis est: & dicite prout dixi in dictis euidentialibus. §. pœnales. s̃.eo. & ibi de hac glos. mentionem

5 feci. ¶ † Glos. fi. in verbo, ipsius. in fi. bene dicit, & tex. est clarus, & magistralis cum decisione, & ratione diuersitatis in d. l. j. §. j. & in §. meritò. hîc allegato. Facit in simili l. j. in princip. ff. de exercito. & iuxta hos quatuor casus hîc in text. positos, & in legibus s̃. proximè allegatis in quibus in depósito datur actio in duplum contra regularem naturam depositi, per rationem, quam glos. ista assignat, &

6 Iurisconsultus in d. §. merito. ¶ † Dubitabat hîc Ioan. Fabr. quid iuris esset in aliis similibus casibus, in quibus esset eadem ratio. Verbi gratia: subditò, & ex improuiso concurrentibus hostibus habui necesse deponere penes vnum: vel fortè superueniente nuntio quod latrones erant in via qui mihi insidiabantur: vel fortè peregrinus infirmitate subita grauatus non potuit eligere nisi hospitem, vel vnum ex circunstantibus, apud quem bona sua deponeret: nunquid in istis casibus erit idem, prout in casibus quatuor suprà dictis? Et dixit Ioan. Fab. sibi videri quòd nõ: quia istud est pœnale: ergo non extendendum: vt l. si de interpretatione. ff. de pœnis. Item quia hoc est statutum contra regulas iuris & contra naturã ipsius depositi, & ideo videatur nõ extendẽdũ: vt l. quod verò contra. ff. de legi. Subdit tamen Ioan. Fabr. super hoc adeundum prætorem vel Augustum Imperatorem pro lege condenda. Ego puto q̃ non sit necesse super hoc de nouo aliam legem condere: & credo q̃ imò idem iuris esset in omnibus aliis casibus † quia

7 imò in pœnalibus, & in odiosis ex identitate rationis licita est extensio: vt est solennis text. in c. j. §. porrò. in versi. sed quia natura nouas properat edere formas. in titu. quæ fuit prima causa benefi. amit. & ibi Bal. expressè notat, & dicit q̃ ibi est tex. melior, qui sit in iure, q̃ in pœnalibus proceditur de similibus ad similia: siue etiam loquamur in statutis pœnalibus, siue in consuetudinibus pœnalibus. Et idem etiam notat Bar. in l. his solis, per illum tex. in ver. satis etiam tacitè cautum putamus. C. de reuo. dona. not. Ioan. de Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. & in l. infamem. ff. de publi. iudi. & dicam circa hoc aliqua pulchra ꝯ. in ver. ex maleficiis. in glo. in ver.

8 iudicium. † Ergo in terminis nostris, etiam in pœnalibus licita erit

b extensio ex identitate rationis. præterea etiam in correctoriis, [b] nedum in pœnalibus fieret extensio ex identitate rationis, quando ratio esset expressa in lege, prout est in terminis nostris, in d. l. j. §. meritò. ff. depositi. secundùm magis communes conclusiones, iuxta ea, quæ tradi solent maximè per repetentes in d. l. si verò. §. de

c viro. & per alios in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. [c] & ita etiam contra Ioan. Fab. tenet Ang. de Are. hîc. ¶ Extra glo. quia §. iste tractat de pluribus actionibus: & istud est proprium & peculiare istius tituli formas libellorum apponere: idcirco doct. hîc, & maximè Ioan. Fab. & Ang. de Are. ponunt super qualibet actione hîc in tex. nominata particularem, & specialem libellum, cum aliquibus decisionibus accessoriis. In quibus omnibus ego succinctè procedam me remittendo, ne hîc §. qui de se breuis est in materia, propter libellos tantùm in nimis grande commentarium assurgat.

9 † Et in primis in actione ex mutuo, de qua in primis in hoc tex. fit mentio, eius libelli formam ponit Spec. in tit. de solu. §. sequitur, secundùm quod eum refert Nico. hîc, ad fi. in x. & vlti. q. extra glo.

& ex mente scribentiũ hîc, maximè Io. Fab. & a Ang. de Are. potestis sic in mutuo formare libellum: Ago contra Titium, & dico quòd iam diu mutuaui eidem Titio libras centũ imperialiũ ex meis propriis denariis: quare cùm di- b ctam pecuniæ quantitatem mihi reddere neget, & indebitè, peto dictũ Titium condemnari in prædicta quantitate pecuniæ sibi mutuata mihi restituenda, & soluenda. Et eodem modo potestis formare libellum in aliis rebus mutuatis, quę consistunt in pondere, numero, vel mensura: iuxta l. ij. §. j. ff. si cer. pe. & s̃. qui. mo. re contrahi. obl. in princ. Iuxta hunc libellum Ioan. Fab. hîc subnectit aliquas leues, & faciles

10 quæstiones, quas hîc videatis per eum. ¶ † Nõ omitto tamen quòd inter cætera duo in hoc libello sunt cum magno ministerio posita. Primò illa verba, ex meis pecuniis propriis: quia aliàs regulariter non esset mutuum, cùm non fieret de meo tuũ, nisi nummi essent mutuãtis: quod requiritur in mutuo. l. ij. §. appellata. ff. si cer. pe. & ibi latiùs Bart. secundùm cuius dicta istud sanè intelligite, limitate, & declarate. ¶ † Subdit tamen hîc no. Ioan. Fab. quòd c

11 quamuis agens ex mutuo habeat ponere in libello se fuisse dominũ, vt proximè dixi, non tamen habet necesse probare dominium, † eò q̃ recipiens non potest ei referre quęstionem dominij, cùm habeat causam ab eo, iuxta l. si quis conductionis. titu. C. loca. & l. nec creditores. C. de pig. act. aliàs, secundũ eum, agens ex mutuo vix, aut nunquam, obtineret. Subdit etiam Ioan. Fab. quòd istud satis approbat æquitas, & communis vsus. Ergo addo in terminis Bar. istud vltimũ latiùs disputantem, vide-

13 licet † an creditori agẽti ex mutuo possit opponi hæc exceptio, Tu non fuisti dominus vt l. nam & si fur. in prin. post Cy. & alios. ff. si cer. pe. & finaliter concludit id, quod Io. Fab. hîc: quia creditor præsumitur fuisse dominus, nisi excipiẽs vellet probare se, aut aliũ tertium fuisse dominũ: vt ibi latiùs per eũ. Et idẽ tenet ipse Barto. in l. si alienam. ff. solu. ma. de quo etiã per Bar. & ibi latiùs Cy. in l. ij. C. si cer. pe. & tex. in l. non vnde. & ibi Ang. C. si cer. pe. & quod not. Bald. in l. in restituenda. C. de peti. hære. vbi inquit in simili, quòd soluens pecuniam, in dubio præsumitur soluere de sua propria. Secũdò in prędicto libello dixi, & cũ magno ministerio, Mutuaui: nõ autẽ dixi, prout dicit, & malè, Ange. de Are. hîc, quòd numeraui: quia si dicerẽ quòd numeraui: demõstrare mutuum mere naturale intercessisse, quod sit mediãte vera numeratione pecunię, & non alio modo: iuxta glo. notabilem, & magistrã in l. ij. §. fin. & est glo. vnica. & ibi Bar. ff. si cer. pe. & Bal. in rub. C. si cer. pe. & ideo tunc haberẽ necesse probare punctualiter verã, & realem numerationẽ pecuniæ intercessisse: nec sufficeret probare confessionẽ partis de recepto. Et ideo creditor, qui in libello diceret se numerasse, & produceret instrumentum, in quo ille cõfessus fuit se recepisse, & promisit ea restituere, vel istã cõfessionẽ probaret per testes. certè deberet libellus hoc modo succũbere. Et ita dixit no. Spec. in tit. de teste. §. j. ver. sed pone. egi cõtra te, & c. eò quia testes probant aliud, quàm creditor, seu actor asserat. Ipsi enim probãt de mutuo confessato tantùm, & sic de mutuo ciuili: ipse verò creditor asserit de mutuo naturali, ex quo dicit, numeraui. Et idẽ etiã in terminis dicit, & tenet Bar. in l. certi cõdictio. §. si nũmos. ff. si cer. pet. vbi fortiùs dixit, quòd in tantũ dictus libellus esset nullus, q̃ nullo modo excusari posset. Vbi autẽ creditor vsus esset in libello termino, Mutuaui, prout ego s̃. feci, tunc dicit Bar. in d. §. si nũmos. quòd etiã si produceret instrumentũ confessionis tantùm, vel probaret per testes cõfessionẽ tantùm, q̃ nihilo minus sustineretur talis libellus, & intelligeretur quia mutuaui, scilicet ciuiliter: vt ibi per eum. De quo etiam videatis Barto. & Imol. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli.

* Pone exemplũ in l. j. §. si plures. & in l. fin. ff. de eo, per quẽ fac. erit. Sardus.

¶ In correctoriis. Vide Franc. Are. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in xj. col. in ver. tu autem aduerte. de ver. obl. & in l. ex duobus. de duo. reis. & in rub. de acqui. hære. in prin. v. col. & l. singularia. ff. si cert. peta. Feli. in c. translato. de consti. & adde do. Alex. de Imo. consil. cclxxxiiij. vlti. char. in ij. parte. & in consil. lij. in iiij. parte. & do. Vinc. Palleo. in iiij. parte. consil. do. Alexan. de Imola.

* Adde Pau. Cast. in l. quamuis. C. de fide ic. Alex. in l. iuris gentiũ. §. quinimò. col. pe. ff. de pac. Ias. in l. emancipata. col. fi. C. qui admit. cũ similibus, vt ibi per eos. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ §. Chrysogonus. vbi post Bar. vide omnino do. Alex. de Imol. in v.char. & Paul. de Cast. in d.§. si qs ita. all. hîc per do minum Iaſ. May.

b ¶ Dominũ. Adde idem tenẽtem do. Maria. Soci. in cõſil. iij. incip. circa præſentẽ. in ver. v. probatur. circa mediũ in j. parte.

c ⁂ Adde quòd in his duobus caſibus Barto. in primo membro, ſeu dicto eum ipſo ſe habet communis ſententia: in ſecũdo cõmuniter reprobatur: vt latè per eundem Iaſ. in d.l.ij.§. fin.ff. ſi cert.pet. Carcaſſona Sardus.

d ⁂ Adde quòd dictus §. interdũ ad aliud eſt ſummè notandus, ſecũdũ Bar. ibi, quòd ornamenta, quæ maritos vxori mittit, vt ad eum honeſtius culta veniat, in dubio præſumuntur commodata, non donata, vt ibi per eum. de qua q. poſt mortẽ cuiuſdam nobilis vidi maximũ iurgium in ciuitate noſtra. Carcaſſona Sardus.

e ⁂ Aduerte ꝙ Bar. in d.§. ſicut. volẽs tradere diuerſitatis rationem inter precariũ & cõmodatum, quare ad libitũ reuocetur precarium, ſecus autem in commodato: dicit ideo eſſe, quia cùm precariũ fiat ad incertũ & indeterminatum vſum, ſi non poſſet precario concedens ad libitum reuocare, ſequeretur ꝙ proprietas inutilis eſſet penes dominum quod eſſe nõ debet: vt l.iij. §. ne tamen. ff. de vſufr. Secus eſt in cõmodato, quod fit ad vſum certũ, & tempus: quo finito poterit reuocari. Satis videtur pſuaſiua hęc ratio: nihilo minus. Abb. Panor. in c. fin. in ij. col. extra de prec. impugnat iſtam rationem Barto. Primò, quia precarium poteſt fieri obli. & Bald. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.[a] in fi. col. ff. de verb. obli. & ibi Ang. & Io. de Imol. in iij. & iiij. col. & Bald. in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pe. & in l. vnica. in princ. C. de rei vxo. actio. & notabiliter in l. pecuniæ. C. de ſolu. & in l. ſi ex cautione. in x. & xj. q. C. de non nume. pecu. & in l. generaliter. in ix. & x. q. C. eo. titu.

¶ † Ad prædictorũ confirmationẽ accedant illa duo dicta aurea Bar. in l. ij. §. fin. ad fi. ff. ſi cer. pe. vbi dixit, & multũ ſignãter Bar. quòd ſi aliquis fecit vnũ procuratorem ad recipiendũ certã quantitatẽ pecuniæ mutuo, & procurator accepit pecuniã mutuo, & tamen in inſtrumento nõ fuit ſcriptũ quòd recepit, ſed quòd fuit confeſſus ſe recepiſſe: certè ex tali inſtrumento, niſi actualis numeratio aliter probetur, non poteſt agi cõtra dominũ[b]: quia quãdo conſtituitur procurator ad accipiendũ pecuniam mutuo, intelligitur de mutuo naturali: ſed illud inſtrumentũ cõfeſſionis, probat mutuum ciuile tantùm: ergo talis procurator nõ obligat dominũ: quia ad hoc non habuit mandatũ. Imò plus dicit Bart. & ſecundò, † ꝙ etiã ſi in inſtrumento procurationis expreſsè diceretur: Facio te procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo, & ad cõfitendũ te recepiſſe pecuniam, & ad confitendũ decẽ: ꝙ eodẽ modo dominus non poteſt cõueniri ex inſtrumẽto confeſsionis: quia illa verba, Ad cõfitendũ te recepiſſe. intelliguntur, ſcilicet pecuniã receptam. Nã ſi aliter intelligerẽtur, eſſet donatio, quæ procuratori nõ intelligitur permiſſa, niſi exprimatur. l. contra iuris ciuilis regulas. §. j. & ſi. ff. de pact. Et hęc duo dicta teneatis perpetuò cordi: quia ſunt ſummè vtilia in actu practico. Verùm quia ſunt dubia, & valde periculoſa, & maximè in ſecundo dicto, in quo multi contrarium tenent, ſi expedierit vobis in facto, videatis etiam Bar. idẽ tenentẽ in l. ſi debitorem. per illum tex. ff. de nouatio. & ibi per Ang. & Imol. per Bar. & Bal. Ange. & Salic. in l. non obtulit. C. de noua. & Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de teſte. §. j. ver. ſed pone egi. in fi. magnæ additionis: vbi idem tenet, quod Bart. & Ant. de But. Abb. Panor. & Io. de Imol. in c. ſi cautio. de fi. inſtr. & Bal. & Ang. in l. j. §. fi. C. de quadri. præſcri. & Ange. & Imo. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. & Ioan. de Imo. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb ob. & Lud. Roma. in l. prędia. ff. de acqui. poſ. & Bald. Ange. & Sal. & omnes in d.l.ij. & Fed. de Se. in conſi. liiij. incip. Titius fecit, procuratorẽ, &c. Et in iſtis locis inuenietis multos contrariantes [c] ⁂ Bar. potiſsimùm in ſecundo dicto. Quicquid ſit, illud eſt expeditum, quòd quantùm ad ipſum procuratorẽ cõfitentem, talis confeſsio probet realem numerationem, ita quòd ipſe non poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Ita intelligendus eſt Bal. in l. pecuniæ. per illum text. C. de ſol. & ibi vult Bald. vnum aliud peregrinum, & ſingulare, quod eſt maxima limitatio ad ea omnia, quæ ſuprà dicta ſunt, † quòd ſi ex forma ſtatuti inſtrumenta confeſsionata habeant vim ſententiæ certè per hoc inſtrumentum confeſsionis mutui bene probaretur etiã mutuum naturale, ſicut probaretur per ſententiã diffinitiuã. quod nota perpetuò. ¶ † Qualiter autem formandus ſit libellus, quando ſuper mutuo interueniſſet ſtipulatio: ſatis patet ex his, quæ ſ. vidimus in glo. in ver. actor. iunctis ſ. proximè dictis. & habetis in ſpecie per Io. Fab. hîc. † Sequitur in tex. ſecundùm ordinem literæ de actione commodati, & eius libelli formam ponit Spec. in loco ſuo congruo, in titu. de commo. §. nunc dicendum. ſecundùm quod eum refert Nicol. de Neapo. hic ad finem. in decima & vltima quæſtione extra gloſſam. Et ex mente ſcribentium hîc maximè Ioan. Fab. & Angelus de Aretio, poteſtis ita formare libellum: Ago contra Titium, & dico quòd eius rogatu, ſeu ad eius preces, ſiue petitionem, ſibi commodaui equum meum per tres dies pro eundo Mediolanum, & redeundo: quare cùm prædictum vſum expleuerit, vel expleuiſſe potuerit, nihilo minus dictum equum nondum reſtituit, imò cõtradicit, & indebitè, & reſtituere recuſat: quare peto eum condemnari ad reſtituendum mihi dictum equum meum vnà cum damnis, & intereſſe, &c. In hoc libello duo inter cætera cũ miniſterio poſita ſunt. primò illa verba, quòd rogatus ſiue ad eius petitionem: quia aliàs commodatarius non teneretur de culpa, ſed tantùm de dolo. text. eſt no. [d] ⁂ in l. ſi vt certo. §. interdum. in fi. in ver. quis vltro commodauit. ff. commo. & ibi glo. in ver. vltro. Et ibidẽ in terminis Barto. qui dicit † quòd ſemper ſis cautus de hoc facere poſitionem, quòd commodaſti rogatu accipientis. Secundò, cum miniſterio dictũ eſt, Per tres dies pro eundo Mediolanum, & redeundo: vt ſic oſtendatur, conceſsionem factam eſſe ad certum, & determinatum vſum: item factam eſſe certo, & limitato tempore: aliàs non diceretur eſſe commodatum, ſed precarium, vel contractus innominatus. † Et ſic ad hoc vt dicatur commodatũ, requiruntur neceſſariò duo copulatiuè, quòd cõceſsio ſit facta ad certũ, & determinatũ vſum: itẽ & quòd ſit facta certo, & determinato tempore expreſsè, vel tacitè. Quomodo expreſsè fiat, patet. Tacito autem tẽpore diceretur fieri, ſi cõmodarẽ equũ, vt ires ad villam. Ineſſet enim tacitè tempus, quo poſſes ire, & redire de villa. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de ver. obl. & l. iij. §. ſi quis ita. el ij. ff. de eo, quod certo loco. & §. loca. ſ. de ver. ob. aliàs ſi daretur ad certũ, & determinatũ vſum, † ſed nõ limitato tẽpore tacitè vel expreſsè, tũc etiã eſſet precariũ, & poſſet quãdocũque ad domini volũtatẽ reuocari. vt ſi aliquis diceret, Vtere gratis habitatione talis domus, quãdiu voles. vt eſt tex. not. in l. Lucius. ff. de dona. quẽ ita notabiliter intelligit, & declarat Bart. in l. Aquilius regulus. in j. opp. in eo. ti. ff. de dona. & Bal. no. intelligit. in l. ij. C. cõmo. & in l. ij. in ix. q. C. de ſer. & aqua, & do. Abb. Panor. in c. fi. extra de preca. & Io. Ea. in xiij. col. prędicta ſunt omnia verba Bar. in l. in cõmodato. §. ſicut. ff. cõmo. & Bal. in l. ij. C. cõmo. [e] ⁂ ¶ † Ex quibus ſecundũ eos, optimè colligitur, quomodo, & qualiter cõcipiendus ſit libellus in hac materia. & in d. §. ſicut. habetis in gl. in ver. officiũ. & ibi Bar. qui ponit differẽtias, quę ſunt inter cõmodatũ & precariũ: quarũ cognitio multũ confert ad formationẽ preſentis libelli. Sed eſt gl. plenior, & magiſtralis in l. j. in prin. in ver. ſimile. ff. de preca. vbi Bar. & ibi etiã videatis eũ. De prędictis vide etiã Bart. in l. j. in fi. ff. commo. & Io. And. & alios in c. j. §. fin. extra de precario. & Io. Fab. qui ponit hîc circa iſta aliquas leues quæſtiones, quæ ſatis deciduntur ex ſupra dictis. ¶ † Et iuxta ſuprà ſcripta: quia poſſet probabiliter dubitari, an ſi finitũ ſit tempus quo potuiſti perficere vſum, ad quem commodaui, ſed abſq; tui culpa, quia fortè fuiſti infirmus: an nihilò minus poſſum repetere commodatum: vide not. Bart. poſt gloſ. ꝙ ſic, in d.l. in commodato. §. ſicut. vide etiam not. Bald. in l. iij. C. commodati. vbi ponit quando vſus dicatur finitus.

¶ † Et vbi etiam per eum in terminis de caſu illo notabili ſepiſsimè occurrenti in facto, quando ſcholaris pignorat vnum ſuum librum pro ſocio ſuo, vel ſibi commodat vt eum pignoret, an poſſit agere contra ſocium vt eum luat, & quando poſsit agere, & ſic quanto tempore teneatur expectare: ibi videatis. Et quid in mutuo, non dico commodato, ſi mutuauit tibi pecuniam ad certum vſum: an antequam ſit facta in illum vſum conuerſio, poſsit repeti, quia pecunia numerata: vide glo. no. in l. ſi pœnam. in ver. intereſt. ff. de verb. oblig. quam pro notabili, & menti tenenda allegat Bald. in l. ij. C. commodati. & dicit gloſ. ſentire quòd non fallitur: quia ſentit quòd ſic. Sed bene eam repræhendit ibi Barto. tenens idem quod Bal. quòd agi non poſsit. De quo vide magis in propriis terminis per Bald. Ange. & Imo. in d.l. ſi pœnam. ¶ † Vnum etiam non omitto. dum in prædictis dixi, precarium poſſe quandocunq; ad libitum concedentis reuocari: & eſt text. in l. j. in princip. ff. de preca. & text. not. in l. ij. in princip. & in l. & habet. in princip. eo. tit. ff. ne precario. etiam ſi expreſsè eſſet adiectũ tempus vſq; quo habet vti: vt l. cum precario. ff. de precario. in princ. & rationem notabilem, quare poſsit precarium quandocunq; ad voluntatem concedentis revocari, & ſecus ſit in commodato, ponit Barto. in d.l. in commodato. §. ſicut. Habetis illud de precario ſingulariter, & ſignanter limitatum per do. Abb. Panor. in c. fi. vlti. col. extra de preca. vbi formaliter dicit ſe putare ꝙ ſi conſedens precario velit ſine cauſa revocare precarium illico cum maximo damno illius, cui conceſſerat, quòd obſtabit ſibi exceptio doli: quia nõ poteſt negari quin precarium ſit beneficium. eſt enim beneuola actio commodum tribuens capienti. Vnde non debet dolosè versari in beneficio conceſſo. † Sicut, ſecundùm eum, dicimus in eo, qui inuitauit viatorem, & ipſum retinuit, ſed poſtmodum ipſum pœnituit: nam poteſt agi contra eum actione de dolo: quia cum damno alterius ipſum pœnituit de beneficio: vt not. Ioan. And. in prœ. Decretalium. Ad hoc etiã adducit notata per Bart. in d.l. ſi pœnã. quam deciſionem teneatis perpetuò cordi: quia eam fortè non inuenietis alibi in terminis propriis. ¶ † Sequitur in tex. de actione depoſiti: & eius libelli formam ponit Spec. in loco ſuo ordinario, in tit. de actio. depo. §. j. in iij. parte. & in §. nunc libelli. ſecundùm quod eum refert Nic. de Neap. hîc ad fi. in x. & vlti. q. vltra gloſ. & Ioan. Fab. hîc in vlti. col. Et ex mente ſcribẽtium hîc, maximè Ioan. Fab. & Ang. de Are. poteſtis ita formare libellum: Ago contra Titium, & dico ꝙ penes eum ſponte, & gratis recipientem depoſui vnam capſam plenam librorum in iure ciuili, clauſam, & ſigillatam: quare cùm dictus Titius mihi reſtituere recuſet dictam capſam, & iniuſtè, peto eum condemnari ad reſtituendum dictam capſam cum dictis libris, ita clauſam, & ſigillatam, ſicut accepit. In hoc libello aduertendum eſt, quòd ſi tempore, quo dicta capſa fuit depoſita, fuerunt ſinguli libri ſpecificè, & nominatim conſignati, & depoſiti: tunc etiam in libello ſunt ſinguli, & ſpecificè petẽdi, exprimẽdo nominatim ꝙ in illa capſa erant tales, & tales libri. Si verò tẽpore depoſitionis nõ fuit facta ſpecifica mentio: tunc eſt in facultate, & arbitrio libellantis exprimere nominatim, & ſpecificè libros, & res in capſa exiſtentes: vel, ſi velit, poteſt omittere. De iſtis omnibus eſt caſus no. & magiſtralis in l. j. §. ſic iſta. ff. depoſiti. & ibi Bar. qui dicit illum §. factum eſſe propter hoc, vt ſciremus qualiter formandus eſſet libellus in hac materia depoſiti. † Qualiter autem probari deberet, tales, & tales libros fuiſſe in capſa tempore depoſitionis: diſtinguit notabiliter Inno. in c. fi. extra quod metus cauſa. ꝙ aut capſa redditur diſsigillata: & tunc quæ res in ea eſſent, probabitur per ſolum iuramentum deponentis: aliàs requiritur plena probatio. Et ita etiam firmat Spe. in tit. de fur. §. j. ver. quid ſi res. & Bart. in d.l.j.

[a] §. ſi caſta. [a] ff. depo. & in l. in actionibus. in vlt. col. ff. de in litẽ iuran.

De quo etiã vide no. Bal. in rub. in prin. C. depoſiti. vbi ponit † de eo, qui depoſuit fardellũ ſigillatũ penes aliquẽ, & ille exhibet diſsigillatũ: & deponẽs dicit in eo fuiſſe magnã quãtitatem pecunię, quã dicit ſibi ab eo fuiſſe ſubtractam: quid iuris ſit, a ibidẽ videatis. Recurratis etiã ad tradita plenè & notabiliter per Bar. in d.l.j. §. j. ff fur. aduer. nau. vbi ponit Bar. poſt antiquos de nobili intrãte hoſpitiũ conſignante valiſiã, ſeu fardellũ hoſpitiũ à qua dicit manè aliquid ſibi fuiſſe ſubtractum: qualiter ſibi ſuccurratur, & quid, & quomodo probandũ ſit: ibidẽ plenè videatis.

b Accedant quæ dixi in §. itẽ Seruiana. [b] in glo. in verb. coloni. in iiij. parte principali, quæ hîc [c] poteſtis addere. ¶ † Itẽ dixi ſ. in libello, ſponte, & gratis: quia niſi gratis fieret, non eſſet depoſitum, neq; ageretur actione depoſiti, ſed ex locato, vel præſcriptis verbis, prout declarat tex. no. in l. j. §. ſi quis ſeruũ. ff. depoſi. cũ ſimi. Item dixi cum miniſterio Recipientẽ: quia ſi aliàs aliquid in domũ tuã reponerem, & non appareret te ſuſcepiſſe cuſtodiã, non teneris depoſiti. §. præterea. in ver. de ea re, quã accepit. ſ. quib. mo. re contrahitur ob. ſecundùm Ioan. Fab. & Ange. de Are. hîc. † In actione verò depoſiti, quæ cõpetit ad duplũ in caſibus poſitis hîc in ver. planè. & dixi notabiliter ſ. in gloſ. in ver. ipſius. qualis ſit forma libelli, ponit Specu. in ti. de depoſito. §. nunc libellũ. ſecundùm quod eum refert Io. Fab. hîc in vlt. col. & libellus eſt clarus. Ago cõtra Titiũ, & dico ꝙ cùm in ciuitate iſta ortus fuiſſet tumultus, vel ortum eſſet incendiũ in tali domo, in qua ego habitabam, vel in domo mihi vicina, ita ꝙ propter periculum tumultus, vel incendij non potui prouidere penes quem res tutè deponerem, depoſui penes dictum Titium tales libros meos, quos cùm poſteà ab eo repeterem, inficiatus eſt depoſitum: verùm quia iura puniunt in duplum negantes depoſita facta in ſimilibus neceſsitatibus, idcirco peto eum condemnari in duplum dicti depoſiti. Et idem dicatis in ſimilibus caſibus occurrentibus, per ea, quæ notabiliter dici ſuprà in dicta gloſſa. in verſic. ipſius. † Sequitur in text. de actione mandati. & eius libelli formam ponit Specul. in titu. de fideiuſſo. & in titu. de iudic. §. ſpecialia. verſic. primo. quem ita refert Nicol. de Neapo. hîc, ad fin. Et ex mente ſcribentium hîc, maximè Ioan. Fabri, & Angel. de Aret. eſſet formandus libellus diuerſimodè, ſecundùm diuerſam caſuum contingentiam. Ago contra Titium, & dico quòd mandaui ſibi, ſponte, & gratis mandatum recipienti, quòd pro me emeret talem fundum pro tanta pecunia, quã ſibi actualiter exburſaui: quare cùm dictum fundum emerit, & eum mihi tradere recuſet, & indebitè, peto eum condemnari ad dictum fundum mihi tradendum, &c. Si autem non emiſſet, vel emiſſet contra formam mandati, agendum eſſet ad intereſſe, ſecundùm caſus contingentiam. vt hîc per Ange. de Aret. & etiam ageretur actione mandati generaliter, ſecundùm gloſ. in l. pro ſocio arbiter. in princi. in gloſſ. in ver. mandati. ff. pro ſocio. vt quia mandaui tibi quòd negotia mea tractares: vel quia mandaui tibi vt pro me mercareris in talibus nundinis: qualiter iſto caſu eſſet formandus libellus, facilis eſt forma: & habetis in ſpecie per Ioan. Fab. hîc, ad quem recurrite. ¶ † Ad vnum tamen diligenter aduertite, quòd ſi præcedit mandatum alicuius de aliquo faciendo, & tu poſtea facias ex longo interuallo pòſt, quamuis non exprimas te facere nomine illius, tamen præſumitur quòd pro illo, & nomine illius feceris. Iſtud eſt, quod notabiliter voluit Barto. in l. qui in aliena. §. ſi is, qui. ff. de acquirenda hæreditate. per illum textum, & per alia iura ibi allegata per eum. Quod intelligite, & limitat, vt ibi per eum. Et refert, & ſimpliciter ſequitur Angel. de Aret. hîc. Sed contrarium videtur tenere idem Barto. in l. prima. §. nuntiatio. [c] ⁂ in ſecunda col. ff. de operis noui nuntia. Et illud dictũ procedit in ciuilibus. ¶ † Quid autem in criminalibus, ſi mandaui tibi quòd occideres Titium, & tu ex interuallo occidiſti: an præſumatur durare mand

a ¶ §. ſi ciſta. V bi vide Franc. Aret. & quod ibidem ad eum dixi in apo.

b ¶ In §. itẽ Seruiana. quem vide in cõſi. xxxij. & nũc xxxiij. & qđ ibidem dictum fuit per me ad hoc in apoſtil.

c ⁂ Aduerte ꝙ Bar. non eſt ſibi cõtrarius. nam quando præceſsit mandatum videtur quis facere prætextu mandati: hoc intelligitur, quãdo diſceptatur inter mandãtem & mãdatariũ & ſic eorum reſpectu dũtaxat. & ita loquitur Barto. in d.l. qui in aliena. §. ſi is, qui ſecus erit quo ad tertiũ, niſi ſciuerit eum mandatariũ. Et ita loquitur Bart. in d. §. nũtiatio. & hoc conſiliũ eſt ex mẽte Barto. in vtroque loco ſ. alleg. ſi diligenter aduertis. Carcaſſona Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Tenear. Pro quo vide Fe lin. in c.cũ M. Ferrarien. in princi. xxviij, col. de consti. & in c. sicut dignum. de homi. in prin. iiij. col. & domi. Alex. de Imo. in l. is qui. §. vnde quærit. ff. de manu. contra quẽ in §. ope. inst. de obl. quæ ex deli. nasc. quòd mandãs tenetur, nisi mandatum sit reuocatũ tacitè vel expresè.

b ¶ Effectus. An & quando, & quomodo videat intentari actio pro socio: vide plenè do. Alex. de Imo. consil. lxiij. in j. col. in iiij. parte. vbi ponit latè materiã societatis.

c ⁂ Adde q istud non videtur adeò mirandũ, q detur actio pro socio pro dirimenda societate: quia etiã aliãs actio ex cõtractu cõpetit pro eiusdẽ resolutiõe vt l. sed Celsus. §. i. ff. de cõtrah. emp. & l. si fundus. ff. de lege cõmisso. Carcassõ. Sardus.

d ¶ Annuatim. Adde do. Barth. Soc. in cõsi. ccxlij. inc. in præsenti versi. prima conclusio. circa fi. in ij. parte. quòd sociorũ ratio de anno in annum amicabiliter reuideri debet, non dictato iudicio.

e ⁂ Vide do. Alex. in addi. ad Barto. in d. l. ij. qui reprehendit, & bene, illam decisionem Bar. eo quia allegatio hoc casu fit per modum exceptionis, quæ sunt perpetuæ regulariter: vt l. pu rè. §. fin. ff. de doli except. & l. licet. C. de excep. Carcassõa Sardus.

f ¶ Saluum. Sed quid si contrahatur cũ hoc pacto, quòd capitale sit saluum, & si periret, debeat totum satisfieri ab eo, qui posuit operas an talis societas sit iusta: & valeat: vide do. Barth. Soci. in cõsil. cclxv. incip. præsentis. versi. circa secundam difficultatẽ.

mandatum, ita quòd ego tenear. [a] Videte per Inno. notabiliter decidentem quòd sic, in c. ad audientiam. extra de homi. & per Barto. ita tenentem in l. non solum. §. si mandato. ver. quæro, mandaui tibi vt delinqueres. ff. de iniu. per Bal. in l. j. in iij. col. C. de ser. fug. & in l. si literas. in fi. C. mandati. & in l. non ideo minus. in fin. C. de accu. & per Ludo. Ro. in d. l. qui in aliena. §. fi is, qui. ff. de acqui. hære. per Pau. de Ca. in l. sancimus. C. de testa. per glos. in §. ope. in glos. magna. s. de obli. quæ ex delic. & per gl. in l. j. §. persuadere. in glo. magna. in verbo, facturus. ad finẽ. ff. de seruo corru. ¶ †Item aduertite, quòd si mando tibi quòd emas domũ pro me: tu dixisti, da mihi pecuniam: ego non dedi tibi tam citò: vnde tu emisti pro te, & tuo nomine: quòd tamen lex præsumit emptam esse de mea pecunia, ex quo à principio inter me & te ita fuit actũ. Tex. est de hoc no. & signandus in l. iiij. §. vnde quæri potest. ff. de manu. tit. generali. & ibi in terminis Bart. qui reputat tex. illum esse ad hoc multùm tenendũ menti contra fraudes, quæ fiunt tota die. Facit etiam ad hoc, secundũ eum. l. edicto. la j. §. cũ ante. ff. de iure fisci. Addite bonum tex. in l. pignori. §. fi. & ibi Ang. & Imol. ff. de vsuscap. & Ioan. de Imo. hoc in propriis terminis notantem in l. post dotem, secundùm sextã lect. Dy. ff. sol. ma. ¶ †Vltimò pro nũc aduertite quòd si mando tibi quòd emas pro me certum fundum, qui erat pro parte tuus, & quẽ habebas communem cum alio, pro certo, & determinato pretio, emptis partibus aliorũ, quanticunq; emeris, cõpelleris & tu inuitus tanti partẽ tuã vendere. Si autem pretium nõ fuerit determinatum, & mandẽ te: tunc taxato pretio arbitrio boni viri compelleris inuitus partem tuã vendere. De istis omnibus est text. vnicus, & singularis in iure. l. si fundũ. cũ l. seq. ff. mand. & ibi dicit Bar. q illã legem nescit alibi in mundo: & quòd eam aliàs habuit de facto in palatio syndicatus. Quem casum reputat singularem, & nõ reperiri alibi in iure. Bal. in l. j. in vj. q. C. si seruus extero. & ibi videatis not. per eũ de illo textu. ¶ Sequitur in tex. de actio. pro socio. Pro declaratione formationis libelli in hac actione pro socio, præmittendũ est, secundũ Ange. de Are. hîc † q actio pro socio datur ad varios, & diuersos effectus: [b] aliquãdo ad societatem contractam adimplendã, & conficiendam: puta, vt fiat cessio iuriũ, & collatio rerum in cõmuni, secundũ conuentionem societatis: & tunc potest intentari actio pro socio ſtatim inita societate. Nam si est cõtracta societas omnium bonorũ, quãuis illico hincinde dominia rerum transferãtur in socios ipso iure sine aliqua traditione, tamẽ in iuribus, vt in actionibus, opus est cessione. De his omnibus sunt tex. in l. j. ij. & iij. in prin. & ibi glo. j. notabilis. ff. pro socio. Aliquando datur actio pro socio ad personales præstationes, puta ad fructus, & reditus perceptos in cõmuni diuidendos, & ad lucra cõmunicanda. Itẽ & ad impẽsas, & dãna, & ad similia: & ista etiã competit durãte societate, iuxta l. pro socio arbiter. §. si tecum. & l. si fratres. §. item respõdit, socius qui cessantis. ff. pro socio. Quandoq;, & tertiò, intẽtatur actio pro socio pro habẽda vniuersali ratione lucri & damni inter socios diuidẽdi, iuxta l. verum. §. fi. & l. seq. & principiũ l. seq. ff. pro socio. & l. tam diu. cũ ibi notatis. C. pro socio. Et ista †, cũ sit generalis, vt est tex. in d. l. pro socio arbiter. non intentatur nisi finita societate. d. l. tã diu. & ibi glo. in ver. nata. & glos. in l. j. §. ad hæc. in glo. magna. in ver. pro socio. in prin. & ibi Bal. in v. col. C. de anna. excep. Sicut in simili dicimus in actione tutelæ, quæ est generalis: vt l. nisi finita. in prin. ff. de tute. & ra. distra. & est gl. no. in l. iij. in gl. vnica. C. de admi. tut. & Bal. no. in l. j. in pe. col. C. vt actio ab hære. quãuis inaduertenter, vt puto, Ang. hîc dixerit q ista actio pro socio generalis cõpetat etiã pro dirimẽda societate: quia si nunquã cõpetit, nisi finita societate, vt s. dixi, & ipsemet fatetur quomodo possibile est q competat pro dirimenda. [c] ⁂ ¶ †Ex istis ergo apparet quando intẽtari possit actio pro socio durante societate, & quãdo non. Itẽ ad quid detur actio pro socio. De quibus omnibus videte etiã glo. no. & magistram in d. l. tãdiu. in ver. nata. & ibi Bal. & la tiùs † Salic. Et ex prædictis secundũ emergentiam casuũ, diuersimodè esset formãdus libellus. Et in specie habetur hîc per Ange. de Are. & in generali actione pro socio, illa esset optima conclusio: Peto eum condemnari ad reddendam rationẽ dictæ societatis, & ad reliqua consignanda, & in communi ponenda: itẽ & ad faciendum alia, ad quæ tenetur secundũ conuentiones dictæ societatis. iuxta tradita per Barto. post glo. in l. j. in prin. in ij. col. ff. de eden. & per Ange. de Are. hîc. ¶ †Et an ista actio pro socio sit in libello formanda nomine societatis, vel nomine singularium personarum, ponit Bald. in rubri. C. pro socio. in ij. col. vbi videatis. Et iuxta suprà dicta aduertite † quòd inter socios potest nedum annuatim, [d] sed etiam omni tempore peti quòd rationes reuideantur, secundũ Bar. in l. Mutius. secundùm meã lectũrã. ff. pro socio. Et idem etiam tenet Bald. in rub. C. pro socio. in ij. col. dummodo sine calumnia petat: quamuis referat Barto. in d. l. Mutius. aliter dicere, quàm dicat in lectura mea. De quo etiam vide Barto. in l. ij. in fi. C. de naufr. lib. xj. ¶ †Notate tamen quòd illi, qui dant pecuniam mercatoribus ad dimidiam partem lucri & damni, iuxta l. j. C. pro socio. solùm in fine anni possunt petere rationem reddi, & non antè. Illud est, quod singulariter notat Barto. in illo text. in l. neminem. C. de suscept. & arca. lib. xj. De quo etiam vide pulchrè Salic. in l. aduersus. & l. rationes. C. de admi. tuto. Et quando datur pecunia mercatoribus ad rationem lucri, & damni, intra quantum tempus debebit docere mercator de damno: videatis sing. Barto. in l. ij. ad fin. C. de naufra. lib. xj. † vbi notat argumentum mirabile ex illo text. pro his qui dant pecuniam suam mercatoribus ad partem lucri, & damni: quòd si mercatores dicant se sustinuisse damnum furti, rapinæ, vel incendij, vel similium casuum, quòd mercator debet de hoc facere fidem intra annum: aliàs amplius non auditur. Dicit tamen Bartolus se hoc non firmare, cùm illa allegatio casus fiat per mercatores ad sui defensionem: & sic poterit probare vsque ad sententiam. [e] ⁂ Et quòd illud, quod ibi dicitur, sit speciale in fisco, videatis etiam quæ notant Imol. & Paul. de Cast. in l. Paulus. ff. de solut. ¶ †Et an si sit contracta societas quòd vnus ponat pecuniam, & alius operam, iuxta l. j. C. pro socio. an ille, qui pecuniam contulit, debeat habere in diuisione dictæ societatis capitale saluum, [f] & posteà lucrum ex ea prouenies debeat communicari: & quid si non reperitur nisi capitale, an in diuisione dictæ societatis, quæ fit, ponamus post multa tempora, & post multos labores perpessos, debeat ille, qui pecuniam posuit, totum capitale habere, an verò debeat diuidi: videatis in terminis glossam solennem, quam ibi multùm commendant scribentes in lege prima. & est glossa vnica. C. pro socio. & ibi Bar. & plenè Bald. & per eundem Bald. in l. si non fuerint. in lectura antiqua. & in l. cum duobus. §. si in coeunda. in lectura antiqua. ff. pro socio. & in l. si patruus. in fin. C. communia vtriusq; iudi. & Salic. in l. Mutius. ff. pro socio. & Ioan. Fab. in §. j. s. pro socio. & in istis locis habetis etiam post glos. suprà dictam. ¶ † Quid si capitale sit perditum, an ille, qui operam tantùm ponit, teneatur aliquid conferre, seu reficere ei, qui pecuniam posuit. Quibus etiam addite gl. in dicta l. si non fuerit. §. j. in ver. solus. ¶ †Et an si duo socij, vel duo fratres acceperint quædam prædicta ad laborerium, & vnus eorum habebat duos filios, qui similiter laborabant, & alius nullos habebat filios, & ex laboribus multa acquisiuerit: qualiter inter

a ¶ Diuisio. Vide do. Alex. de Imo. in consil. xcix. in ij. parte. & in consi. cxxx. ea. parte. & Bar. in cõsi. incip. Bitonensis. & in cõsi. incip. duo fratres. & Angel. in consi. cx. incip. bannitus.

b ⁂ Vide Bal. in l. j. & ibi latè & pulchrè per eundem Iasc. q. qui test. fac. poss. Sardus.

istos debebit fieri diuisio [a] videatis notabiliter Bal. in d. l. j. in xj. q. C. pro socio. vbi post multa finaliter cõcludit q societas est istius naturę q diuidit lucra operarũ in capita, non in stirpes: vt ibi plenius per eũ. & per eundẽ Bald. in c. j. de benefi. fra. in vsi. feu. & in l. si patruus. in pe. q. C. communia vtri iudi. & in tractatu suo de duobus fra. in fi. vbi dicit q si sunt duo fratres rustici, & vnus habet filios, qui quotidie laborant, alter verò non habet filios: quia primus plus ponit in opera, plus etiã debet recipere de diuisione fructuũ: & illud plus intelligitur arbitrio boni viri secundùm qualitatem & quãtitatem operarũ. De quibus omnibus videatis etiam no. Bar. in consi. suo incip. Bacharellus, & Menantius de Bel-

b ligio fratres simul habitabant [b] ⁂ &c. ¶ † Vltimò pro nunc circa suprà dicta ad vnum diligentissimè aduertite q si sunt duo socij, & vnus negligat reficere rem cõmunem puta domum communem, & alter reficiat: q si socius negligens non soluat partem impensarum ad eum pro sua rata portione pertinentiũ intra quatuor mẽses, q perdit dominium suæ partis, & illud acquiritur, & applicatur socio reficienti. de hoc sunt in terminis textus notabiles, & expressi, vnus in l. iiij. quæ incipit, si vt proponis. C. de ædifi. pri. alius in l. si fratres. §. idẽ respõdit, socius qui cessantis. ff. pro socio. & habetis etiã per Ang. de Are. hîc, qui reputat, & meritò, hoc esse singulariter tenendũ cordi. ¶ Sequitur in tex. & ex empto & vendito, vt de actione ex locato & conducto: verùm quia in istis actionibus formare libellum rude est, & nullius artificij, idcirco in hoc imitabor Io. Fab. hîc: nõ denigrãdo frustrà papyrum. Si tamen vltis earum formas in specie videre in actione ex empto & † vendito, recurratis ad Spec. in tit. de emp. & vend. §. prius. quem allegat Nic. de Neap. hîc, circa fi. in xj. & xij. q. extra glo. & ponit Ang. in §. actionũ. in materia emptionis & venditionis. j. eo. ¶ † In actione verò ex locato & conducto, recurratis ad Specu. in tit. de loca. §. post quam. quem refert Nic. de Neap. in loco proximè alleg. & ponit in specie Ang. hîc. Et si vultis videre positionem, & etiam libellos in his actionibus, ite ad Spe. in tit. de iudi. §. generalia. & in §. seq. lib. iiij. & ibi reperietis in actione ex empto & vendito, & locato & conducto. Et ad eum se remittit Ioan. Fabr. hîc. Et per ista remanet expeditus hîc §.

LAVS DEO.

1 *Duplum, vel quadruplum, est pœna in actione furti, tam manifesti, quàm non manifesti.*
2 *Pœna furti quæ sit, an corporalis, an pecuniaria, & an pro furto mori quis debeat 3.4.5.11.12.*
6 *Fur publicus quis dicatur.*
7 *Assassini qui dicantur.*
8 *Assessores pro insignibus furibus aduocari pati non debent.*
9 *Furis pœna de iure communi qualis sit. 10.*
13 *Peccatum an maius sit cognoscere pulchram, quàm deformem.*
14 *Furem si quis à furca pro enormi furto euadere velit, qualiter posit.*
15 *Leges transgredi quòd propter enormes casus emergentes liceat: in quibus magistratibus locum habeat. 16.*
17 *Fur manifestus an magis puniatur, quàm violentus raptor. 18.*
19 *Actio legis Aquiliæ contra negantem competit ad duplum.*
20 *Delinquens clàm an puniatur grauius, quàm qui palam.*
21 *Raptor violentus an actione furti teneatur.*
22 *Executores in actione testamento qualiter conueniri possint.*
23 *Hæres an ad vsuras legati vel fideicommissi teneatur.*
24 *Legatario an fructus debeantur à tempore hæreditatis aditæ. 25.*
26 *Negans an pœnitere, & confiteri possit. & seq. & quid si vult confiteri post negationem ad hoc vt consequatur commodum statuti remittentis quartam partem pœnæ confitenti maleficium. nume. 28.*
31 *Mora sicut fauore minoris re ipsa contrahitur absq; vlla interpellatione, ita & in ecclesia. 33.*
32 *Minor, & ecclesia æquiparantur. & quid de pupillo.*
34 *Minor & Respublica, siue fiscus æquiparantur.*
35 *Respublica & fiscus an sint idem.*
36 *Ecclesia & Respublica æquiparantur.*
37 *Extẽsio in pœnalibus, & in statutis, & in consuetudinibus, an fieri possit.*
38 *Mithridates vigintiduarum linguarum, quibus præerat, meminerat. Themistoclis obliuionis artem quærebat.*
39 *Statutum in vno de duobus æquiparatis, censetur etiam statutũ in reliquo.*
40 *Pœna ver. item mista. an extendatur legata facta Reipublicæ, vel fisco 41.44.*
42 *Pœnæ sunt molliendæ, & restringendæ, non autem extendendæ.*
43 *Casus duo si à lege antiqua æquiparati sunt, an si aliquid reperiatur postea de nouo, an statutum in vno intelligatur statutum in alio.*
45 *Relictum factum vni sancto, & in illa ciuitate sunt plures ecclesiæ ita nominatæ, ecclesiæ pauperiori censetur factum.*
46 *Relictum actum simpliciter ecclesiæ, cui in dubio legatũ videatur. 47.*
48 *Legatum simpliciter factum monasterio, in dubio cui monasterio factum intelligatur.*
49 *Legatum factum maiestati existenti in aliquo loco profano alicuius priuati hominis, sicut fit maiestatibus miracula facientibus, cui applicari debeat.*
50 *Relictum quicquid pro salute animæ datum sit, ad diuinum nomen spectat.*
51 *Relictum factum hospitali non legitimè constructo, cui applicetur. 52.*
53 *Relicta facta alicui ecclesiæ, vel alicui sacerdoti, in dubio an ecclesiæ, an verò ipsi sacerdoti facta intelligantur.*
54 *Relictum factum visitatori disciplinatorum, qui erat frater ordinis prædicatorum, cui acquiratur.*
55 *Libellus in actione furti qualiter formandus sit.*
56 *Libellus accusatorius quando agitur criminaliter, an necessariò continere debeat annum, mensem, & locum commissi criminis. 60. & quid si ageretur ciuiliter de delicto, quod infamaret de iure, vel de facto. 57. & quid de hora, & die commissi criminis, an sint necessariò ponendi in libello. 58. & 61. & quid si sit omissus locus, vel omissum esset tempus necessarium, an in probationibus suppleri possit. 63. 64.*
59 *Delictum in dubio intelligi debet factum tempore licito.*
65 *Probatio super inepto libello non validat processum.*
67 *Iudex si plus sit probatum, quàm petitum, supplere, aut condemnare non potest.*
68 *Libellus accusatorius si bene conceptus non sit, an absoluatur accusatus.*
69 *Additio ad libellum post lit. conte. an fieri possit.*
70 *Libellus accusatorius in actione furti quæ verba necessariò continere habeat. 75. 89.*
71 *Dolus in dubio semper inest furto, & homicidio.*
72 *Libellus vbicunque qualitas in eo expressa ex natura facti tacitè inest, semper absque eo quòd qualitas exprimatur, concludit.*
73 *Libellus in actione furti de consilio valorem rei continere debet.*
74 *Aestimatio possessionis diuersa est ab æstimatione dominij.*
76 *Libelli accusatorij conclusio, scilicet peto eum condemnari ad pœnam & etiam ad rem mihi restituendam, an admittatur. 77.*
78 *Libellus in actione vi bo. rap. qualiter formandus sit.*
79 *Violentia commissa cum armis vt dicatur quid sufficiat.*
80 *Insultum cum armis an factum dicatur per eum, qui arma ad latus habebat, licet non extraxerit.*
81 *Arma portans, malum animum præsumitur habere, nisi ligata portet. Arma vetita portans, ipsa perdere debet. Arma solum domi habere vel portare an vis reputatur.*
82 *Armorum vetitorum appellatione quid contineatur. Armorum portatio per statutum punienda de quibus armis intelligitur.*

Armorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

83 *Armorum appellatione quid veniat.*
84 *Arma ad offerendum quæ sint.*
Armorum appellatione an veniant dentes.
85 *Armorum appellatione an veniant cultelli ad incidendum panem.*
87 *Arma portandi licentiam habens, an apud iudicium deferre possit.*
88 *Libellus in actione vi bo. rap. an necessariò continere habeat illa verba, Armatus ense.*
90 *Iuramento agentis vi bo. rap. ante stetur.*
91 *Iuramento agentis actione furti an stabitur de rebus furto subtractis.*
92 *Libellus in actione legis Aquiliæ qualiter formetur. 96. & an necessariò continere habeat tempus. 99. & an proposita actione legis Aquiliæ tacitè videatur concludere ad duplum in casu negationis ex natura actionis propositæ. 100.*
93 *Tituli ad legem Aquil. de noxali. si quadru. paupe. feci s. dic. quando locum habeat. 101.*
94 *Capita legis Aquiliæ.*
95 *Actio legis Aqui. directa quo casu detur: & an emphyteutæ, & feudatario competat. 98.*
97 *Actio legis Aquiliæ cui competat.*
102 *Actione legis Aquiliæ agi debet, si damnum datum potest ad pristinum statum reduci. 103.*
104 *Libellus in actione legis Aquiliæ contra incidentem syluam qualiter formandus sit.*
105 *Libellus quando ageretur pro legatis factis ecclesiæ, qualiter formari debeat.*

Ver. Ex maleficiis.

¶ Istum versi. aliqui legunt pro §. vt Ange. de Aret. hîc: ego in prin. huius §. præcedentis dixi me lecturū pro ver. propterea quòd alij omnes totum simul legunt: sed non est vis. Iste ver. fuit summatus s. in prin. huius §. ¶ Nota primò ex hoc text. ibi: de sola pœna agitur. quòd in actione furti siue non manifesti, siue etiam manifesti, duplū, vel quadruplum est totū pœna. Et sic habetis †quòd in duplo, vel quadruplo non inest simplum: & sic rei persecutio. Circa quod videte quæ pulchrè dixi in §. sic itaq;, in iij. no. s. eo. quę hîc potestis repetere. ¶ †Secūdò no. ex eo tex. secūdū Ang. hîc, q pro furto, siue manifesto, siue non manifesto, de iure nō imponitur aliqua pœna corporalis, sed tantū pœna pecuniaria dupli, vel quadrupli, vt hîc, cū infinitis simi. Subdit tamen Ange. hîc super gl. iij. quòd hodie de iure Authenticorū pœna furti est abscisio membri. Alleg. tex. in auth. sed nouo iure. & ibi glo. & doct. C. de seruis fugi. quē text. iudicio meo, non debuit vidisse Ange. de Are. nec etiam glo. ibi: quia dicit de directo contra illum tex. & contra glo. ibidem, vbi formaliter dicit tex. sed pro furto nec morietur, nec aliquod abscindetur membrū, sed aliter castigabitur, & ibi glo. in ver. castigabitur. scilicet fustibus: & sic fur de iure Authenticorū debet solùm fustigari. Ad idem contra Ange. est etiā tex. expressus in §. pe. in auth. vt nulli iudicum. colla. ix. vnde sumitur dicta authen. sed nouo iure, vbi formaliter dicitur in text. Pro furto non volumus omnino quodlibet membrū abscindi, aut mori, sed aliter castigari. Et idē contra Ange. dicit expresse glos. iuris canonici in c. inter alia. in gl. in ver. latro. ad fi. extra de immu. ecc. Pro Ang. tamen facere videretur tex. in c. j. §. iniuria. [a] ✻ de pace iura. fir. in vs. feud. de quo tex. videatis Bar. in l. capitaliū. §. famosos. ff. de pœnis. ¶ †Subdit etiā Ange. de Are. hîc, quòd tres reperiuntur casus in iure, in quibus pro furto quis debet mori. Primus est, & mirabilis, in c. j. §. si quis quinq; solidos valens. de pace te. in vsi. feu. vbi formaliter dicit text. [d] quòd si quis quinq; solidos valens fuerit furatus, laqueo suspendatur: si minus, scopis, & forpice excorietur, & tundatur. Dicit Bald. in d. authentica sed nouo iure. in ij. col. & Bald. in §. si quis quinq; solidos valens. post Iaco. de Bel. ibi quòd ille §. non seruatur de generali consuetudine: & ideo de illo §. non est curandum. Et istud idem ante eos dicit glos. in dicto c. j. §. iniuria. in ver. legitimè. in fi. de pace iur. fir. Puto ego melius posse dici ad illū §. si quis quinq; solidos valēs. q ibi loquatur, quādo propter qualitatē alterius delicti non solius furti furca suspenditur: quoniā ibi cōmittendo furtum in quinq; solidos, violabat publicam pacem. & ideo quia est etiā violator pacis publicę debet ex illo furto suspēdi. Et huic intellectui optimè suadet tit. sub quo situatus est §. ille, qui est optimus interpres nigri, prout plenè dixi s. in rub. præsentis tituli. & ita etiā visus est sentire Ang. hîc. [4] ¶ †Secūdus est casus, secundū eū, in l. pe. ff. de condi. ob cau. Sed nihil est, quia vt ibi dicitur per gl. in ver. summo supplicio. & ibidē per doc. ibi ita fuit factū de facto, nō autē q de iure fieri debuerit: vel ibi speciale propter vilitatē personæ: quia erat seruus. & fatetur etiā Ang. de Are. hîc. ¶ †Tertius casus est secūdùm Ange. hîc in famoso latrone, vt est tex. in l. capitaliū. §. famosos. ff. de pœnis. In hoc tamē aduertite q quāuis gl. in d. authen. sed nouo iure. in ver. castigabitur. & glos. in d. §. famosos. in ver. furca. intelligāt illū esse publicū latronē. qui consueuit furari. Tamē Bar. in d. authen. sed nouo iure. dicit quòd quamuis ita obseruetur q tamē glo. prędictæ non bene dicūt: quia [6] dictus §. famosos. loquitur de publico latrone †sed fur, qui consueuit furari, est publicus fur, non autē publicus latro: quia latro est, [b] qui per vim, [b] &c. vt d. §. famosos. Ipse tamen Barto. in d. §. famosos. saluat prædictas gl. vt procedāt quādo cōtra cōsuetos furari publica fama laboraret. & ita simpliciter sequitur Ange. de Are. hîc. Sed Ang. in d. §. famosos. iudicio meo, dicit q nō intelligit famosos latrones ex eo q assiduè furentur, †nisi etiā cum armis aggrediantur, aut vi auferant, quos vulgò appellamus assassinos, siue arrobatores stratarū. Allegat bonū tex. in l. prętor ait. §. aduersus eos, qui cadauera. ff. de sepul. vio. no. etiā Bald. in d. authen. sed nouo iure. in [8] prin. ij. col. & etiā in iij. col. & ibi etiā subdit no. Bald. † q assessores [c] non debēt pati aduocari pro insignibus furibus, [c] ✻ quorū periculi sui nescia feruet insania. Alleg. de hoc tex. no. in l. per omnes. C. de defen. ciui. & quod etiā pro tertio furto nullus fur, etiam famosus, [d] possit de iure furca suspendi: [d] tenet in terminis Iac. But. & Raph. Ful. in d. auth. sed nouo iure. & Bal. ibidem. in prin. ij. col. quia non reperitur iure cautū. & §. famosos. secundū eū loquitur in latrone, qui violenter furatur: & sic non solùm delinquit in rebus, sed etiam in personis. Vnde secundùm Bald. ibi: †omnes Saccomani debent de iure furca suspendi. Et vltra suprà scripta de pœna illa furis [e] qualis sit de iure cōmuni, [e] videatis etiam latè per Ang. in §. pe. in auth. vt nulli iud. colla. ix. & glo. no. in §. famosos. alleg. in ver. furca. †quæ etiā dicit q secundū legē Longobardorū pro primo furto quis debet perdere oculum, pro secūdo nasum, pro tertio verò debet mori: vt in Lombarda de furtis. l. de latronibus. ¶ Et circa suprà scripta etiā videte multas quęstiones per Bal. in d. c. j. §. iniu- [11] ria. in verb. furtū. de pace iura. fir. † Et inter cætera an pro multis furtis paruis possit quicūq; famosus fur suspendi: de quo etiā videte [12] per Bal. in l. apud antiquos. in fi. C. de fur. ¶ †Subdit etiam Ange. de Are. hîc vnum ad limitationē prædictorū q latro famosus pro prima vice veniā meretur à furca. Alleg. ad hoc glo. iuris canonici, quā ad hoc ipse reputat singularē in c. qualiter, & quādo. el ij. extra de accu. text. in l. iij. C. de episc. aud. Sed ego allego text. de iure ciuili expressum in d. l. capitalium. §. grassatores. in versic. vtique si sæpius. & glo. expressam in d. §. famosos. in ver. grassati sunt. Dicebat etiam circa prædicta Bald. in d. auth. sed nouo iure. circa fi. j. col. auth. vt nul. iud. lic. & c. Carcassona Sardus.

¶ Suspendi. Vide Gandi. in trac. maleficiis. tit. de furio. & plenius per Alex. de Imol. in l. si cui. §. fi. de acc. & Ange. Aret. in tract. maleficiis. ver. vestem. in iij. col.

[e] ¶ De iure cōmuni. Fur qua pœna veniat puniēdus de iure cōmuni: vide Alex. Imol. in consil. cxiij. in vlti. col. in iiij. parte.

[a] ✻ Aduerte q tex. in d. §. iniuria. videtur potius Angeli opi. obesse, quàm opitulari, quicquid Ias. dicat. nam text. dicit furtum, & iniuriam legitimè puniri. & glo. exponit, id est, secūdùm leges Romanas. Sed secundū ius Romanorum [1] expeditū est, nec mortis, nec membri abscisiōis pœnam pati debere d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. nisi forsan dicere[s] q d. §. iniuria. se referat ad tex. in cap. j. §. si quis quinque. de pace tenen. in vsib. feu. quod non placet arg. §. sed ius quidem ciuile. instit. de iure nat. gen. & ciuil. & glo. vt s. dixi aliter intelligit. Carcassona Sardus.

[b] ¶ Per vim. Vide do. Alex. de Imo. in consil. xcj. in iiij. parte.

[c] ✻ Aduerte q tex. in d. l. per omnes. loquitur in latronibus, & ideo non ita de facili admitterem furibus denegandam forè aduocationē: arg. c. in pœnis. de reg. iur. in vj. & l. interpretatio a ne. ff. de pœn. & grauis [2] delinquūt latrones, quā fures: vt §. penul. in

[a] col. quòd quamuis de iure quis pro primo [a] vel secundo furto furca non suspendatur, quòd tamen de generali cōsuetudine est inductum quòd pro tertio furto quis furca suspendatur: subiiciens notabiliter q stante prædicta consuetudine, vel etiam si statuto illud disponeretur q tria furta requirantur, q tamē pro vno furto multùm magno, & enormi, quis posset furca suspendi: quia sæpe vnum magnū æquipollet tribus paruis, per tex. illū in simili aureū, & singularem in l. si is, qui tres. §. fi. ff. de excu. tut. Item quia, secundùm eum, propter enormitatem delicti licitū est leges transgredi. Allegat Inno. in c. j. extra de consti. Et cū hoc dicto Bal. tenet simpliciter Ang. de Are. hîc. Addo Bal. idem tenentem in d. c. j. §. iniuria. super ver. furtum. de pa. iur. fir. Et hoc dictum dicit se practicasse Ange. de Are. in ciuitate Perusij in tractatu suo maleficiorum. in ver. vestem cœlestē abstulit. Et idem tenet Ang. in l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de ædi. edic. Contra tamen illud dictum tenent multi, vt Sal. Pau. de Cast. & Fulgo. in d. auth. sed nouo iure. & solennis vtriusq; iuris censuræ doc. Io. de Ana. in c. fin. extra de furt. quia consideratur consuetudo furandi, & nō furtum. & per alias multas vrgentes rationes, quibus addite pulchram glo. in c. fur autem. quod est c. fi. xiiij. q. vlti. vbi est glos. no. in ver. fornicatio. quæ [13] disputat, †an maius sit peccatum cognoscere pulchram, quàm deformē: & finaliter concludit magis peccari cum deformi, quàm cū pulchra: quia plura sunt, quæ magis suadent immiscere formosę, quàm deformi, vt pulchritudo, & libido. Ita dicimus in proposito, quòd cōsiderata persona furis, plus deliquit, cui dātur parua occasio furandi, quàm cui datur magna: quia obiectū magnū, quod inuitat ad furandū, magis minuit delictum, quàm obiectum minus. [14] Quicquid sit, quia dictū Bal. est dubiū, †si velletis euadere clientulum vestrum à furca pro enormi furto, posletis per id, quod singulariter voluit Bal. in auth. hodie. C. de iudi. vbi dicit Bald. q illud, [15] quod vult Inno. in dicto c. j. extra de constitutio. †quòd ex causa licitum sit transgredi leges propter enormes casus emergentes, habet locum in maioribus magistratibus tantùm, quibus istud licet: secus est in minoribus magistratibus. vt in Potestatibus terrarum, qui habent seruare statuta ad vnguem. Quod dictum teneatis perpetuò cordi. †Accedat quod singulariter voluit Lud. Ro. in l. si verò. in §. de viro. in lxvj. fallentia. ff. solu. mat. vbi dixit singulariter (nec alibi scriptum in specie inuenietis) quòd imò propter enormitatem, aut immensitatem delicti, non licet magistratui leges transgredi, sed quòd imò tunc debet consuli superior. Et pro hoc allegat text. vnicum, & sing. in iure, in l. diuus. la ij. ff. de fal. circa quem tex. diligenter considerabitis, quia peregrinus est: sed mihi vrgenter non probat dictum Lud. ¶ Tertiò notate ex hoc textu, in ver. vi autem bo. rap. quòd in actione vi bonorum raptorū quæ datur in quadruplum contra rapientem, in quadruplo inest sim- [17] plum, & sic rei persecutio. Et sic habetis † q in actione vi bonorū raptorū quadruplū non est totū pœna. Et ex hoc habetis corollariè inferre, quòd magis puniatur fur manifestus, quàm violentus raptor: quia in furto manifesto quadruplum est tota pœna: sed in violento raptore in quadruplo continetur simplum, & sic etiā rei persecutio: & sic in violento raptore solum triplum est pœna, sed in furto manifesto totum quadruplum: vt hîc, in text. Concordat tex. no. in §. j. s. vi bo. rapt. iuncto §. fin. s. de obli. quæ ex deli. Pul- [18] chrum ergo est vt videamus quæ sit ratio diuersitatis, †quare magis puniatur fur manifestus, quàm violentus raptor. [b] ✻ Sol. dixit [b] Io. Fab. hîc. in ij. col. quem simpliciter sequitur Ange. hîc, in ij. col. quamuis de eo non faciat mentionem, quòd ideo est, quia magis frequentantur furta, quàm rapinæ: & sic grauius puniuntur, vt sic magis arceantur. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. Accedant quæ in simili volunt glo. in l. ij. in princ. in ver. contrahitur. ff. pro empto. & s. de vsuscap. in prin. in ver. bona fide. dum ponunt quæ sit ratio diuersitatis quòd ad inducendam præscriptionem in contractu emptionis requiritur bona fides duobus temporibus, scilicet tempore celebrati contractus, & tempore traditionis. & tamen in aliis contractibus sufficit interuenire bonā fidē vno tēpore, scilicet tēpore traditionis, & dicūt rationē diuersitatis esse: quia cōtractus emptionis magis frequētatur. Sed huic rationi Io. Fa. & Ang. de Are. vnū

[a] ¶ Pro primo. An autem pro primo furto de iure communi sit pœna mortis vide Alex. de Imol. in consi. v. vlti. col. in j. parte. & in consi. cxxxv. in vj. col. ea. parte. & in consi. cxiij. in vlti. col. in quarta parte.

[b] ✻ Adde q doctores præsupponunt vnū quod est falsum, q grauius puniatur fur manifestus, quàm violentus raptor. Et probatur fur manifestus extra ordinē dūtaxat punitur. l. fi. ff. de fur. at raptor si cū armi[s], tenetur lege Iulia. de vi publica & deportatur bonis ablatis: vt l. iij. §. j. & l. qui dolo. §. fin. ff. ad legē Iul. de vi publi. & §. item lex Iulia. insti. de pub. iudi. si sine armis, tenetur lege Iulia. de vi priuata, & punitur tertia parte bonorum. l. j. ff. ad legē Iul. de vi priua. nec actio vi bonorum raptor. tolli iudiciū criminale: vt l. ij. §. j. ff. vi bon. raptor. & l. j. C. quando act. ciuil. crimi. præiud. ergo raptor grauius punitur. Præterea qs dicitur grauius puniri quotiēs ad periculum maioris pœnę deducitur. tex. est notab. in l. interdū. la ij. §. qui furem. ff. de fur. sed raptor, vt ex s. dictis apparet, ad maius periculum deducitur, ergo grauius punitur. Nec q in quadruplo insit rei persecutio, facit videri delictū mitius punitum, vt ex allegatis patet. sed si quæras quare in actione furti manifesti in quadruplo non insit simplū, secus in actione vi bonorum raptorū, & tunc vltima ratio mihi magis satisfacit: quia cùm raptor magis puniatur respectu fisci, qui fur manifestus, iustū fuit mitius in pœna parti applicanda eum teneri, arg. §. necessarij. insti. de hæred. qual. & diffe. Anto. Ange. Carcassona Sardus.

[c] ¶ Palam. vide ad hoc Felin. in cap. cum quidā. in iij. col. ver. vj. declaratio. de iureiur.

obstat multùm fortiter, cui nō video q possit responderi: quia data eorū ratione pro vera, sequeretur q etiam furta non manifesta grauius punirentur, quàm rapinę, quia frequentiùs committuntur: & tamen istud est notoriè falsum: ergo ratio eorum non vera. Nico. de Neap. hîc, in viij. q. extra glo. post suum Rodul. de Auri. voluit euadere nodū, quæstionis prædictę, & dixit quòd imò quæstio, quam s. fecit, est falsa q plus puniatur fur manifestus, quàm violentus raptor: quia, secundùm eum, hoc est falsum, cùm raptor nihilò minus teneatur actione furti manifesti, per tex. in l. si vendidero. §. cùm raptor. ff. de fur. sed errat, per tex. in l. j. ff. vi bo. rap. & quia nō est verū q violentus raptor semper teneatur actione furti manifesti, per tex. in l. si quis ex domo. ff. de fur. & ſ. videbimus in glo. in ver. vi bo. rap. vbi ego expresse hoc firmabo contra eum ex mēte eius. demmet in hoc sibi contrarij, vt ibi videbitis. Aliam rationem diuersitatis assignat ipsemet Nico. s. vi bo. rap. in prin. ex mente Oldra. in l. qui vas. in princip. ff. de fur. & in l. lege Iulia. ff. ad legem Iuliā. de vi pri. Nam ille, qui tenetur actione vi bo. rap. tenetur etiam de violentia: & sic potest etiam criminaliter accusari vel lege Iulia. de vi publica, vel de vi priuata. Allegat d. l. lege Iulia. quam ego non inuenio nec in ff. ad legem Iuliā. de vi priuata, nec de vi publica, nec C. eo. ti. quod non est in furto: quia potest tantùm extra ordinem puniri. l. fi. ff. de fur. Cùm ergo violentus raptor in vno grauetur, in hoc nimirum, si in alio alleuiatur per regulam vulgatam. l. eum, qui. in prin. ff. de iureiur. Sed ista ratio adhuc mihi non placet, quia non est generalis: nā sequeretur q eo casu, quo fieret rapina, siue violentia alterius, cum animo tamen committendæ violentiæ: vt in casu l. si quis ex domo. ff. de fur. quod tunc in actione vi bonorū raptorum quadruplum esset totum pœna: quod tamen est falsum. Cogitabis de meliori ratione diuersitatis. ¶ †Quartò notate in ver. sed & legis Aquiliæ q contra negantem actio legis Aquiliæ competit ad duplum. Concor. §. omnes. in ver. in duplum. ſ. eo. & l. contra negantem. C. ad l. Aquil. cum multis si. milibus. Istud notabile potestis multis singularibus modis limitare per ea, quæ in simili dixi vobis in §. omniū. s. eo. circa tex. in l. fi. ff. de rei vē. quę omnino addatis hîc. ¶ Vltimò notate in ver. itē mista. q ille, qui fraudulenter, & sine causa differt præstare relicta facta piis locis, si fuerit in iudicio cōuētus, tenetur ad duplum. Quod qualiter intelligatur. ſ. videbitis in gl. in [c] ver. distulerint. & in glo. in ver. iudiciū. in quibus locis reseruo dicendū: qa opportunius cadet. ¶ Glo. j. aliqui habēt in ver. ex maleficiis. aliqui, & melius, in ver. quadrupli. & diuiditur in duas partes. In prima format quæstionē. In secunda respondet. Secūda ibi: respondeo. imò magis. ¶ In fi. glo. per hoc nō respondet [20] cōtrario. d. l. nō existimo. in ea alle. † vbi grauius punitur, qui clàm [c] facit, quàm qui palā [c] hîc verò est secus. Vnde pro solutione dicebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Vide bonũ tex. in l. ij. §. si in re deposita. ff. vi bo. rapt.

b *Aduerte quòd per hanc distinctionẽ probatur quod ꝫ. dixi in proxima additione. Nam raptor non solum tenetur pœnis de quibus ibi dixi, sed etiã in omnibus casibus, in quib⁹ quis posset furti manifesti conueniri, posset etiã raptor illis interuenientibus. Sardus.

Dyn. quem posteà secuti sunt omnes alij hîc, quòd aut loquimur in his, quæ possunt esse licita, & illicita, & sic quę possunt æstimari permissa, & prohibita: & in istis magis punitur qui clàm facit, quàm qui palam. Et in istis terminis loquitur propriè d.l. non existimo. Aut loquimur in his, quæ sunt omnino illicita, & prohibita, & sic quę nullo vnquã casu possunt esse licita, vt est furtum, & in istis, quæ semper sunt illicita, magis punitur qui palã facit, quàm qui clàm: vt hîc, cũ si. Et pro illa solutione facit secundùm doct. hîc, quia magis punitur disputans de fide catholica publicè, quàm priuatim, & occultè. C. de sum. tri. & fide catholi. l. iij. & ibi glo. in ver. publicè. Et cùm ista sol. transeunt (vt prædixi) omnes hîc, vt Ioan. Fab. Ange. de Are. &[a] *Nic. in vj. opp. glo. Ista solutio videtur prima fronte periculosa, & reprehenditur per nonnullos hîc: quia videtur esse contra casum de brocha in l. fi. ff. de ritu nup. vbi loquitur in his, quæ sunt omnino illicita, & prohibita: vt contrahere matrimonium in gradu prohibito: & tamen ibi grauius punitur qui clàm contrahit, quàm qui palam. Ego sustineo solutionẽ doct. & dico quòd imò in illa l. fi. contrahere matrimonium inter collaterales, non est omnino, & semper prohibitũ: imò potest esse licitum, & illicitum: quia vsq; ad certum gradum prohibitum est matrimonium: vltra verò est permissum. § . inter eas. cũ glo. in ver. sed non tanta. & §. duorum. s̃. de nup. & l. celebrandis. C. de nupt. vnde ibi propriè sumus in casu primo doct. scilicet in his, quę possunt esse licita, & illicita: ideo ibi grauiùs punitur ille, qui clàm contrahit, quàm qui palam. & ibi erit propriè casus pro distinctione doc. Et hanc solutionem ad distinctionem doct. sentit Barto. post Dy. in l. ij. §. & generaliter. ff. vi bo. rapt. & ideo si aduertatis, iurisconsultus in d.l. fin. quando loquitur in matrimonio, quod semper est prohibitum, vt est inter ascendentes, & descendentes non dicit quòd grauius puniatur, qui clàm facit, quàm qui palam: sed solum illud dicit in matrimonio, quod potest esse prohibitum, & permissum, videlicet inter collaterales, ita quòd ibi est casus rotundus pro solutione doct. & non contra. Quia tamen illa est via brocardica, an grauiùs puniatur ille, qui facit clàm, an ille, qui palã: de hoc brocardo vide latè Cy. Iac. But. Ray. & Bal. in d.l. nemo. C. de sum. tri. & per antiquos, vt Ray. Iac. de Ra. Pet. de Bellaperti. & Old. in d.l. non existimo. per Iac. But. in l. in tantũ. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. per Dy. & Bar. in d.l.j. §. generaliter. ff. vi bo. rapt. & Iac. de Bel. latè in d.l. fi. ff. de ritu nup. ¶ Glos. in ver. quadruplo. quam diuido in duas. In prima remouet tacitum contrarium ad text. In secunda format quæstionem. Secunda ibi: sed nunquid etiam raptor. Prima pars principalis subdiuiditur in duas. Nam in prima facit quod dictum est. In secunda ponit fallentiam. Secunda ibi: nisi in casu. Item secunda principalis subdiuiditur in quatuor particulas. In prima facit quod dictum est, quia format vnam quęstionem. In secunda refert opi. Pla. In tertia respondet ad allegata per eum. In quarta ponit opi. suam. Secunda ibi: dic quòd non, secundũ Pla. Tertia ibi: sed certè ibi erat actũ. Quarta ibi: sed satis videtur quòd manifesti. ¶ In eadem glo. in fi. cum opi. glossatoris nostri trãseunt indistinctè doct. hîc, vt Dy. Ioan. Fa. & Ang. Et pro ea allegant tex. expressum in l. si vendidero. §. cùm raptor. ff. de fur. quem Bar. ibidem reputat ad hoc vnicum, & singularem in iure. Ego opi. Pla. hîc relatam in glo. non teneo, & eam reprehendit etiam Barto. in d.l. si quis ex domo. ff. de fur. Hæc opi. glossatoris nostri, & sequacium, iudicio meo, non est indistinctè vera, vt patebit ex his, quæ nunc subiicio in proxima distinctione. Vnde ego distinguo ex mente Dy. & Bar. in l.j. ff. vi bo. rapt. & eiusdem Dy. in l.ij. §. hoc edictum. in eo. tit. ff. vi bo. rap. & Barto. in d.l. si vendidero. §. cùm raptor. & Nic. de Neap. s̃. vi bo. rapt. in princ.

a ✻Adde quòd ego in legato pro redimendis captiuis facto prolixior eſſem in opi. contra gloſ., per plura, quæ adduci poſſent: verùm quia de hac q. habemus text. expreſſum in terminis, & miror quòd doctores non aduertant, non inſiſtam. Qua igitur pœna puniantur differentes ſolutionem legatorũ pro redimendis captiuis, decidit imperator in §. ſi quis autem pro redemptione. eſt duobus §§. ſeq. in authen. de eccleſ. titul. vbi ſi ille, qui ad talia legata, ſiue relicta tenetur, ſecũdò admonitus ab antiſtite, non ſatis facit, cadit ipſo iure ab omni commodo, quod à teſtatore percepe-rat, & totũ illiuſ piæ cauſæ applicatur. Dic vt ibi. Anto. Ange. Carcaſſona Sardus.

b ¶ In l. j. V bi vide eundem do. Iaſ. in princ.

c ✻Sed quęro quid ſi ſunt plura monaſteria monialium, prout extant Bononiæ, cui erit applicãdum. Dic pauperiori: vt §. ſi quis in nomine. in authen. de eccleſ. titul. licet Bononię in dubio applicetur monaſterio corporis Chriſti. Carcaſſona Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Et mensis. Vide do. Alex. de Imol. in consil. lxxij. in v. col. cū seq. in j. parte. & in cōsil. cl. in ij. col. in ij. parte. vbi ponit etiā qd de die: & quæ demōstrationes in accusatione poni debeant. & in consil. clxxij. in v. col. in ij. parte. vbi ponit de mense vel die. Et etiā quid si pars non opponat. & ibi ponit etiā an qualitates delicti probari debeant: & nūquid procedat accusatio, si probetur delictum, sed nō qualitas temporis appositi in libello: vide per eū in consil. lxxiij. in vj. col. in j. parte. & in cōsil. cxxj. in ix. col. ea. parte. vbi ponit quid si quis accusatur de delicto cōmisso de nocte, & pro batur de die.

b ¶ Necnō & locus. Sed quid si locus esset appositꝰ indeterminatus, an sustineat libellus accusatorius, si declarari possit? vide do. Bartho. Socin. in consilio clxvj. incip. viso ,,cessu. circa medium vij. col. in ij. parte. ꝙ sic.

c ¶ Ad condemnationē. Adde Feli. in c. significantibus. in ij. col. versi. intellige. post princip. de libel. obla. quòd si accusator non posuit in accusatiōe maleficiū fuisse cōmissum tempore punibili, non sustētatur libellus, licet in actis de tempore constet.

d ⁂ Adde ex quo hīc opportunè dicēdum occurrit, quòd communis opi. in d. l. edita. est quòd per ineptam libelli conceptionem. an criminibus nomē rei ipso iure aboleatur, parte etiam nihil opponente. contrarium tamē semper mihi verius visum fuit ꝙ imò nomen rei nō ipso iure, sed eo opponente abolea tur. Et videtur pro hac opinione tex. in l. libellorū. §. fi. quē hīc allegat Iaſ. & videtur casus in l. ij. C. de abolitionib. vbi ponitur forma abolitiōis pe tendæ, quæ præsentibus partibus causa cognita cō petenti iudice po stulari debet: ergo si postulat, non fit ipso iure. l. quę sub conditione. §. fin. ff. de condi. institu. ad idem bonus tex. in l. j. §. abolitio. ff. ad Senatusconſ. Turpilia. & facit §. accusationē. In eadem l. j. ibi qualiſcunq; fuerit illata accusatio, cognoſcētis authoritate aboleri debet. Et facit trita illa regula, quòd vbi agitur de fauore alicuius, parte petēte fieri debet. l. vniuerſa. iuncta gloſ. C. de precib. imper. offerend. prætereà pro iſta parte videtur caſus in l. accuſaturus. ff. de adult. vbi errans in inſcriptiōe poteſt libellū emendare, ne cauſa criminis aboleatur: ergo ſi erretur in inſcriptione non ipſo iure abolebitur: quia ſi fieret ipſo iure, fruſtra emendationē requireret lex, ne nomen rei abolea tur, ſi iam abolitum eſſet. Et iſtud ni fallor virget. Nō obſtat tex. in d. l. libellorum. §. ꝙ ſi libelli. Nam ille tex. eſt intelligendus prout facit glo. quæ ſubaudit, reo petēte. Vel aliter dicere poſſumus conciliādo huiuſmodi opiniones, ꝙ abolitio fiat ipſo iure ſi à parte oppona tur de ineptitudine libelli, prout in ſimili dicimus de compēſatione, quę fit ipſo iure parte tamē opponente, vt habetur in §. in boneſidei. ff. eo. & in l. ſi conſtat. C. de compen. Et has duas concluſiones publicè diſputādo tenui. Carcaſſona Sard.

ſatorio apponi. annus & menſis [a], necnon & locus [b] commiſsi criminis, iuxta formam l. libellorum. in princip. & ibi latè Bartolus ff. de accu. & l. penul. vbi gloſſ. & doct. & latè Salic. C. de accu. † Imò fortiùs etiam ſi ageretur ciuiliter de delicto, prædicta nihilo minus requirerentur, quando tale delictum infamaret de iure, vel ſaltem de facto: aliàs ſecus in l. prætor edixit. in princip. & ibi latè, & notabiliter ponit, & declarat Bartol. ff. de iniur. & l. item exigit. ff. de dolo. & c. tuæ. extra de procur. & c. præſentiū. de teſtibus. in vj. Et idem vult etiam Bartolus in l. j. §. j. ff. de ſuſpect. tuto. & in l. j. circa medium ff. de except. titu. generali. & in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. & l. inde Neratius. §. j. ff. ad legē Aquil. & in l. viro, atque vxore. ff. ſolut. mat. & in l. j. §. hoc interdictum. in ij. col. ff. vti poſsid. & in l. per procuratorē. ff. de obſe. à lib. & lib. paren. præſtan. in l. edicta. in ij. col. C. de eden. & in l. ſed ex dolo. §. fin. ff. de dolo. & Baldus in repetitione Paduana dictæ l. edicta. in vj. col. in viij. ix. & x. oppo. Et videatis omnino Bald. in c. j. in princ. in vj. col. in tit. quibus modis feu. amit. & Salic. in l. atrocem. C. de iniur. & Ang. hīc, & melius in ſuo tractatu maleficiorum, in verbo, de anno præſenti. † Dies autem commiſsi criminis, & hora, non ſunt neceſſariò apponendi in libello accuſatorio. d. l. libellorum. in princip. & gloſſ. in d. l. penul. in verbo, tempus. Quod intellige vt per Bartol. in d. l. libellorum. in j. col. Et limitate vt per eundem ibi, in iiij. col. in ver. circa tempus. niſi eſſet tale delictum, quod aliquo die factum eſſet punibile, puta in feſto alicuius ſancti: & aliquo die non. Et idem in hora, ſi per ſtatutum terrarum quędam ſunt delicta, ſi certa hora committantur, & alia non iſtis caſibus debēt in libello inſeri dies & hora: quia aliàs non concluderetur eſſe delictum: vt ibi latiùs per Bar. † quia in delictis habemus vnā regulam multùm vtilem, & ſignandam, quòd in delictis in dubio ſemper debemus intelligere factum tempore licito, non autem tempore prohibito: vt ibi dicit no. Bart. & idem Bar. latiùs, & notabiliùs in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de oper. no. nun. & Bal. in l. fi. C. an ſeruus ex ſuo facto. & in l. precibus. in vij. col. C. de impu. & aliis ſubſt. & in l. ij. in ij. col. ff. ſol. matr. & do. Abb. Panor. in c. auditis. extra de præſcrip. & in c. in præſentia. extra de proba. Et ita etiam intelligite quod dictum eſt de loco commiſsi criminis: quia ſi factum, de quo quis accuſatur, eſſet vniformiter punibile, in quacunq; parte loci eſſet factum, vt in furto, tunc ſufficeret ponere domū nec eſſet neceſſe ponere locum loci: aliàs bene oporteret apponere locum loci, videlicet in tali domo, & in tali camera, per rationem ſ. proximè dictam: & ponit in ſpecie, & declarat Barto. in d. l. libellorum. in j. col. & in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de oper. no. nun. & in l. pen. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. & Specu. in titu. de accuſ. in princip. Item † quod dixi de die & hora neceſſariò non ponendis in libello accuſatorio, limitate ſecundò, & declarate, niſi ad petitionem accuſati iudex cogeret accuſatorē diem declarare ad hoc vt reus poſſet ſe defendere eo

a ⁂ Et ſi in libello accuſatorio omiſſus eſſet locus neceſſarius apponi, vel omiſſum eſſet tempus neceſſariū, an poſſet poſteà in probationibus ſupplere: videatis Petr. de Anchara. in cle. conſtitutionem. de elect. ſingulariter decidentem, & tenentem quòd ſic. Nihil tamen boni allegat ad hoc: nam allegat c. cùm dilectus. quod eſt c. ij. extra de ord. cog. & c. præſentium. de teſti. in vj. quę iura non faciunt in propoſito: quia loquuntur in delicto deducto per modū exceptionis. Ego addo in terminis Bal. idem tenentem in repe. Paduana. l. edita. in vij. col. in viij. oppo. C. de eden. & Specu. in titu. de libel. concep. §. ad hujus titul. in ver. ſis cautus. & in tit. de acti. & peti. §. j. ver. ſed hoc quoq; præmittemus, cum pluribus ver. ſeq. vſque ad §. item ſcias. & idem etiam in terminis firmat Ioan. de Imol. in d. c. cùm dilectus. extra de ordine cog. Et pro iſta parte multùm faceret illa ſolennis gloſ. in l. j. §. ſi quis argentum. in verbo, iurāti. ff. depoſi. Et eſt ſimilis glo. in l. in actione. §. j. in glo. ſuper verbo, Debet. & ibi Barto. ff. de fur.

b Contrarium tamē, ſcilicet † quòd omiſsio loci & temporis neceſſarij in libello accuſatorio nullo modo poſsit poſteà in probationibus ſupleri, firmauit ipſemet Bal. ſibi contrarius in l. j. ff. ſi menſor. fal. mod. dixe. Pro quo multùm bene facit quod not. Lud. Ro. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de operis noui nuntia. vbi refert Rapha. Fulgo. conſuluiſſe in contingentia facti multùm ſignanter † quòd ſi in accuſatione accuſans nō poſuit maleficium eſſe commiſſum tēpore punibili, prout requiritur per regulam notabilem, quā ſ. retuli ex mēte Bar. in pleriſq; locis: quòd licet poſteà illud probet,

c † quod nō ſufficit ad condēnationē, [c] eò quia probatio ſuper inepto libello nō validat proceſſum. Ita refert tenere Ange. in l. cùm actuū. ff. de neg. geſt. & Spec. in tit. de offi. iud. §. deſeruit. ver. quid ſi libellus. & in tit. de ſenten. prola. §. qualiter. ver. quid ſi vis. & firmat Innoc. in c. examinata. extra de iudi. & Bald. in l. j. ff. de iuriſdi. omnium iudi. & in d. l. j. ff. ſi menſor. fal. mod. dixerit. & Ang. in d. l. cùm actum. Et pro iſta ſecunda parte, quę magis mihi placet multùm bene facit quod ſignāter dixit Bald. in c. j. in ij. col. de milite vaſal. qui contu. eſt in vſi. feu.

d ꝙ † iudex nō poteſt ſupplere, aut condēnare, ſi eſt plus probatū, quàm petitū. Allegat ad hoc ſolennem gl. in terminis in l. verbū, Oportere. ff. de verb. ſig. Pro hac parte facit, quia text. in d. l. libellorū. §. quod ſi libelli. vbi eſt caſus ſecundū Bar. ibi, & in l. edita. in ij. col. C. de edē. † ꝙ quando libellus accuſatorius nō eſt bene cōceptus, videlicet ſecūdū. formā d. l. libellorū. in prin. ⁂ quòd abſol

abſoluitur accuſatus, etiā eo nihil penitus cōtra libellū opponente. Quomodo ergo poterit libellus per probationes ſuppleri. Hoc tamen fundamentū non eſt bene tutum, per text. in l. libellorū. §. fin. in verbo, poſtulante reo. & quod ibi no. glo. & contrariū tenēt Canoniſtæ, vt Inno. Hoſt. & Ioan. And. in c. j. extra de purg. cano. Sed quando iura cōmunia deeſſent, pro iſta parte ſtringit virgens,

69 & ineuitabilis ratio: † nam nō poteſt fieri additio, aut ſuppletio ad

a libellum poſt litem conteſtatam [a], ſecundùm cōmunem opi. quæ ponitur in d. l. edita. ergo non debet poſſe fieri talis ſuppletio ad libellum per indirectū, ſcilicet per viam probationū: quia aliàs parū, aut nihil operaretur in effectu, quòd directò non poſſet fieri ſup-

70 pletio ad libellū poſt litē conteſtatā. † Dixi poſteà ſecundò, & principaliter in prędicto libello, quòd furto abſtulit omiſsis illis verbis,

b ſcienter, [b] dolosè, & appenſatè, & animo lucrandi quę verba fruſtratoriè apponuntur, nec ſunt neceſſaria: quia dicendo ſimpliciter furto abſtulit intelligitur dolosè, & appenſatè, ſecundùm Bar. in l. Aurelius. §. ſticho. ff. de libe. lega. Bar. in l. nec exemplū. C. ad legē Corne. de falſis. & Ang. in repetitione l. ſi vacantia. C. de bonis va-

71 can. lib. x. & dicit Bal. in l. j. C. de confeſsis. † quòd in dubio in furto & homicidio ſemper ineſt dolus. Accedat illud magiſtrale verbum Bal. in auth. habita. in vj. col. C. ne filius pro patre. quod dictū etiā

72 ſ. retuli vobis in prin. huius tit. in glo. in ver. ius. † ꝙ vbicunq; qualitas non expreſſa in libello tacitè ineſt ex natura facti, ſemper concludit libellus abſq; eo quod illa qualitas exprimatur. Iſtis accedat theorica Bar. in ſimili in l. j. §. j. ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. ſu. quam totam ſuperuacuè & impertinēter, refert Ang. hīc. Item dixi in libello, clām, vel palam. quæ verba ſunt neceſſaria, vt ſciat iudex quantam pœnam habeat imponere: cūm magis puniatur furtū manifeſtum, quàm clandeſtinū: vt hoc text. & ibi vidimus ſuper gloſ. [c] in

c verbo quadrupli. Item cum miniſterio adieci valorē rei furto ſubtractæ: quia cùm pœna in furto dupletur, vel quadrupletur, ſecundùm valorem rei furto ſubtractę, certè niſi apponeretur valor rei, tūc à iudice imponēda eſſet pœna, quæ eſſet minor: per l. de interpretatione. ff. de pœnis. Iſtud eſt, quod ſingulariter voluit Bar. in l. Pedius. §. j. ff. de incen. rui. nau. Et ideo, ſecundū eum, cōſilium eſt,

73 † quod ſemper apponatur valor rei. Si tamen non apponeretur in libello, poſſet ipſe valor rei in proceſſu probari, & ſufficeret: vt ibidem per eum. Et ſequitur Lud. Ro. in l. ſi quis id quod. in princ. ff. de iuriſd. omniū iud. & Ang. de Are. hīc. Item dixi in libello, ratione dominij, vel ratione poſſeſsionis. Iſtud debet ſpecificè exprimi: quia ſit aliter æſtimatio in intereſſe ratione ſolius poſſeſsionis quā

74 dominij: † quia æſtimatio poſſeſsionis diuerſa eſt ab æſtimatione dominij: vt inquit Iuriſconſultus not. in l. ſi duo. §. fi. ff. vti poſ. Ité dixi in libello, Contrectauit. quia aliàs regulariter non competeret actio furti, per §. j. in gl. in verbo, furtum. ſ. de obli. quæ ex delicto.

75 & l. j. & ibi Bart. & l. quamuis. ff. de fur. † Illa autem verba, Contra voluntatem meā ſunt fruſtratoria, & ideo illa in libello omiſi per l. qui vas. §. vetare. cum glo. & ibi Bar. ff. de fur. iunctis traditis pulchrè per Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. & per Barto. & latiùs Bal. in l. tranſigere. C. de tranſac. & per Bal. in l. falſus. maximè

76 in iij. oppo. C. de fur. ¶ † Vltimò dixi in libello poſſe peti vltra pœnam etiam reſtitutionem ipſius rei ſubtractę, eo quia iudex etiam maleficiorum, qui ſolùm de maleficiis habet cognoſcere, iuxta l. ſolemus. §. latrūculator. ff. de iudic. coram quo debet intentari iſta actio criminalis furti, nihilo minus poterit cognoſcere de iſta q. ciuili, ſcilicet de reſtitutione ipſius rei ſubtractæ: cùm deſcendat ex eodem facto, ex quo criminaliter cognoſcitur iubendo rem reſtituti. Tex. eſt not. quem habet ibi Barto. pro mirabili ad hoc in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & tex. no. in l. iiij. §. ſi dicantur. ff. finium regun. facit l. quoties. C. de iudi. & tex. in ſimili. l. fin. in fi. C. vbi apud quos. & videatis latè Salic. in l. ſi quis ad ſe fundum. & ibi

77 Cy. & Bal. C. ad legem Iul. de vi. Et † quòd prædicta concluſio in libello accuſatorio admittatur, ſcilicet peto eum cōdemnari ad pœnam, & etiam rem mihi reſtituendam, firmat latè Barto. in d. l. interdum. §. qui furem. & ibi reſpondet ad ea, quæ poſſent in contrarium adduci. Et idem Barto. in l. j. C. quando ciuil. actio criminali præiudi. Et ad iſta videatis etiam Bald. in l. ea quidem. in vj. col. C. qui accu. non poſ. & in l. ſi de poſſeſsione. C. a vnde vi. & in l. j. in pe. col. C. ſi à non compe. iudi. & in l. qui crimen. in vlt. col. C. qui accu. non poſ. & in repe. l. cunctos populos. vltra mediū. C. de ſum. tri. in ver. incidenter. iuxta hoc quę-

d ro an ex vi ſtatuti. &c. d ⁂ ¶ † Secundo iuxta b

78 ordinem tex. videndum eſt de libello in actione vi bo. rap. & eius libelli formā ponit Specu. in titu. de rapto. §. ij. referente hīc Nico. de c Neapo. ad fin. in x. & vlti. q. extra gl. Et ex mēte Ange. de Aret. hīc, poteſtis ita formare libellum. Ago contra Titium, & dico quòd de d anno præſenti, & præſenti menſe dictus Titius per vim rapuit mihi talem librum valoris & pretij librarum centum. Quare peto ipſum e condemnari ad dandum, & ſoluendum quadruplum verę æſtimationis dicti libri: computato tamen in illo quadruplo ipſo libro per vim arrepto, vel eius æſtimatione. Hæc forma libelli probatur hīc, & melius ſ. vi bo. rapt. in prin. & per totum illum titu. & in l. ij. ff. vi bo. rap. cum ſimi. In hoc libello pleraque ſunt cū miniſterio poſita, & in primis illa verba: De f anno præſenti, & præſenti menſe. duabus de cauſis. Prima eſt propter ea, quæ vidimus in libello proximè præcedenti. Secunda, quia poſt annum vtilem non datur iſta actio vi bonorū raptorum ad quadruplum, ſed tantummodo ad ſimplum, vt ſuprà vi bonorum raptorum in princi. & l. fin. C. vi bo. rapt. & l. ſecunda. in princ. ff. eodem titulo. cum ſimi. & vidiſtis gloſ. ſ. eo. in verbo, bonorum raptorum in princ. Addit tamen Angel. de Are. illa verba Armatus enſe. Circa quę verba dicit ipſe

79 aduertendum eſſe † quia ſufficeret, quem fuiſſe armatum, licet manum ad arma non poſuerit ad hoc enim vt dicatur violentia commiſſa cum armis, ſufficit terror armorum. Text. eſt not. in l. iij. §. armis. in verſiculo qui armati. ff. de vi & vi arma. quem text. no. ibi ſingulariter Barto. ad ſtatuta punientia inſultum factum

80 cum armis: † quia ſi quis habebat arma ad latus, quamuis ea nunquam extraxerit, tamen diceretur vis facta cum armis. Et hoc dicit Angelus hīc ſe ſemel habuiſſe de facto in loco Nurſiæ. Bene facit tex. ille ſingularis in l. ſi quis ex domo. ff. de fur. de quo textu dixi ſuprà pulchrè in gloſ. in verbo, bonorum raptorum ibi videatis. Accedat gloſ. illa ſingul. in c. j. §. ſi quis ruſticus. in ver. mercator. de pace tenenda. in vſi. feud. quam glo. not. Bald. & eam reputat vnicam & ſingularem hīc. quæ dicit † quòd ille, qui portat arma, præſumitur habere malum animum, niſi ea portet ligata. Et ibi ſubdit

81 Bald. quòd portans arma vetita, vltra pœnam legis, vel ſtatuti, debet etiam ipſa arma perdere. Addo ego in terminis noſtris gloſ. expreſſam in l. prima. in verbo, domi. ff. ad legem Iuliam de vi publi. quæ no. ex illo text. iſtud, quod ipſe reputat mirabile: quod reputatur vis, ſolum habere arma domi, vel portare: Subdit Ange. de Aretio ſe ideo dixiſſe in libello, Armatus enſe: vt oſtendat arma

82 eſſe apta ad nocendum, & offendendum. † Secus ergo, ſecundùm eū, ſi haberet loricam, vel alia arma defenſibilia: quia talia propriè non continentur appellatione armorum vetitorum: & ideo, ſecundùm eum, ſtatutum puniens portantes arma, intelligitur tantùm de armis offenſibilibus, non autem defenſibilibus [e]. Et ita ſen

e tit Barto. in l. prima. ff. ad legem Iuliam de vi publi. & tenet expreſsè Ludo. Roma. in l. j. §. occiſorum. ff. ad Silla. † imò fortiùs li-

83 f cet appellatione armorum veniant ſcuta, galeæ, fuſtes, lapides: f & omne aliud inſtrumentū, quod ſit aptum ad nocendum, vt l. iij. in §. armis. ff. de vi & vi arma. & §. recuperandæ. verſi. armorum. ff. de interdic. & l. armorum appellatio. & l. ſi calumnietur. §. telum. ff. de verb. ſignifi. & l. armatos. & l. pe. §. telorū. ff. ad legem Iuliam de vi pub. & l. ſi pignore. §. furem. ff. de fur. tamen hoc eſt impropriè: & ideo ſcuta: & galeæ, ſiue loricæ, & eodem modo fuſtes, & lapides, quamuis etiam ſint arma ad nocendū, tamen non venient

c ¶ Contestatā. De quo vide latè per eundem. ſ. j. §. omnium. nu. 157. & quod ibidē dixi in apo.

b ¶ Scienter. Vide Felin. in rubri. de acc. in ver. vtrum in accuſatione.

c ¶ Gloſ. Vide ſ. eo. ſuper gloſ. in nume. 20.

d ⁂ Videas Philip. Dec. in l. edita. in v. regula cumulationis. col. xiiij. C. de edē. Sardus.

e ¶ Defenſibilibus. Qualiter autē intelligatur ſtatutū prohibens portare arma, vide do. Vincē. Palleo. in cōſil. lvj. quod eſt inter conſil. do. Alex. de Imol. in iij. parte.

f ¶ Lapides. Vide Fel. in c. quorundam. circa princ. ibi in gloſ. ij. in fi. de Iudæis, & Saracenis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Aduertas, quia si in hoc statuto prohibente portare arma attendimus proprietatem vocabuli doctores malè loquuntur & comprehendũtur portantes arma defensibilia. Probatur per glo. quam ipsi allegant in d. cle. j. §. quia verò nonnulli. in verbo, arma. de statu monacho. quæ dicit arma esse, quibus defendimur. tela, quibus impugnamus. si illa glo. prout ipsi asserunt, est vera: ergo sequitur q portãtes armade fensibilia ex proprietate vocabuli cõprehendũtur a in statuto. Probatur etiam per d.l. armorum. quę ponitur in ti. de verborum signifi. cuius natura est, propriam vocabulorum significationem delignare. Et quod comprehendũtur, facit quia statuta sunt intelligenda secũdùm communem vsum loquẽdi. Bar. doc. in Rub. ff. de noui ope. nuntia. & in l. cùm de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Sed cõmunis vsus loquẽdi omnia appellat arma: ergo in hoc statuto portãtes arma defensibilia comprehendũntur. Prætereà probatur, in statutis capitur illa interpretatio per quam minus lædit ius commune, & reducimur ad terminos iuris communis cap. cùm dilectus. extra de consuetudi. l. si vnus. §. pactus. versiculo quod in specie. ff. de pactis. cap. ab exordio. xxxv. distinct. Sed intelligendo hoc statutum in armis defensibilibus, & offensibilibus, reducimur ad ius commune: vt §. penultimo. in authentica de arm. & Bartolus in l. prima. ff. ad legem Iuli. de vi publ. ergo ita est interpretandum. His tamen non obstan

in statuto loquente de armis: puta si statutum puniat portantem arma, vel puniat delictum factum cum armis. Glossa est de hoc in cõmuni reputata singularis in clementina j. §. quia vero nonnulli. in verbo, arma. de statu monacho. & firmat expressè Ange. in authentica de armis. in Rubri. & in dicta l. si pignore. §. furem. ff. de furtis. & Ludouicus Roma. in dicta l. prima. §. occisorum. ff. ad Silla. & Angelus de Aretio, hîc, & latius in tractatu suo maleficiorum, in verbo, cum vno stocho de ferro. & in verbo, & dictus Andreas armatus. Addo tamen prædictis quod repetio in terminis Alb. de Rosa. in dicta l. armorum appellatio. ff. de verborum signifi. qui tenet quòd imò statutum puniens portantem arma, compræhendit etiam eum, qui portat arma solùm defensibilia: per illum textum in verbo, scuta, & galeas. Ad quem text. possetis per suprà dicta optimè respondere, quòd impropriè contineatur. ita quòd omnino non caderent in statuto. a * ¶ Quæ autem sint arma ad offendendum, atque ad defendendum, ponit Barto. in l. pediculis. §. argento. ff. de auro, & argento legato. & Petrus de Ancharano in clementina prima. de excessi. præla. ¶ †An autem appellatione armorum veniant dentes, vt si statutum puniat percutientem cum armis, comprehendatur in statuto ille, qui vulnus fecit cum dentibus: consuluit Barto. quòd non, in consilio suo incipiente, statuto castri plebis. sub Rubri. de percutientibus aliquem cum armis, &c. Eodem modo si quis percuteret aliquẽ cum vno vrceo vini, vel cum vno vitro, siue cyatho, vel cum libro, vel cum sacculo pecuniarum, non puniretur pœna statuti de percutiẽte cum armis, quia non sunt res aptæ ad nocendum, sed ad aliam operationem, secundùm Angelum in l. armatos. ff. ad legem Iuliam de vi pub. quẽ refert, & simpliciter sequitur Ioan. de Pla. in §. recuperandæ. in vltima col. ĵ. de interdi. vbi etiam eũ videatis. De suprà scriptis istis etiam addite quòd appellatione armorum non veniunt cultelli parui ad incidendum panem, b aut ad moderandum pennas: † & ideo si statuto punirentur portantes arma, non punirentur portantes tales cultellos. Glossa est in terminis in communi reputata singularis in §. penultimo. in versic. minores. in authentica de armis. quam pro singulari allegat etiam Ang. hîc. Illam etiam pro singulari allegat Ioan. de Platea in dicto §. recuperandæ. in fin. col. & in §. item lex Iulia. de vi pub. ĵ. de publi. iud. & sequitur etiam illam glossam. Barto. in l. j. ff. ad legem Iuliam. de vi pub. † limitans eam non procedere, quãdo fraus fieret in hoc: quia quis diceret se portare cultellum ad incidendum panem, cùm sit ad offendendum: tunc talis cultellus bene contineretur appellatione armorum, cùm sit talis, cum quo posset quis nocere. †Aduertite etiam diligenter quòd si aliquis haberet licentiã portandi arma, non tamen posset deferre arma offensibilia apud iudiciũ, nec in concione congregatorũ, nec in aliquo conuentu, puta in conuentu scholarium, seu doctorum. c * Tex. est in l. qui dolo. §. j. in ver. itẽ qui cum telo. ff. ad legem Iul. de vi publi. quem

ibi in terminis ad hoc not. Ange. & refert, & sequitur Ioan. de Platea, in §. item lex Iulia. de vi pub. ĵ. de pub. iudi. & ibi videatis plura per eum in materia ista armorum. ¶ †Redeundo tamen ad hoc propositum libelli nostri credo quòd illa verba, Armatus ense: non sint de necessitate ponenda in libello isto vi bonorũ raptorum, & ideo ego illa omisi s. in libello: quãuis Angel. hîc ponat cum tanto ministerio, eò quia ad hoc vt quis teneatur actione vi bonorum raptorum, d nõ requiritur violentia cum armis. l. secunda. §. homines coactos. in ver. vel inermibus. ff. vi bonorum raptorum. facit in argumentum l. extat. ff. quod met. causa. & l. penultima. ff. ad legem Iul. de vi priuata. facit §. item lex Iulia. de vi pub. ĵ. de pub. iudi. & §. qui autem aliquem. ĵ. de interd. Secundò dixi in libello, per vim rapuit. nec est necesse apponere, prout Ange. de Are. hîc fruſtrà facit per vim ablatiuam, ad differentiam aliarum violentiarum: quia imò ex quo dixi per vim rapuit, necessariò intelligitur de violentia ablatiua: nec de alia potest vllo modo intelligi. De quibus generibus violentiarum habetis glos. b magistram in l. prima. in glos. j. C. de his, quæ vi, me. ve causa fiunt. & glos. pleniorem in l. extat. in glos. fin. in verbo, non habebit. ff. quod metus causa. Illa autem verba, pretij, & valoris centum librarum. quare sint posita in libello, & cuius sint ministerij, patet ex his, quæ dixi s. in libello proximè præcedenti. Addit etiam 89 Ang. de Are. †huic libello illa verba, Scienter & dolosè. & illa dicit esse necessaria, & importare maximũ ministeriũ quasi non esset dolosus raptor, sed temerarius: vt quia existimãs rẽ esse suam, & ignarus iuris eo animo reputat, quasi liceat domino rem suam etiã per vim auferre. Certè quia non est in dolo, iste non teneretur actione vi bon. rapt. in quadruplum, sed solum condictione l. si quis in tantam c. C. vnde vi. vel ex edicto diui Marci posito in l. extat. ff. quod met. causa. & in l. penul. ff. ad legem Iuliam de vi priua. videlicet in amissione rei proprię raptæ, vel in æstimatione, si erat res aliena, vnà cũ ipsa re. De his omnibus est tex. in §. quia tamẽ. s. vi bo. rap. & in l. ij. §. hac actione is demum tenetur. ff. vi bo. rap. iunctis traditis per Bart. in proposito isto in l. sequitur. §. si fundum. ff. de vsuca. Vt ergo libellus sit certus, e & reus cõuentus possit deliberare an velit liti cedere, vel contendere, iuxta l. j. in princi. ff. de eden. Item & vt iudex sciat certam sententiam ferre, iuxta §. curare. ĵ. eo. debent illa verba ne cessariò addi in libello: Credo ergo quòd illa verba non sint necessariò apponenda, imò sint penitus fruſtratoria: ideo illa omisi in libello, quicquid dixerit Ange. quia nõ est verum fundamentum suum, quòd aliàs libellus esset incertus: errat, nam ex quo dico, per vim: intelligitur dolosè: nam qui vim facit, & dolo igitur malo. & sic vbi dicitur vi, intelligitur de dolo. Tex. est & regula Iurisconsulti in l. ij. §. doli. ff. 90 vi bonorum raptorũ. ¶ †Aduertite tamẽ diligenter pro actu practico in materia ista vi bono. rapto. & in similibus materiis, quòd probata violẽtia, vt quia probasti quòd aliquis per violentiã intrauit domũ tuam ex qua asseris eũ plures res abstulisse, & exportasse certè propter difficultatem probationũ stabitur iuramento f tuo de quan

tibus attenta ratione statuti quæ semper attendi debet, vt per dominum meum Marian. Soci. in Rubrica. ff. solu. matrimonio isti portantes arma defensibilia nõ comprehendẽtur. Nã ratio statuti est vt cessent rixæ, & maleficia nõ committantur: quę ratio cessat in armis defensibilibus: cessabit etiã dispositio capituli cum cessante. extra de appellatio. & facit in arg. text. in l. pe. §. fi. ff. ad legẽ Iul. de vi pub. Ad cõtraria si cogitabis non erit difficilis admodũ solutio. Carcassona Sardus.

¶ Panem. Vide Felin. in d.c. ita quorũdã. in prin. j. cõl. de lude. & Saracenis.

* Istud Bononiæ nõ seruatur: nam Scholares habentes licentiam portandi arma, tam in conuentu scholarium, quàm coram iudicibus illa portãt. Sardus.

¶ Raptorum. Vide domi. Alex. de Imo. in consil. ciij. in iiij. col. in j. parte. vbi ponit pro quibus rebus detur actio vi bonorum raptorum. & ibidem in iij. col. ad quid teneatur raptor, an excuse tur si dicatur fecisse voluntarie: vide per eum in consi. j. in vij. viij. & ix. col. in iij. parte.

¶ L. si quis in tantam. De intellectu huius legis. vide do. Alex. de Imol. in d. consilio ciij. in quarta col. in j. parte.

¶ Iuramento tuo. Vide do. Alex. de Imo. in consi. ciij. in v. col. in j. parte. vbi ponit quomodo, & quando stetur iuramento damnum passi cõtra raptores.

de quantitate rerum tibi subtractarum, & earum qualitate, & valore, secundùm formã l. si quando. vbi est text. not. de hoc. C. vnde vi. & tex. not. in c. fi. extra quod metus causa. intelligendo tamen sanè, attenta, & consyderata personarum conditione, & diuitiarum: puta, si rusticus diceret exportatos sibi libros de domo: nõ est præ- a sumendum, nec credendum: prout dicit gl. in d. l. si quando. in ver. qualitate. & ibi latiùs explanant doct. vt Bart. & sequitur simpliciter Ang. hîc: & est text. no. de hoc, qui ponit hanc limitationem in d.c. fi. extra quod me. causa. Subdit etiã Angel. hîc, quòd d. l. si quãdo. cũ si quãuis propriè locatur in violẽtia expulsiua, & ablatiua, tamẽ extẽditur per doct. vt habeat locũ in omni alia violẽtia. Allegat Inno. ita tenere in d.c. fin. extra quod me. causa. & ibi etiã tenet Io. And. Ego allego de hoc gl. expressa, & no. quæ ita extẽdit. iij. q. iij. c. fi. in gl. fi. & doct. expressè in d. l. si quãdo. de quo etiã videatis Bal. in d.c. j. §. iniuria. in verbo, seu furtũ. & in §. cõuenticulam. vbi notabiliter, de pace iur. fir. vbi etiã inter cætera notabiliter ponit, 91 an d. l. si quando. cũ si. † habeat etiã locũ in rebus furto subtractis, qui casus est quotidianus. Videatis etiã Bald. in l. nauta. §. fi. per illũ tex. ff. nautæ, cau. stab. & Bald. in l. si res. C. de ordi. cog. & Lud. Ro. in l. damnum. la ij. ff. de dam. infec. & quod not. Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & in l. j. C. quod me. causa. Videatis etiam no. gl. in c. 92 dilecti. in gl. fi. in verbo, moderatis. extra de foro compe. ¶ †Tertiò iuxta ordinem text. videndum est de forma libelli in actione legis Aquiliæ, quam ponit Specu. in titu. de iniur. & dam. da. §. sequitur. quem refert Nic. de Neapo. hîc, ad fi. in x. & vlti. q. extra glos. quẽ etiam refert Bar. in l. prætor edixit. in princi. ff. de iniur. Eius etiam formam ponit Gul. de Cu. in l. ex morte. C. ad legẽ Aquil. relatus etiam per Nic. hîc. Eius etiam formam ponit Bal. in l. ij. & in l. contra negantem. in ij. col. vbi etiam alij omnes. C. ad legem Aquil. & Flo. in l. ij. ff. ad legem Aquil. Accedat quod no. Specu. in titu. de libel. concep. §. iam nunc dicendum. in ver. itẽ talis. Et omitto iuxta hunc libellum ea, quæ hîc præmittuntur per Ioan. de Pla. & Ang. 93 † ad euidentiam huius libelli, videlicet quãdo habeat locũ, & procedat titulus ad legẽ Aquil. Itẽ quãdo procedat ti. de noxalibus. & quãdo tit. si quadru. pau. fecisse. dicatur. & sic actio in factũ de pauperie, & quãdo actio de pastu pecoris: quia ista sunt rudia, & colligũtur ex gl. not. & ibi traditur per doct. in rub. ĵ. si quadru. pau. fecisse. ver. & ibi glo. no. in verbo, de pastu notabiliter declarat. & ex text. 94 in l. ij. cum tibi traditis per Bart. ff. de noxa. ¶ † Omitto etiam declarationem duorum capitum, quæ habet lex Aquilia, & quæ sunt in vsu, quæ ipsi hîc declarant. Sed est fatuũ: quia habetis ea textualiter declarata s. ad legẽ Aquil. in princ. & in §. tertio capite. & in l. ij. & in l. quemadmodum. §. hac actione. & ibi Flo. ff ad legẽ Aquiliam. † Omitto etiam fruſtrà ponere id, quòd ipsi ponũt, videlicet 95 q aliquando datur damnum de corpore in corpus: aliquando autem à non corpore in corpus: aliquando à corpore non in corpus: aliquando à non corpore in nõ corpus: & primo casu tantùm datur directa actio legis Aquilię. &c. Istud nihil aliud est facere, quàm fruſtrà ponere in papyro illud totum, quod de verbo ad verbũ posuit Accur. glossator noster in §. fi. in gl. fi. s. ad legẽ Aquil. & ibi est gl. magistralis quæ ista omnia declarat. Est similis glo. in l. de pecori- 96 bus. & est gl. vnica. C. ad legem Aquil. ¶ †Omissis igitur suprascriptis, ita formate libellũ, si est liber homo, qui damnum dedit. Ago cõtra Titium, & dico quod dedit mihi tantum damnũ occidendo seruũ meũ: & quãuis dictus seruus tẽpore occisionis esset claudus, aut luscus, tamen intra annũ proximè præcedentẽ fuit integer, & valoris ducatorũ quinquaginta. Quare peto dictũ Titiũ condẽnari ad dandũ & soluendũ mihi ducatos quinquaginta pro emẽdatione dãni mihi dati per eũ ex occisione dicti serui mei: & si negauerit se mihi dictũ damnũ dedisse, peto eũ propter negationẽ in duplũ dicti dãni condẽnari. Si autẽ nõ esset liber homo, sed seruus alterius ille, qui dãnum dedisset, deberẽ in libello narrare qualiter dictus seruus Titij dedit mihi tantum damnum occidẽdo mihi talẽ seruum meum domino suo sciente, & non prohibente, cùm posset prohibere. in hoc libello dictum est cum ministerio, occidendo: quia

¶ Legis Aquilię. Actio legis Aquilię quando cõpetat vide do. Maria. Soci. in consi. xiij. incip. prosequẽdo. i fi. cõsi. in j. parte. vbi etiam de actione furti & de actione vi bonorum raptorum. & do. Barth. Soci. in cõsi. lxxxix. incip. in causa. ver. secũdùm, pbatur. cum versi. seq. ea. parte.

tunc habet locum primum caput legis Aqui- a liæ vt tunc fiat æstimatio quanti plurimi valuit intra annum retro. Si autem vulnerasset tantùm, vel aliud damnum intulisset, tunc habet locum tertium caput legis Aquiliæ, a in quo fit æstimatio solum quanti plurimi valuit intra triginta dies proximè præteritos: vt s. ad legem Aquil. in princ. & §. capite tertio. Item 97 † dixi seruũ meũ: quia talis actio legis Aquil. soli domino competit, vulgata l. item Mela. §. legis. iunctis §§. subsequentibus. vsq; ad fin. & iuncto prin. l. seq. & l. huic scripturæ. in prin. ff. ad leg. Aquiliã. & l. eleganter. §. si seruum. ff. de dolo iuncta l. cedere. §. j. & seq. ff. arbor. fur. 98 cessa. & quod ibi ponit singulariter Bart. † de emphyteuta & feudatario, an eis cõpetat directa actio legis Aquil. 99 † Omisi autem in hoc libello apponere tempus, scilicet de anno præsenti, & mense præsentiliçet Ang. hîc, & fruſtratoriè apponat quòd hoc non est necessarium, etiã, pro habẽda æstimatione illius pluris, quàm valuit: vt est tex. in l. inde Neratius. §. fi. & melius in l. seq. in fi. in verbo, ad quod tẽpus recurremus. ff. ad legẽ Aquil. quã ibi expressè ponderat Bar. ad hoc. Et quòd fruſtratorium sit in hoc libello tempus apponere, fatetur posteà etiam ipse Ang. hîc, per ea, quæ tradit Bar. in l. prætor edixit. in princ. ff. de iniur. & dixi latè s. in libello actionis furti. Itẽ dixi in hoc libello, quod si negauerit, peto eum propter negationẽ in duplo cõdẽnari, &c. In quo aduertite, quamuis alij nõ tãgant hîc q ita demũ procedere deberet cõdemnatio dupli propter negationẽ, si hoc petatur in libello: quia si non esset petitũ non posset in duplũ condẽnari propter inficiationem. Ita tenet Mar. Sil. & Gul. de Cug. in d. l. contra negantem. quos ibi ita refert Bald. in ij. col. iij. oppo. quamuis ibi subiiciat ipse Bald. sub 100 dubio tamen fortè posset dici, † quòd eo ipso quòd quis proponit actionem legis Aquiliæ, tacitè videtur concludere ad duplum in casu negationis ex natura actionis propositæ, in qua per negationem contrahitur obligatio dupli, ita quòd non est opus super hoc speciali petitione. Et ita etiam dicit tenere Guid. de Suza. ibi per no. in l. si quis missum. § iudex. ff. de dam. infect. Subdit tamen postremò Bald. quòd prima opinio est securior, & habet in se meliorem practicã. ¶ Vltimò dixi in libello, quòd si non esset liber, sed seruus alterius ille, qui damnum dedisset, quòd deberet in libello damnum narrari datum esse domino suo sciente, & non prohibente, cùm posset: & hoc casu propriè competit actio legis Aquiliç. Aliàs 101 autem si damnum datum esset à seruo, domino ignorante, † tunc habet locum titulus de noxalibus, & ageretur noxaliter: & seruus posset pro noxa dari: vt est de istis text. not. in l. ij. iunctis ibi traditis per Bartolum. ff. de noxalib. Aduertite tamen, quamuis alij hîc 102 non tangant, † quòd si damnum datum potest ad pristinum statũ reduci, vt in aqua à pristino cursu remota: tunc debet agi actione ista legis Aquiliæ, & peti quòd res ad pristinũ statum restituatur, & quod emendetur interesse interim emergens: aliàs autem agi debet simpliciter ad damnum, & interesse. Textus est not. in l. ij. & ibi videatis Cyn. & Bald. C. ad legem Aquiliã. Et ibi vult Bal. vnum mirabile, & singulare per illum tex. si bene consideratis ver- 103 ba Bald. quòd si tu destruxisti domum meam, † quòd ego non debeo, nec possum agere ad hoc, videlicet vt illam reficias: sed tantùm ad interesse. Quod tenete bene cordi: quia multi deciperentur in hoc. Circa quod videatis tamen Paul. de Cast. in l. j. §. & post ope- 104 ris. in versi. opus. ff. de oper. no. nun. ¶ †Qualiter autem formandus sit libellus in ista actione legis Aquiliæ contra incidentẽ syluã, vel eam cõburentẽ, iuxta text. not. & sæpe de facto occurrentẽ, vt inquit Bal. in l. j. C. ad legem Aquil. videatis ibi not. per ipsum Bal. & quę ponit Spec. in tit. de iniur. & dam. da. §. j. ver. quid si incidan 105 tur arbores plures. ¶ †Quartò, & vltimò iuxta ordinẽ text. restat formare libellũ, quando ageretur pro legatis factis ecclesiæ: tamen quia hoc est rude, & nullius artificij, & satis patet ex his, quæ vidimus s. maximè in glos. in ver. distulerit. & in gl. seq. in ver. in iudicium. in prin. deliberaui non denigrare fruſtra papyrum. Si tamen

vultis

Universidad de Deusto
Biblioteca

vultis videre in specie libellum, videatis Spec. in tit. de test. & quod not. ipse Specul. in titul. de libe. concep. §. iam nunc dicendum. in ver. item talis. & in titu. de instrumen. edi. §. nunc verò. per totum §. illum. secundùm quod refert Nicolaus de Neapoli hîc ad finem: in decima & vltima quæstione. extra glos. Ponit etiam libellum in specie Angelus de Aretio hîc, ad quem recurratis: subnectens aliquas quæstiones non pertinentes ad nostram materiam, quæ sunt pro magna parte de materia authêti. hoc amplius. C. de fideicom. de quibus non curaui. Et ideo hîc sit finis præsentis §. & eodem modo præsentis lectionis.

LAVS DEO.

1 *Actio familiæ erciscæ. ad quid competat. 4. 5.*
Actio communi diuidundo ad quid competat. nu. 6.
2 *Continuatio paragraphi istius ad præcedentem.*
3 *Continuatio qualis debeat esse.*
4 *Verbum Adiudicare, ad quæ iudicia propriè pertinet.*
7 *Socij si aliquam rem simul emerint, an & quando in ea re esse dicuntur.*
8 *Iudicium communi diuidundo an si inter aliquos agitandum sit, debeant & fructuarij necessariò vocari, vt iudicium valeat.*
9 *Diuisio facta cum proprietario non præiudicat vsufructuario.*
10 *Iudex quando posʃit vni parti, etiam non petenti, totam rem adiudicare, & in eum dominium alterius partis transferre.*
11 *Arbitrator an pro bono pacis de iure vnius partis alteri dare posʃit.*
12 *Actiones mistæ quæ, & quare dicantur mistæ. 14. cum sequen.*
13 *Verbum Familia, quid importet.*
Verbum Erciſco, quid significet.
19 *Actiones mistæ, & actiones personales in rem scriptæ qualiter differant.*
20 *Actiones personales in rem scriptæ an sint continuò personales.*
21 *Actio ad exhibendum est personalis in rem scripta. 44.*
22 *Interdicta omnia dicuntur personalia in rem scripta. 45.*
23 *Actione finium regundo. an agere posʃit, qui non posʃidet, licet sit dominus.*
24 *Actio in rem, & actio in rem scripta qualiter differant.*
25 *Actio fami. ercisc. an quantum ad præscriptionem attendatur quod sit personalis. 29.*
26 *Petitio hæreditatis licet sit realis, tamen sequitur naturam personalium.*
27 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo posʃidentem.*
Præscriptio longi temporis locum non habet, nisi titulus præcedat.
28 *Præscriptio triginta an. sine titulo currit.*
30 *Regula, quòd nemo inuitus cogatur in communione persistere: an procedat. 31. 38.*
32 *Præscriptionem, donec aliqui stant in communione, currere impoſsibile est.*
33 *Præscriptio ad lites tollendas inducta est.*
34 *Communionis materia lites excitare solet.*
35 *Pacto an posʃit fieri quòd stetur in communione. 41.*
36 *Argumentum de pacto ad legem & statutum, an procedat. 37.*
38 *Diuisorio iudicio an qui triginta annis in communione steterunt, agere posʃint.*
39 *Actioni finium regundorum an præscribatur.*
40 *Diuisio an inter duos fratres facta præsumatur.*
42 *Actioni nondum natæ non præscribitur.*
46 *Actio fami. ercisc. vt competat, necessariò quid requiratur. 47. 48. 50.*
49 *Actio fami. ercisc. an si semel actum sit, iterum agi posʃit.*
51 *Libellus in actione fami. ercisc. qualiter formandus sit.*
52 *Actio communi diuidundo quibus competat, & in quibus. & nu. seq.*
58 *Diuisio in actio. commu. diui. quomodo & qualiter inter plures socios sit facienda, & per quos. 62. 63. 65. 66. 67.*
59 *Iudex quomodo debet diuidere res communes, quæ commodè diuidi non posʃunt. 60. 61. & 64.*
67 *Dictum alicuius sancti, veteris, vel noui testamenti authoritate munitum, præsertur constitutioni papali & Imperatoris in decisionibus causarum.*
68 *Maior quomodo sumatur qui in diuisione partes facere debet.*
69 *Libellus in actione communi diuidundo qualiter formetur.*
70 *Actio si. re. an sit datiua, vel natiua, & quid in ea veniat. 74. 75. 76. 79.*
71 *Actio finium regundorum an competat ratione solius proprietatis.*
73 *Remedia quæ pro finibus competant.*
78 *Agrimẽsores an priùs iurare habeant legaliter mensurare. 79. 80.*
81 *Agrimensor an de mali relatione teneatur. 82.*
83 *Ratio licet summata sit, tamen iterum quòd computatio fiat, peti potest.*
84 *Libellus in actione fi. reg. qualiter formandus sit.*

§. Quædam.

Iste §. habet notabilem materiam, videlicet titu. fa. ercisc. tituli communi diui. & titu. finium regundo. Quæ materiæ multùm bene examinantur per Ioan. Fab. hîc, & etiam aliqualiter per Ange. de Are. Sed ego eorum prolixitatem reducam, ad bonas, & veras conclusiones, & attingam pro more meo ea duntaxat, quæ necessaria videbuntur: alia autem prætermittam. ¶ Et ad euidentiam huius §. habetis vobis pro necessaria euidentia præmittere ea, quæ dixi vobis in euidentialibus. §. j. s̃. eo. ad quem omnino recurratis. potestis etiam præmittere ad euidentiam ea, quæ dicturus sum in glos. secunda: vbi videbitis quot modis in iure nostro actiones appellentur mistæ, & quare istæ tres actiones, de quibus in hoc text. dicantur mistæ. quæ ideo ibi reseruo, propterea q̃ glos. ibidem ponit. ¶ Iste §. vsq; ad §. omnes communi diuisione doct. & Nico. & Ang. de Are. diuiditur in tres partes principales. In prima ponitur dictum in genere, in quo ponitur nouum genus actionum mistam causam habens. In secunda illud declaratur in specie per exempla in tribus actionibus hîc positis in text. In tertia ponitur quæ possunt esse partes iudicis in his tribus actionibus. Secunda ibi: qualis est fami. ercisc. Tertia ibi: in quibus tribus iudiciis. Illa secunda principalis potest subdiuidi in tres. quemadmodum tres actiones in ea declarantur. Primò actio fami. ercisc. Secundò actio cõmuni diui. Tertiò actio finium regun. partes de se patent. Secunda ibi: item communi diui. Tertia ibi: item finiũ regun. ¶ † Actio fami. ercisc. competens cohæredibus pro hæreditate diuidenda, & actio communi diuidundo competens pro re communi diuidenda, & actio finium regundorum competens pro finibus imponendis, habent mistam causam realiũ & personalium: hoc primo. & in istis tribus actionibus permittitur iudici, si sibi æquũ videatur, vni partiũ rem adiudicare in totum, & eum viceuersa alteri in pecunia condemnare hoc dicit. ¶ † Et pro introitu figurationis casus potestis hunc §. ad proximè præcedentẽ hoc modo continuare, secũdùm Ioan. Fab. & Nico. hîc. Vidimus s̃. proximo §. de quibusdam actionibus mistis, scilicet, quæ sunt rei persecutoriæ, & pœnales simul, nunquid sint aliæ actiones, quæ sunt mistæ, seu quæ mistam causam habeant. Et respondet Imperator q̃ sic, prosequendo tex. vt patet in litera. Istæ tamen actiones, quæ hîc ponuntur, sunt mistæ alio respectu, quàm illæ, de quibus in §. proximè præcedenti: vt patebit vobis ex his quę dicã ſ̃. in glo. ij. in secunda parte principali. Et ista est melior cõtinuatio, quàm sit illa, quam ponit hîc glo. j. & sequitur simpliciter Dyn. hic, vt hîc §. continuetur ad §. j. s̃. eo. vbi dictũ est q̃ actionũ quædam sunt in rem, quędam in personam: & q̃ hîc ponatur tertiũ membrũ illius diuisionis, scilicet q̃ quædã sunt mistę, scilicet quę habẽt naturã realiũ, & personaliũ † quia ista cõtinuatio est à remotis contra significatum vocabuli continuare vt l. continuus. ff. de verb. obli. & contra vulgatam l. ij. in verbo, proximos, coniunctósq; titulos. ff. de statu homi. & contra ea, quę dixi latissimè super rub. huius tituli[a] præcedens autem continuatio fit ad proxima, & immediatè præcedẽtia. Sed, quod fortius est, nõ est verum quòd hîc ponat tertium membrum illius diuisionis positę in d. §. j. s̃. eo. vt videbimus ſ̃. in gloſſ. j. ¶ † In textu ibi adiudicare. Istud verbum propriè pertinet ad ista iudicia diuisoria: vt inquit glo. not. in l. sed & si res. in princip. in verbo Adiudicata. ff. de publi. ¶ No. à primo ex hoc text. quòd actio familię erciscundæ competit pro hęreditate diuidenda: & sic ad vniuersalia diuidenda: & competit inter cohęredes: vt hîc & l. j. & ij. in princip. ff. familię erciscundę. Addite quòd etiam competit inter bonorum possessores, & inter hęredẽ, & eũ, cui ex Trebelliano restituta est hęreditas, & inter alios honorarios successores, vt dixit Iurisc̃ons tus in

¶ Tituli. Quem vide in nume. 8.

a

1

2

3

4

5 tùs in l. sed & ius rei. §. j. ff. fami. ercis. † Et an istis casibus cõpetat vtilis vel directa: & an vni vtilis, & alij directa: ibi habetis in glos. fi.
6 in verbo, locum habet. & ibidem per Flo. ¶ † Secundò nota quòd actio communi diuidundo competit pro diuidendo aliquid commune, siue etiam sit commune ratione veræ societatis, siue non: quia in hoc nihil interest, vt inquit Iurisconsultus in l. ij. in princ. ff. communi diui. & textus in §. item si inter aliquos. suprà de obli. quæ ex quasi contractu. & l. si actum. & in l. quibus casibus. & l. pro socio arbiter. §. j. ff. pro soc. & tenet glos. hîc in verbo, commune. quam Angelus de Aretio hîc, & inaduertenter, dicit tenere contrarium. Voluit forte allegare glos. quæ bene contrarium sentit in dicto §. item si inter aliquos. in glossa j. in primis verbis, quam pro contraria allegat Ioannes Faber hîc: & ibidem ipse latiùs tangit. Et notate quòd in dicta l. ij. in princip. ff. communi diui. est casus notabilis, quem Bartolus ibi dicit bene notandum, & tenendum menti †, quòd si emimus rem simul. quòd in ea re dicemur esse socij. Ad idem est textus in l. cùm proponas. vbi glos. j. & ibi Bartolus & Baldus. C. pro socio. Quod limitauit multùm egregiè Raph. Cuma. in l. reos. in princi. ff. de duobus reis. esse verum, si animo cõtrahẽdæ societatis simul emimus: aliàs secus, per textũ valde no. in l. vt sit pro socio actio. ff. pro socio. & præsumitur empta nõ animo contrahendæ societatis, si incontinenti post emptionẽ diuidatur: vt l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit. ff. ad Macedonia. Ita singulariter dicit Cuma. vbi s̃. Aduertite etiam in hac materia cõmuni diuidundo ad vnum, quod si esset verum, esset bene singula-
8 re, quod ponit Nico. de Neapo. hîc, in apostillatione text. † quòd si inter aliquos agitandum sit istud iudicium communi diuidundo super aliquibus rebus communibus, quòd ad istud iudicium debent vsufructuarij illarum rerum, si qui sunt, necessariò vocari: aliàs iudicium non valeret. Allegat de hoc textu l. is, qui fundum. in fin. ff. de vsufruc. leg. Et hoc dicit esse tenendum cordi. Sed ille text. mihi nullatenus probat hoc: imò potiùs contrarium. Bene ve-
9 rum est quòd ibi est casus quòd † quòd diuisio facta cum pro-
a prietario non præiudicat vsufructuario [a]: quia, vt ibidem inquit Iurisconsultus, non potuit arbiter assumptus in hoc iudicio communi diuidundo inter alios iudicando alterius ius mutare. Vnde bene fateor quòd ibi est casus quòd ad hoc vt iudicium communi diuidundo agitatum cum proprietario præiudicet vsufructuario, quod necesse sit ipsum vsufructuariũ ad ius vocari. Et iste est proprius intellectus legis illius. Sed quòd iudicium simpliciter non valeat, saltem quantùm ad ipsum proprietariũ, istud ego credo esse falsum, & contra mentem illius legis: & fortè quod ista fuit intẽtio
10 Nic. quamuis verba sua omnino aliter, & cõtrariũ velint. ¶ † Vltimò notate quòd in istis tribus actionibus iudex potest ex suo officio vni partium, etiam non petenti, totam, & integram rem adiudicare, & in eum transferre dominium alterius partis, dummodo subsit aliqua iusta causa puta difficultas diuisionis rei: aliàs hoc facere non posset: vt hîc, & §. eadem. cum §. sequenti. ſ̃. de offic. iudi.
11 Pro hoc adducit Angelus hîc simile, quod † videmus in arbitrato-
b re, qui potest de iure vnius partis dare alteri [b] pro bono pacis, & concordiæ: vt est glos. in l. sed & si in seruum. §. si quis iudex. in ver. in sęue. & l. idem Pomponius scribit, si de meis. §. recepisse. in verb. recepisse. ff. de arbi. & Bartolus plene in l. societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio. & Canonistæ in c. Quintauallis. extra de iureiu. Quod simile iudicio meo, non bene congruit ad propositum text. nostri: quia illud, quod dictũ est de arbitratore, procedit in modico: aliàs reduceretur ad arbitrium boni viri: vt inquit Bartolus in dicto §. recepisse. & latiùs in dicto §. arbitrorum. versi. quæro vtrum possit renuntiari. & singulariter Bald. in l. & in maioribus. C. de app.
24 ream quæstionem. † pone, aliquis pater habebat filiã, quæ erat formosa, & bonis moribus ornata, adeò quòd eam bene, & honestè collocasset in matrimonio pro tricentis libris. Aliquis scholaris eam corrupit, ita q̃ nunc oportet patrem expendere mille libras, & amplius, pro ea maritanda, cùm teneatur illam maritare secundùm conditionem personarum, & qualitatem matrimonij, iuxta l. si filiæ. ff. de lega. iij. l. fin. C. de do. promis. & authen. sed quamuis. C. de rei vxo. act. nunquid in ista actione vtili, quam pater potest intentare pro filia corrupta, vt vidimus ad fi. huius glos. veniat ista æstimatio? Determinat Nic. hîc cum suo Rodul. q̃ sic: cùm in hac
25 actione veniat omne damnum. d. l. vt tantum. secũdùm eum. Ego puto † quòd imò iste corruptor virginis nedum teneatur ad illam æstimationem, imò etiam teneatur plenè dare dotem, siue pecuniam pro dote iuxta modum dotis, quam virgines accipere cõsueuerunt eo casu, quo pater non vult filiam sibi in matrimonium collocare. Si autem vellet, teneretur corruptor eam accipere in vxorem, & ipsemet corruptor teneretur constituere dotem de propriis bonis. Tex. est de his omnibus not. in c. j. extra de adul. &
26 ad illud de materia ista recurramus ad Canonistas. ¶ † Qualiter autem formandus sit libellus in ista actione serui corrupti, siue agatur ista actione pro seruo corrupto, siue pro filio, vel filia, vel etiam vxore corruptis, vt proximè dixi, videatis Specu. in titu. de ser. non ordi. §. j. ver. sed serui. & per Rof. in titu. de actione serui corrupti. secundùm quod refert Ioan. de Pla. hîc, & Nico. in vij. q. extra gloss. Et de forma tangitur aliquid per scribentes, vt hîc: vt Ioan. Fab. & Ang. & Ioan. de Pla. Verum quia forma talis libelli nullius est artificij, melius esset illum omittere. si tamen vultis, pro forma, potestis ita concipere ex mẽte suprascriptorum: Ago contra Titium, & dico quòd talem seruum meũ, qui erat bonæ conditionis, & vitæ, corrupit, & suis prauis persuasionibus ad malos mores adduxit, videlicet ad meritricandum, Nam vitium, quod incurrit ex persuasione est exprimendum, vt etiam inquit Ioan. Faber & ita talis meus seruus est deterioratus in decem eius æstimationis, cuius primò erat, & intantum mea interest. Quare peto dictum Titium condemnari mihi in duplum prædictæ deteriorationis. Et si contingeret casus, q̃ seruus prædicta mala persuasione inductus subtraxisset aliquam rem domino suo, vel aliter illũ damnificasset, certè vltra duplum serui corrupti, quod petitur ista actione serui corrupti, peti debet etiam duplum, æstimationis rei furto subtractæ. Super qua dicit Ang. de Are. hîc, implorandum esse officium iudicis. Ego dico, imò venit iure istius actionis, nisi intellexerit Ang. de Are. de officio iudicis mercenario huic actioni deseruienti, vt dixi s. super glo. fi. Quando autem ageretur non de seruo, sed de filio, vel filia, vel vxore corruptis, tunc fienda esset relatio ad æstimationem operarum, & affectionis, non autem ad
27 æstimationem corporis, vel personæ, vt fit in seruo, eo † quia liberum corpus non recipit æstimationem, iuxta l. j. §. sed cùm liber homo. & l. fi. ff. de his, qui deie, vel effu. secundùm Io. de Pla. Ange. de Are. & Nico. de Neap. hîc, in iij. q. glos. de quo etiam videte per eundem Nico. hîc, in j. q. extra glo. Non sunt hîc alia.

LAVS DEO.

1 *Executorum species in iure nostro quot sunt. 2. 3.*
4 *Executores, qui repræsentant partes in iudicio, quibus nominibus in iure nuncupentur.*
5 *Executoribus, seu viatoribus, quibus citationes committebantur, qualiter salaria debantur. 6. 40. 42. & seq.*
7 *Salaria qualiter solui debeant aduocato & consultori. 8.*
9 *Gabella si statuto cauetur quòd de pretio rei venditæ soluatur tantum, an intelligi debeat de pretio quod in effectu remanet penes venditorem, deductis omnibus expensis factis in subhastationibus, vel datis proxenetis.*
10 *Gabella si de quolibet legato solui debeat pro libra, an intelligatur tantùm de eo, quod superest de legato, deducto omni onere.*
11 *Gabella si statutio cauetur quòd pro qualibet libra soluatur tantum, an si quis promiserit alicui mille libras, soluendas tantum quadringentas omni anno, an interfurium medij temporis deduci debeat.*
12 *Beneficium vacaturum sit quis impetrauerit vsq; ad valorem cẽtum ducatorum, & non vltra, an si contingat vacare vnum reditus ducentorum ducatorum, tamen computatis expensis non valet nisi centum, re cẽ dicatur impetratum, ita quod habere, & retinere possit.*
13 *Gabella si statuto cauetur quòd delegato solui debeant decem pro libra valoris rei legatæ, an si legetur equus, qui viginti valet cum hoc quod soluantur hæredi decem solui debeat, & de quanto, & qualiter.*
14 *Actor si in libello inseruerit maiorem quantitatem, an teneatur ad triplum eius, in quo reum damnificauit. 15. 44.*
16 *Plus petere loco, aut causa, quando dicatur.*
17 *Actor quid si maiorem quantitatem in libello complexus sit, vt maioribus expensis circa salaria notariorum, & aduocatorum afficeret aduersarium suum, an puniatur. 19. 20. 24.*
18 *Pœnæ sunt restringendæ.*
21 *Extentio ex identitate rationis in pœnalibus fieri potest. 22.*
23 *Dispositio huius §. an valeat extendi ex identitate rationis. 25.*
26 *Libellus in quibus causis non requiratur. 36.*
33 *Libellum in scriptis an quis obtulisse videatur, si iret coram iudice, & diceret notario actorum: scribe qualiter peto centum à Titio, in quibus peto eum condemnari.*
34 *Libellus an mitti debeat simul cum citatorio, an verò citatio præcedere possit.*
35 *Libellus an de consensu partium omitti possit.*
Libelli productioni an renuntiari possit.
37 *Libellus sine appositione qualitatum an procedat.*
38 *Iudicium, si non sit petitum à parte libellum incertum declarari, an procedat.*
39 *Libellus incertus an procedat parte non opponente.*
41 *Sportulæ quæ nuntijs publicis præstantur, an ante litis contestationem præstentur.*
45 *Sportulæ qualiter iudici delegato præstentur. 46. 47.*
48 *Sportulæ an arbitrio de beantur, & nunquid arbitratori. 49.*
50 *Salaria promissa doctoribus, & aduocatis, hodie à suis clientulis peti possunt. 51.*
51 *Aduocatus an pro singulis causis centum florenos accipere possit. 53.*
54 *Aduocati salarium a pauperibus recipere non debent.*
55 *Sportulas in causis miserabilium personarum iudices habere non debent.*
56 *Salarium quando notarius conficit instrumentum de aliquo actu vel contractu pauperis, accipere non debet.*
57 *Procuratores, & notarij, sunt excoriatores pauperum.*
58 *Salarium an, si partes concordauerint inter se, habere debeat iudex, licet sententiam non ferat.*
59 *Salarium aduocato quo tempore debeatur. 61.*
60 *Salarium medici recipere non debent ab infirmis, ni si cum sani fuerint.*
62 *Libellus quando actor maiorem quãtitatem exprimeret in libello quàm deberet, vt reum maioribus expensis in sportulis executoribus præstandis grauaret, qualiter formandus sit.*

Ver. Tripli verò.

¶ Ad euidentiam huius versi. præmittite vobis vnũ verbũ,
1 † quod executorum in iure nostro multæ & variæ sunt species. ¶ Quidam enim sunt executores vltimarum voluntatum, de quibus nihil ad propositũ, sed de eis habetur in l. id, quod pauperibus. vbi latè per Cyn. & latiùs per Baldum & Salic. C. de episcopis & clericis. & in l. nulli. per eoldem in eodem titulo. & latè per Bartol. in l. alio. & in l. à filio. in prin. ff. de alimen. & cibaria. leg. & plenissimè per Specu. & Ioan. And. in titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua per totum illum §. ¶ † Quidam autẽ sunt executores, qui sententias exequuntur, siue mãdant executioni: & de his nihil ad propositum text. nostri: sed de his loquitur text. in l. executorem. cum fi. C. de execu. rei iudi. & ibi dicit textus, quòd isti propriè appellantur executores, alij non: & sic q̃ iste terminus Executores, propriè
3 significat istos, qui sententias latas executioni mandant. ¶ † Quidam, & tertiò, sunt executores, qui repręsentant partes in iudicio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

illas citando: & consequenter, qui mandant executioni sententias interlocutorias de citando aliquem: & de istis tractat §. noster, & textus in l. omnes. §. executoribus. C. de episcopis & clericis. Ita has species executorum declarat Azo in Summa tit. C. de sportu. & Nicolaus de Neapoli hîc, in quarta quæstione. ¶ Et aduertite † quòd executores nuncupantur in iure nostro variis nominibus: aliquando executores, aliquando viatores: vt hoc textu quandoque causam præparantes, quandoque officiales, quandoque apparitores, quandoque Cæsariani, siue catholiciani: vt per glos. magistram in §. his, qui causas præparant. in ver. exceptoribus. in authentica de iudi. col. vj. & per glos. in dicta l. executorem. C. de executione rei iudicatæ. ¶ † Et istis executoribus, siue viatoribus, quibus citationes committebantur, (de quibus tractat textus noster) dabantur salaria secundùm quantitatem summæ petitæ in libello: vt declarat hîc glossa prima mag. Si quis ergo maiorem quantitatem pecuniæ in libello inserebant, vt isti executores maiorem summam nomine sportularum cõsequerentur, tenebatur ad triplum: vt hac litera. Et istud sit vobis satis pro figuratione casus. ¶ Iste ver. fuit summatus suprà in principio huius §. ¶ † No. j. ex hoc verficulo quòd salaria de iure debent solui nuntiis, siue executoribus, secundùm quantitatem summæ petitæ: licet secus sit de consuetudine, vt dicit glos. j. mag. vbi videbitis. Et aduerte quòd hîc non triplicatur id, quod petitum est vltra veram æstimationem: sed solum id, in quo reus passus est damnum. Et sic habetis quòd propriè non attenditur ipsa petitio, sed effectus damnum passi. ¶ † In alia autem materia extra istum casum, nunquid attendatur petitio, an verò id, quod effectualiter exigitur, seu exigi potest: puta si deberetur tantum pro libra consultori, vel aduocato: nunquid inspicietur illud, quod petitur, an verò id, quod effectualiter exigi potest tantùm, fortè propter inopiam aduersarij? † Vel quid, si esset statutum in ciuitate quòd qui habet instrumentum à centum libris suprà, debeat illud insinuare penes acta intra sex menses, aliâs illud instrumentum non valet: ac si aliquis haberet instrumentum centum librarum, licet in patrimonio debitoris non sunt, nisi quinquaginta, ita quòd in effectu non est instrumentum, nisi de quinquaginta an illud instrumentum, si non insinuetur intra sex menses, valeat: & sic an debeat inspici tenor instrumenti, an verò effectus exactionis: videte textum solennem in l. in offerendis. C. de appel. & ibi in terminis Bartolus qui ad hoc not. illum textum & summè commendat. Videte etiam textum in §. ad excludendas. in authentica de litigios. & Bartolus in l. qui tabulas. circa princ. ff. de fur. & quod not. Bart. in l. penultima. §. finali per illum textum. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ¶ † Videte etiam quod alibi ponit not. Barto. in l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de cõditio. & demonstra. vbi ponit an stante statuto quòd de pretio rei venditæ soluatur tantum pro gabella, puta tres denarij pro libra, an debeat intelligi de pretio, quod in effectu remanet penes venditorem, deductis omnibus expẽsis factis in subhastationibus, vel datis proxenetis. De quo etiam per Baldum in l. j. in ij. col. C. de fru. & li. expen. Ang. & Imol. in l. ciuitatibus. §. finali. ff. de legatis primo, per Imol. in l. non amplius. in princip. ff. de legatis primo. ¶ † Et an si de quolibet legato debeat solui tantum pro libra, an intelligatur tantum de eo, quod superest delegato deducto omni onere, vide Bal. Ang. & Imol. in dicta l. non amplius. in princip. per illum textum. ¶ Et an stante statuto † quòd pro qualibet libra soluatur tantum pro gabella: tu promisisti mihi mille libras, & conueniſti, & promisisti soluere quadringentas tantum omni anno, an debeat deduci interusurium medij temporis, cùm in effectu quantitas tota sit minor omni anno pro centenario: vide sing. Bart. in l. in lege Falcidia nõ habetur. ff. ad legem Falcidiam. Ad ista vide etiam quod signanter determinat Bartolus in l. quoties. per illum textum. ff. ad legem Falcidiam. Nam de iure communi donatio vltra quingentos aureos, si non sit insinuata, non valet: an si detracta gabella in effectu non restant nisi quingenti aurei, an valebit donatio sine insinuatione. ¶ † Et an si quis impetrauit à summo pontifice rescriptum, quòd sibi conferatur beneficium primum vacaturum, quod ascendat vsque ad summam centum ducatorum, & non vltra: an si contingat vacare vnum beneficium, quod in veritate afferat fructus, & prouentus producentes ducentos, sed postea sunt tot expensæ necessariæ quòd in effectu non restant nisi centum, nunquid illud beneficium habere, & obtinere possit: Videte Bald. in l. j. ver. pone, impetraui. C. de fru. & li. expen. & Paul. de Castr. in dicta l. non amplius.[a] in princip. ¶ † An stante statuto quòd delegato debeat solui gabella decem denariorum pro libra valoris rei legatæ, & legatur equus, qui valet viginti, cum hoc quòd soluantur hæredi decem, de quanto debeat solui gabella? De quo videte Bald. Angel. & Ioan. de Imol. in dicta l. non amplius. in princip. ff. de legat. j. ¶ † Secundò literaliter nota quòd si actor in libello maiorem quantitatem inseruerit, ad hoc vt nuntij publici, siue executores litium, maiora salaria consequantur, quòd actor tenetur ad triplum eius, in quo reum ex hac maiori petitione damnificauit: vt hîc habetis ad contextum. ¶ † Et aduertite pro ampliatione. §. quòd iste tex. locum haberet nedum si plus peteretur re, siue summa, vel quantitate, sed etiam si plus peteretur loco, aut causa, vt semper condemnari debeat actor in omni damno sportularum propter hoc datarum nuntio, in triplum. Ita in terminis tenuit glos. in ver. amplius. & Innocen. in cap. vnico. extra de plus peti. secundùm quod referunt, & sequuntur Ioan. de Platea & Angelus hîc. ¶ † Quando autem dicatur plus peti re, loco, aut causa, videbitis in §. plus autem. j. eod. Si autem actor plus peteret tempore, non habet locum pœna huius §. quia ad illam petitionem non posset hic §. adaptari, vt clarè patet ad sensum: quia per illam petitionem factam plus tempore nuntius publicus, siue executor maius stipendium nomine sportularum non consequeretur: haberet tamen locum hoc casu pœna. §. hodie autem. j. de excep. quæ est, quòd tempus duplicetur ipsi reo, & eo elapso, adhuc nõ audiatur ipse actor, nisi prius refarcitis omnibus expensis litis factis per ipsum reum. In aliis autem expensis litis clarum est, hunc §. non habere locum: sed in eis condẽnatur, qui succumbit in causa, si apparet eum temere litigasse: sicut obseruatur in omnibus, iuxta formam l. properãdum. §. siue autem alterutra. C. de iudic. & l. eum, quem tenere. ff. de iudi. & l. terminato. C. de fru. & lit. expen. ¶ Et iuxta hunc §. posset probabiliter dubitari, secundùm docto. hîc, cùm videamus quotidie quòd notarij, aduocati, & cõsultores maiora salaria recipiunt pro magna causa, quàm pro parua, saltem de consuetudine, quamuis aliud sit de iure, iuxta ea, quæ latè dicam j. super glos. j. mag. † nunquid si aliquis maiorem quantitatem complexus esset in libello, vt maioribus expensis circa salaria notariorum, & aduocatorum afficeret aduersariũ suum, an habeat locum pœna huius §. ita quòd illud plus triplicatum deberet ab actore præstari ipsi reo? Videtur primò quòd sic: cùm militet ratio §. nostri. Ioannes Faber determinat contrarium, & eum sequuntur Ioannes de Platea, & Angelus hîc. Mouentur omnes, † quia dispositio huius §. quæ est pœnalis, non debet extendi, etiam ex identitate rationis: quia pœnæ sunt restringendæ. Allegat ad hoc Ioannes Faber l. quod verò contra. ff. de leg. facit l. præsens. & l. interpretatione. ff. de pœnis. Adducit pro hoc Ioannes de Platea & Angelus de Aretio glo. valde singul. in §. sequens. versiculo ex maleficiis. in ver. in iudicium. suprà eod. Subdit tamen Ioannes Faber satis dici posse † quòd iste actor teneatur actione de dolo: vel fortè, & melius, secundùm eum, recuperabit expensas ratione temere vocationis, iuxta dictam legem eum quem temere. cum simili. suprà proximè alleg. Ego contra hos patres audacter firmo cõtrarium, & teneo † quòd imò iste §. habeat locum etiam in petente maiorem quantitatem in libello, ad hoc vt reus maiora salaria præstet notariis, & aduocatis, quòd illud plus, in quo damnificatus fuerit reus, debeat triplicari, secundùm formam præsentis §. Et moueor proprio fundamento istorum doctorum tenentium contrarium. † quia imò in pœnalibus, & odiosis, ex identitate rationis fit extensio: vt est solennis textus de hoc in c. j. §. porrò. in ver. sed quia natura nouas deproperat edere formas in

mas. in titu. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. in vsi. feud. & ibi Baldus expresse not. qui dixit quòd ibi est textus melior de iure, ad hoc † quòd in pœnalibus, & odiosis procedatur de similibus ad similia. Facit l. his solis. in ver. satis etiam cautum putamus. quam etiam ibi not. Bald. ad hoc. C. de reuo. dona. iunctis plerisq; aliis, quæ in hoc proposito firmando vobis allegaui in §. sequens.[a] in glo. fi. in ver. ipsius s. s. eo. Ergo in proposito nostro in terminis huius §. quantumcunq; in pœnalibus, licita est extensio ex identitate rationis. Non obstat iura in contrarium adducta, & primò l. præses. & l. interpretatione. cum simi. quæ volunt dispositiones pœnales non esse extendendas: quia respondeo, illud verum, nisi ex identitate rationis fiat extensio: per text. in dicto §. porrò. cum aliis præalleg. Non obstat etiam illa sing. glos. per dicto §. sequens. ver. ex maleficiis super versi. iudicium. quæ singulariter vult quòd imò etiam ex identitate rationis in pœnalibus non fiat extensio: quia respondeo quòd illa glos. procedit, & habet locum, quando pœna imponeretur habito respectu ad priuilegium alicuius particularis personæ: quia tunc bene verum esset, quòd nulla fieret extensio de similibus personis ad similes personas, nec de similibus casibus ad similes casus. Ita ibidem pulchrè declaraui, & limitaui illam glos. ex mente Bald. in cap. j. d. §. porrò. ad hoc reputantis illam glos. & eius doctrinam bene singularem. Ego tamen ibidem dedi alias glo. concor. dicite vt ibi habuistis. cùm ergo in proposito nostro pœna huius §. non imponatur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, certè bene poterit extendi ad alios casus habentes similem rationem. Et per ista infero vobis secundam ampliationem ad text. nostrum. & vltra proximè adducta pro opi. mea contra doct. dic † quòd imò dispositio huius §. quantũcunq; pœnalis, extendatur ex identitate rationis, vt tenẽt ipsimet Ioan. de Pla. & Ang. hîc, sibi inaduertenter contrarij, dum volunt (secuti glos. & Innoc. in d. c. j. extra de plus peti.) q̃ dispositio huius §. pœnalis loquentis in petente maiorem quantitatem, & sic petente plus re, extẽdatur etiã ad petentes plus loco, & causa, prout s. retuli. ¶ † Aduertatis etiam pro maxima limitatione tex. nostri, quòd pœna tripli, quæ ponitur in hoc §. habet locũ nisi actorem pœnituerit ante litis contestationẽ: quia tunc ad simplum expensarum tantummodo tenebitur. Ita tenuit Placẽ. in glo. relatus. per glo. in l. vnica. in glos. mag. in fi. C. de plus peti. & ibi illum sequuntur Iac. de Are. Cy. & communiter doc. maximè Bald. qui hoc disputat, & Salice. & ita etiam firmat Ang. hîc, & sequi videtur Nic. de Neapo. hîc, in apostil. tex. Et ad hoc firmandum faciunt multa pulchra, quæ dixi in §. omnium. s. eod. circa limitationem l. fi. ff. de rei vendica. quæ omnino hîc addite. Glos.[b] * tamen contrariũ tenuit in d. l. vnica. secundùm quod eam refert Nic. hîc: cuius veritas pendet ab his, quæ dixi vobis in §. sequens. in versi. ex maleficiis. super glo. in ver. distulerit. in iiij. & v. partibus principalibus. s. eod. vbi videatis. An † autem sicut pœna l. vnicæ. C. de plus petit. cessat, & locum non habet, si in libello esset apposita clausula, Saluo iure superflui: prout eleganter firmat do. Anto. de Butr. in c. ij. in pe. col. extra de libel. obla. referens ita tenere Specu. in loco per eum ibi allega. an idem esset in casu §. nostri: vt si in libello, in quo esset inserta maior quantitas debiti, esset postea adiecta illa salutaris clausula, Saluo iure superflui: cessaret pœna §. nostri. Cogitabitis, quia non inuenio istud in specie in terminis §. nostri tangi. Multùm tamen faceret quòd sit simile, quod proximè allegaui. Et si istud procedat ad textum nostrum est ad eum singulariſsima limitatio. Et sic ex prædictis starent duæ limitationes ad tex. nostrum. Tertiam limitationem videbitis j. in glos. j. mag. in tertia parte principali. Plura notabilia non colligo ex isto textu: quia tria notabilia alia colliguntur ex hoc textu per glossam j. mag. quam capio. ¶ Glos. in versicu. in libello. Quam diuido in septem partes principales. In prima colligit vnum notabile ex textu, & illud declarat quo iure procedat, & posteà limitat. In secunda colligit aliud notabile ex textu. nostro. In tertia aliud. In quarta aliud. In quinta ponit etiam aliud notabile: sed illud non colligitur ex hoc textu. In hac ergo quinta parte glos. per modum huius notabilis ponit, quæ sunt illæ personæ, quibus remittantur istæ sportulæ exoluendæ in totum, vel in partem. In sexta iuxta proximum præcedens notabile format quæstionem, & soluit. In septima quærit an iste §. hodie sit correctus. Secunda ibi: item secundò nota. Tertia ibi: tertiò nota quòd sportulæ. Quarta ibi: item nota quòd reus. Quinta ibi: item nota adhuc. Sexta ibi: sed quæro si hæ personæ. Septima ibi: sed cùm hodie caueat. ¶ In eadem glos. ibi: in authen. de manda. princi. §. fit tibi. dicite vos, & melius, per glo. in §. necesitatem. super glos. in ver. ex non scripto. in authentica vt iud. fine quoquo suffra. & adhuc pleniùs per gl. illam solennem, & magistram in §. sancimus. in glo. mag. super ver. libellum. in authen. de exhi. & intro. reis. colla. v. Et ibi glos. addit † plures alios casus, quàm quatuor, in quibus non requiritur libellus. De quo etiam videatis glo. plenam in ver. illustrium. in c. fin. de re iudi. in vj. Et si vultis plenissimè videre, recurratis ad Specu. in titu. de libel. concep. §. nunc videndum. enumerantem xlvj. aliàs quinquaginta casus, in quibus non requiritur libellus, & in quibus procedatur sine libello: ibi videatis plene per eum, & inuenietis totum, quicquid ferè dici possit in hac materia. Quam latè posteà ampliãdo prosecutus est Ange. hîc, qui inter cætera ponit, † an in causis, in quibus cognitio est summaria, requiratur libellus, [c] an requiratur in causis breuioribus, † & an requiratur in causis, in quibus procedendum est summariè simpliciter, & de plano: de quibus in locis præallega. & Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. summariè. in princip. & in ver. sine figura iudicij. & in l. nec quicquam. §. de plano. per illum tex. ff. de offic. proconsul. & lega. per glos. & docto. & do. Abb. in c. j. extra de libel. obla. & per omnes in cle. sæpe. in princip. de verb. signific. & per Cy. Bald. & latius Salic. in auth. offeratur. C. de lit. contest. † Tangit etiam successiuè Angel. hîc impertinenter, & latè prosequitur, an, quando proceditur officio iudicis, regulariter requiratur libellus. De quo latè per Bart. in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum. & in repe. l. creditores. in vlti. col. & vlr. q. C. de pig. & l. iiij. §. hoc autem iudicium. in vj. & vij. q. ff. de dam. infec. & in l. j. §. fin. ff. de variis & extraordi. cog. & in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus cau. ma. & Bal. in d. authen. offeratur. C. de lit. contest. & plenè in repeti. l. incerti. in penulti. col. C. de interdi. & in l. j. [d] ff. de iurisdi. omnium iudi. & per do. Ant. de But. in cap. fin. & ibi per Abb. Panor. extra de offi. iud. † Et an quando agitur officio iudicis ad exhibitionem reuerentię debitæ, hoc casu requiratur libellus, videatis in specie Bald. in d. l. nec quicquam. §. de plano. per illum textum. † Et an iudex sine libello ad simplicem querelam posit mandare parti, ne intret possessionem, an verò necessarius sit libellus: est vtilis, & quotidiana quæstio, de qua videatis not. Bald. in l. ordinarij. in ij. col. in versic. sed vlteriùs quæro, duo asserunt se posidere, &c. C. de rei vendi. & in l. quisquis. C. quo. appel. non reci. & Specu. in titu. de lib. concep. §. nunc dicendum. versiculo xij. & quod not. Baldus in l. finali. in ij. col. C. de edi. diui Hadria. tol. & in l. vis eius. C. de probatio. & Innocen. in c. in præsentia. extra de proba. ¶ † Et nota diligenter quòd in omnibus casibus, in quibus non requiritur libellus, quo suprà proximè remissiuè dixi, in eisdem etiam non requiritur aliquis alius processus

a ¶ In §. sequens. vbi vide in nume. 7. & nume. 9. * Adde quòd mihi verior videtur opi. glos. Primò per istum tex. ibi: in libello conuentionis inserũt ergo ex insertione maioris quantitatis punitur, nec requiritur litis contest. Secũdò probatur aperta ratione: nã hęc pœna imponitur ob damnũ, quod quis patitur soluendo plus debito vocãtibus eum in ius, vt ff. Ias. in euidẽtialib. declarat. Sed si iste vocatus soluit istis execu toribus sportulas habita ratione. Summæ in libello compræhensæ ante litem cõtest. delictũ est cõsummatum, cùm primo veniat in ius, vt §. fi. inst. de pœ. teme. litig. ergo nõ erit locus pœnitentiæ. l. qui ea mente. & ibi Bar. ff. de furt. & per istum text. inquit Bald. in auth. offeratur. col. iij. C. de litis contest. quòd istis nũtiis soluuntur sportulæ ante litis contesta. Et hanc partem teneas, quicquid cæteri dicant. Anto. Ang. Carcas. Sar.

b ¶ Libellus. Vide Feli. in c. licet Heli. in medio v. col. de simo. & do. Alexan. de Imo. in cõsil. iij. col. ij. parte iij. Et an sufficiat libellus generalis, vide per eum in consil. xxxij. in iiij. col. iiij. parte. & in consil. xliij. ea. parte.

c ¶ In l. j. Et ibidem vide do. Alex. de Imo. & plenius in l. j. de edendo.

d ¶ In l. j. Et ibidem vide do. Ant. de But. in cap. fin. & ibi per Abb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✱Vide bonũ tex. in cle.i. & ibi gl. fi. vt lite pend. nihil innou. Sardus.

b ✱Hoc idem expreſsè firmat glo. in d. §. ſancimus. circa medium illius glo. in ver. libellum. Sardus.

ceſſus ordinarius. Ita eleganter dixit Bal. in c.j. §. inſuper. de proh. feu. alie. per Fed. ¶ †Aduertite etiam diligẽter quòd in caſibus, in quibus requiritur libellus, quod eſt regulare, ſi aliquis iret coram iudice, & diceret notario actorum. Scribe qualiter peto à Titio centum, in quibus ego peto eum cõdemnari, &c. quamuis notarius hoc ſcribat in actis, per hoc tamen nõ videtur libellum in ſcriptis obtuliſſe, nec dicitur procedere ordinario modo, ſed extra ordinem. Iſtud eſt, quod in terminis voluit ſingulariter Bart. in l. in ſacris. la iij. C. de proxi. ſa. ſcriniorum. lib. xij. Et hoc not. ex gloſ. ibi, & reputat bene ſignandum: quia, ſecundùm eum, poſſet læpe contingere de facto. Et hoc dictum ſequitur Ludo. Ro. in l.j. in ij. col. ff. de arbi. de quo videatis Bal. in authen. offeratur. ad fi. C. de li. conte. & Ange. in l.j. in prin. in j. col. & ibi Bal. & Pau. de Caſt. in ij. col. ff. de eden. † Tãgit etiam hîc impertinenter, an libellus debeat mitti ſimul cum citatorio, an verò citatio poſsit præcedere. Quod etiam latè examinat Nico. de Neap. in vlti. q. extra gloſ. de quo videatis Cyn. Bald. Salic. in d. authen. offeratur. & Bart. examinantem in l. ſi finita. in l. Iulianus. in iij. col. in ver. item quæro. ff. de dam. infec. & ibi latè Io. de Imo. facientem quatuor caſus principales: vt ibi per eum, & Barto. in extrauag. ad reprimendum. in ver. ſuper dicto crimine. Specu. in titu. de libel. concep. §. nunc videamus. & §. reſtat. & gloſ. in c. quoniam frequenter. in fin. extra vt lite non conteſt. & gloſ. in c.ij. extra de

a dila. [a] ✱ †Tangunt etiam hîc Io. de Pla. & Ang. an libellus cõſenſu partium poſsit omitti: & conſequenter an productioni libelli poſſit renuntiari per partes. De quo per glo. in d. auth. offeratur. in gl. fi. in verbo, pro nihilo. & ibi Bart. Bal. & Salic. C. de lit. conteſt. & glo. in c. de cauſis. & ibi Canoni. extra de offi. deleg. & gloſ. in c. fin. de re iud. in vj. & glo. in c.j. & ibi etiam per Canoniſtas extra de libel. obla. & glo. in clemen. læpe. in glo. fin. & ibi per Innoc. de verb. ſigni. & glo. in §. ſancimus. in glo. mag. in ver. libellum. in auth. de exhib. & introdu. reis. & Bal. in auth. generaliter. C. de epiſc. & cle. Spec. in tit. de ſenten. §. iuxta. verſi. quid de procuratore. Imo. in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. & Bart. in l. quoties. C. de priui. ſchol. libro xij. vbi multa pulchra dicit. Sed non credo quòd ſit lectura Barto.

36 quia non legit niſi decimum librum, morte præuentus. ¶ †In eadem glo ibi: aliud eſt de iure veteri. Videte gloſ. quæ hoc diſputat, & idem tenet, quod hîc, in d. §. ſancimus. in gloſ. mag. in verbo, libellum. in authen. de exhi. & introdu. reis. Iſtæ gl. verũ dicunt in ci-

b uilibus: ſecus in criminalibus, [b] ✱ in quibus etiam olim neceſſariò dabatur libellus, iuxta l. libellorum. in prin. ff. de accu. ſecundũ doc. hîc, vt Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ange. & Nicol. in xv. oppo. gloſ. ¶ In eadem glo. ibi. l. ſi in rem. §. & ſi veſtimenta. dicite prout dixi in §. omnium. in penult. chatta mag. s. eo. & videatis gloſ. in l.j. in princi. in glo. mag. ff. de eden. & ſolennem gloſ. in d. §. ſancimus. in glo. mag. ſuper verbo, libellum. in auth. de exhi. & introd. reis. coll. v, & Spec. in titu. de lib. concep. §. nunc oſtendamus. in fin. & videatis omnino tex. & ibi pulchrè Bart. in l. in actione. ff. de fur. & Bar. in d. l. ſi in rem. ff. de rei vendi. & l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. obli. & in l. non ſolum. §. ſed vt reprobari. ff. de ope. no. nun. & in d. l.j. in prin. in ij. col. ff. de eden. & gl. & doct. in c.ij. extra de lib. obla. Inno. in c. certificari. extra de ſepul. & Barto. in l.j. §. ſi quis argen-

37 tum. ff. depo. & ibi habetis ſing. glo. in ver. iuranti. quæ vult † quòd ſi actor ignoraret qualitatem rei, vel eius demonſtrationem, & ita juraret, quòd tunc procederet libellus ſine appoſitione qualitatũ. Bene verum eſt, quòd illę qualitates deberent poſteà in proceſſu probari, vt ibi dicit gloſ. Quod etiam tetigi in d. §. omnium. poſt clauſulas conſuetas apponi in libellis. Tangitur etiam in locis pro-

38 ximè allegatis, in quibus etiam habetis ſan procedat iudiciũ, ſi non ſit petitum à parte libellum. incertum debere declarari. Circa quod videatis etiam quæ pulchrè tetigi in §. omnium. in illo puncto, an ſi proponatur libellus generalis, nulla cauſa expreſſa, an

39 procedat ſi non opponatur à parte. † Et de libello incerto an procedat parte non opponente, tangitur etiam vnum verbum per Ioan. de Pla. & Ange. de Are. hîc. ¶ In eadem gloſ. ibi: ſed hodie magis ſecundùm conſuetudinem, &c. Dicit Ioan. Fab. hîc, quòd iſtud eſt etiam de iure, per authen. ſed hodie. C. de epiſc. & cle. credit verius eſſe, quòd vtrunque attendi debeat, & longinquitas itineris, & quantitas cauſę. De quo vos videatis ſolennem gloſ. in §. audient. ver. nullo. ſuper ver. diſpoſita. in authen. de iudic. colla. vj. Et idem, ſcilicet quòd ſportulæ iſtæ debeantur iſtis nuntiis publi-

40 cis, ſeu executoribus † hodie, etiam de iure, ſecundùm longitudinẽ itineris, puta tot denarios pro milliari, non autem ſecundùm quantitatem pecuniæ petitæ, tenent etiam Ioan. de Plat. & Ange. hîc, Bald. autem in authen. offeratur. in iiij. col. dicit quòd iſtud eſt de generali conſuetudine quòd ſalaria præſtantur iſtis nuntiis ſecundùm longitudinem itineris. Et pro hac conſuetudine alleg. text. in ratione ſui in l. pro locis. C. de anno. & tribu. lib. x. & in l. cùm poſt ſententiam diſcuſſoris. C. de appellatio. & ibi etiam ſubdit Bald.

41 † quòd iſtę ſportulę, quę præſtantur iſtis nuntiis publicis, ſiue executoribus, præſtantur ante litis conteſtationem, per hunc §. Illa autem, quæ præſtantur iudicibus, præſtantur poſt litis cõteſtationẽ, per §. ne autem. in authen. de iudi. Et hoc etiam ponit Ang. hîc, quæ habetis etiam hîc in glo. ſuper ver. ſportularum. quæ melius locuta eſt, dicens quòd ſalaria, quæ præſtantur iudicibus, non præſtantur poſt litem conteſtatam vt ipſi dicunt, imò medietas in ipſa

42 conteſtatione & alia medietas in fine litis per d. §. ne autẽ. † Illud tamen, quod doctores volunt, quòd nedum de conſuetudine, ſed etiam de iure præſtentur hodie iſta ſalaria nuntiis publicis ſecundùm longitudinem itineris, nullatenus placet mihi: quia nulla lege ſufficienter probatur: & maximè, quia eſſet inducere correctionẽ huius §. etiam de iure: quod de facili non eſt admittendum, vulga-

43 ta l. vnica. C. de inoff. do. & ſtatim ſubiiciam. † Ex prædictis ergo habetis inferre quòd cùm de conſuetudine ſalaria præſtentur iſtis nuntiis publicis ſolum habito reſpectu ad longitudinem itineris, non autem ad quantitatem petitam, vt vult glo. noſtra, & firmant doct. vt prædixi, quòd iſte §. non obtinebit locum de conſuetudine: & ſic de conſuetudine remanebit correctus. Et hoc apertè firmat Ioan. Fab. hîc. Et quando eſſet verum, quòd etiam de iure ſalaria præſtarentur, vt proximè dixi, ſecundùm Ioan. Fab. Io. de Pla. & Ange. hîc, ſequeretur quòd etiam de iure hodie iſte §. eſſet correctus, prout affirmant Pet. de Bel. & Iaco. de Rauen. hîc, Sed ego nullatenus admitto: quia non video vbi iſtud probetur iure, vt proximè dixi. ¶ In eadem glo. ibi: dicas quòd hîc dicitur. Aliqui habent alternatiuam, Vel dicas: prout habuit Ioan. Fab. & iudicio meo, illa alternatiua. Vel, non bene ſtat: quia non bene deſcenderet ex præcedentibus. Aliqui habent. Et dicas: prout ego habeo: & iſta eſt melior litera: quia non reſpicit præcedentia, ſed tendit de per ſe ad declarationem textus. ¶ In eadem gloſ. ibi: id eſt, cauſatiuè, non conſecutiuè. Hæc verba gloſ. ſunt multùm obſcura: quæ clarius ponuntur, & declarantur per glo. ff. in verſi. conſequetur. quibus gloſ. ſimul iunctis mens earum fuit in his verbis dicere,

44 † quòd quando actor in libello dolosè, & ſtudiosè plus petiit ob hanc cauſam, vt ſalarium ſportularum creſceret: & ſic illud ob hanc cauſam ponitur hîc cauſatiuè: & tunc habet locum pœna huius §. noſtri. Si verò actor feciſſet hanc petitionem maiorem, non ob hanc cauſam accreſcendi ſportulas, ſed alio reſpectu: puta per errorem, vel fortè per temeritatem: & tunc quamuis propter hanc maiorem petitionem executor conſequeretur maius ſalarium nomine ſportularum: & ſic reus grauaretur maiori præſtatione ſportularum: tamen quia iſtud non eueniret cauſatiuè, hoc eſt, quòd ob hanc cauſam accreſcendi ſportulas nuntiis, fuerit facta iſta maior petitio: ſed eueniret conſecutiuè: quia per illud plus conſequeretur executor: hoc caſu non haberet locum pœna. §. noſtri. & actor non incideret in pœnam huius tripli. Et hanc declarationem ad gloſſam noſtram colligo ex mente doctorum hîc: vt Ioan. Fab. Iac. de Rauen. Ioan. de Platea, & Angelus quamuis ipſi non ita clarè exponant, prout ego dixi. Et ſic ſecundùm iſtam gloſſam ita declaratam habetis magnam limitationem ad text. veſtrum, vt tunc demum habeat locum, quando illa maior petitio fuit facta dolosè, & ſtudiosè ob cauſam iſtam, vt executor, ſeu nuntius publicus, maiores ſportulas conſequeretur. Si autẽ illa

illa maior petitio non fuiſſet facta ob hanc cauſam, ſed aliam, & ſic dolus ceſſaret tantùm hoc reſpectu augmentandi ſalariũ nuntij. quamuis effectualiter, & conſecutiuè propter hanc maiorem petitionem nuntius etiam maiores ſportulas conſequeretur, tamen ceſſaret diſpoſitio, & pœna §. noſtri: cuius contrarium expreſsè firmauit glo. in hocmet §. in ver. cõſequetur. vbi Io. Faber putat verius iſtud, quod tenet glo. hîc: quia cùm iſte §. ſit pœnalis, & loquatur ſolùm eo caſu, quo quis maiorẽ quantitatem expreſsit ad hunc finem, vt reus maioribus ſportulis afficiatur: vt patet ex tex. hîc in ver. vt ex hac cauſa viatores, &c. ergo hoc caſu ſolo locum habebit. Refert tamen Ia. de Rauen. tenere contrarium ſcilicet cum glo. ibi: & contra glo. noſtrã hîc. Et cum Io. Fab. tenet etiã Ang. hîc, per rationem, quæ parum faceret in hoc propoſito: quia ex ignorantia, quæ nõ habet admiſtam culpã, quis non eſt puniendus: vt l. reſpiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœnis. & ibi Bar. & l.j. & ibi Bar. ff. de leg. Et iſtud etiam ego teneo. & addo Bar. in terminis idem tenentem in l. vnica. in diſtinctione ſua. C. de plus peti. ¶ In ea. glo. ibi: nec decreſcunt, licet ſit parua. Intelligite hanc gloſ. dum tamen nõ ſit ita parua, quin excedant ſummam centũ aureorum: aliàs iſta glo. eſſet falſa, & diceret de directo cõtra tex. §. ne autem.

45 in auth. de iudi. ſecundùm Ioan. Fab. & Ioan. de Pla. hîc. ¶ † In ead. glo. ibi: in auth. de iudi. §. ne autem. dicite q̃ ille §. loquitur in iudice delegato à principe, in quo bene ſunt taxatæ certæ ſportulæ: vt ſi cauſa ſit intra centum aureos, nihil habet à partibus, ſed habet de publice duas libras auri quolibet anno. ſi autem cauſa excedit ſummam centum aureorum, quando lis cõteſtatur, tunc debent dari duo aurei ab vna parte, & duo alij ab altera parte in fine litis:

46 vt d. §. ne autem. † In iudice autem ordinario, & etiam in alio delegato, quoniam principis ſportulæ non ſunt determinatæ à iure, nec reperitur lege expreſſum, ſecundùm gloſſ. in auth. offeratur. in ver. præbitis ſportulis. C. de lit. conteſt. in fi. in quibuſdam perſonis, de quibus ibi per glo. Et ideo ſubdit glo. illa, conſuetudinem terræ in eis eſſe ſeruandam. Et idem tenet glo. in d. §. ne autem. in gloſ. j. quæ ſubdit quòd Bononiæ ſoluitur decima in cauſis principalibus, alicubi media, vt ſit in terris comitiſſe Matildæ. quod eſt valde iniquum, ſecundùm glo. ibi: Et idem, ſcilicet quod in ordinario non ſunt determinatæ ſportulæ à iure, tenet etiam Bart. in auth. offeratur. & Imol. in l. Pomponius. aliàs incipit, ſi vni. de re iudi. Sed Inno. relatus per Ioan. Fabr. & Ioan. de Plat. & Ange. hîc tenuit in c. cùm ab omni. extra de vita & hone. cleri. quamuis gloſ. ibi teneat contrarium, quòd imò iudici ordinario nihil penitus debet ſolui, nec pro ſportulis, nec alio modo: cùm habeant ſalarium de publico: vt in §. oportet. in authen. de manda. princip. no.

a gloſſ. in l. fori. in ver. caſtrenſe. C. de aduo. diuer. iudi. & l. velut. C. de aſſeſ. fortiùs quòd hodie non licet eis accipere eſculenta [a] ac poculenta: vt in authen. ſcriptum eſt exemplar. in fin. colla. ij. ſecundùm gloſſ. in l. plebiſcito. in verbo, poculentum. ff. de offic. præſi. Solùm ergo poſſunt habere expenſas quando excedunt locum, in quo dubitant: vt c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in vj. vbi plenè de iſta materia. & Inno. in d.c. cùm ab omni. vbi traditur iſta materia. Ange. verò in d.l. Pomponius. aliàs incip. ſi vni. & in l.ij. C. de ſpor. tenuit quòd imo iudici ordinario taxatæ ſunt ſportulæ, quantæ de legato principis: per d. §. ne autem. & hoc etiam ibi vult gloſſa j. quamuis, ſecundùm eum, de iure canonico ſint hodie interdictæ per d.c. cùm ab omni. vbi per Innoc. & per eundem in

47 c. vnico. extra de plus peti. Prima opi. s. relata eſt magis commu-nis. ¶ † Vbi autem iudici delegato non eſt prouiſum de ſalario de publico, tunc ſibi eſſet ſuccurrendum ſecundùm laborem, & qualitatem cauſæ, ad ſimilitudinem aduocati. l.j. §. in honorariis. ff. de var. & extraordi. cog. ſecundùm Iacob. de Bel. in d. §. ne

48 autem. & Ioan. de Pla. & Ange. hîc. † An autem arbitro debeantur ſportulæ, videatis Specu. quòd ſic, in titu. de arbi. §. ſequitur nunquid arbiter. & ſequuntur ſimpliciter Ioan. de Pla. & Ange. & Nico. hîc in apoſtil. text. & bonus eſt textus. de hoc in l. quoties. in ver. in ſubeundis. C. de priui. ſchola. lib. xij. Adde tu text. in l. in ſacris. la iij. & ibi Barto. C. de proxi. ſa. ſcri. lib. xj. & Bartol. in l. fin. C. de princip. agen. in re. lib. xij. quamuis contrarium, & malè, teneat

Bal. in l. generaliter. ad fi. C. de epiſ. & cle. ſub-a

49 dit Nico. hîc † idẽ eſſe in arbitratore, vt ei ſportulæ debeãtur: arg. l. ſed & loci. §. ſed & ſi meſſor. ff. finium regun. & l.j. §. j. & fi. ff. ſi menſor fal. mo. dixe. Et ita dicit tenere Gul. de Cu. in d. b

50 auth. offeratur. C. de lit. conteſt. † Et iuxta ſuprà ſcripta notate vltra ſcribentes hîc, q̃ ſalaria promiſſa doctoribus, & aduocatis, hodie poſſunt peti, & accipi à clientulis ſuis: vt l. medicos. circa fi. C. de profeſ. & medic. lib. x. ſecundùm glo. & Bart. in l.j. §. j. ff. de var. & extraordi. cog. & glo. & Bart. in l. archiatri. in vltimis verbis. C. de profeſ. & medi. lib. x. Si autem nõ ſit promiſſum ſalarium aduocato, tunc officio iudicis conſtituitur. l.j. in prin. & ibi Bart. & §. in honorariis. & ibi Bar. ff. de var. & extraord.

51 cogni. In † iſtis locis habetis etiam de ſalario no-

b tariorum, & medicorũ. [b] De quibus etiam per glo. & Cy. & Bal. in l.j. C. manda. vbi etiã ponit Bal. quid in ſalario procuratoris, aſſeſſoris,

52 medici, & ſimiliũ perſonarũ. ¶ † Et quia s. videmus in ſalariis iudicũ, & in aduocatis, aduertite q̃ pro ſingulis cauſis poteſt aduocatus accipere centum florenos, & non vltra. Tex. eſt in l.j. §. diuus. el j. & ibi Bar. no. ff. de va. & extraordi. cog. Subdit tamẽ, aduocatos curię Romanæ tanquam negotij proprij, non omnino legum expoſitores illũ tex. interpretari hoc modo: in ſingulis cauſis, id eſt, in ſingulis capitulis cauſæ, ita q̃ in ſingulo capitulo cauſę licitè capi poſsint centum aurei. Et ita dicit obſeruari de facto: quãuis, ſecundùm eum, de iure nõ ſit

53 verum. ¶ † Limitat etiã Bald. alibi illud, quod dictum eſt de centum florenis in aduocato, in l.j. ad fi. C. manda. vt procedat, niſi cauſa ſit de vita: quia nullum eſt tunc taxatum ſalarium à iure. Eodem modo, ſecundùm eum, illi, qui ſunt aduocati epiſcoporum, vel abbatum pro ſtatu dignitatis eorum, etiam licitè poſſunt maximum ſalarium accipere, etiam vltra centum florenos. argu. l. ſi pater. §. fi. ff. de dona. per quam legem dicit ita tenere Ray. de Forli. vbi no. etiam alibi Barto. in l. fortiſſimis. C. de mili. veſte. lib. xij. arg. ex illo tex. contra ſartores, ſiue ſutores, vt poſsint pro factura vnius chlamydis accipere vnum florenũ, & non vltra.

54 Et circa ſalaria aduocatorum de quibus proximè dixi, notate illud pium dictum, & quando vobis occurret, omnino obſeruate, quòd aduocati non debent accipere ſalarium à pauperibus. Ita no. Bald. in l. ſi furioſi. C. de nup. arg. illius tex. in verb. gratis. Pro quo bene facit quod idem Bal. dixit in authen. generaliter. in j. col. C. de epiſ. & cle. vbi dicit quòd in cauſis miſerabilium perſonarum iudices de iure non debent habere ſportulas, ſiue ſalarium. §. ne autem. in

55 auth. de iud. † Et idem dicit eſſe in cauſis ſummariis: quia ſunt magis fauorabiles, & celeriùs expediuntur. Et pro iſtis duobus dictis ego do vobis caſum expreſſum in §. ſit tibi quoque tertium ſtudium. in auth. de manda. prin. & ibi etiam glo. in ver. gratis. Accedat pro iſtis pauperibus, quod ſingulariter voluit Roma. in l. ſi verò. §. de viro. in fallentia propter paupertatem. ff. ſol. mat. vbi vult

56 † quòd quando notarius conficit inſtrumentũ de aliquo actu, vel contractu pauperis, quòd de iure nihil debet ab eo recipere nomine ſalarij. Motus per tex. in l. tam dementis. in fi. cum gloſ. C. de epi. aud. extendendo rationem in illo text. expreſſam: vt ibi per eum.

57 † O vtinam bene obſeruarent hæc dicta iſti impij procuratores, notarij, & aduocati, qui ſunt excoriatores pauperum, quos Barto. in repe. l. omnes populi. in. v. q. prin. ff. de iuſti. & iure. appellat congruentiſsimo vocabulo canes curiarum, & deuoratores ciuium.

58 ¶ Aduertite etiam diligenter in proximè dictis, quòd quamuis partes concordauerint inter ſe, quòd nihilo minus iudex, quamuis ſententiã non ferat, tamẽ debet habere ſalarium ſuũ. Ita ſentit Barto. in d.l.j. §. diuus. el ij. in iiij. col. verſic. ſed quæro. & redeo ad gloſ.

[a] ¶ Eſculenta. Vide do. Alexan. de Imo. in conſil. xxiij. per totum. in ij. parte.

[b] ¶ Et medicorum. Adde q̃ medicus petit ſalariũ etiã pro tempore, quo eſt in itinere, cùm vadit ad curandũ infirmum: vt per Lud. Ro. in fing. ver. ſalariũ. probatur etiam per tex. in l. qui mittũ tur. §. fi. ff. ex qui. cau. ma. Et adde quòd repetere poteſt expenſas factas per ipſum in curando infirmũ, etiã inuitũ: vt per præfatum Lud. in ſing. verſic. medicus. & caſus ſing. eſt in c. prouidendum. lxxxiij. diſt. pro quo vide etiã do. Mar. Soci. in conſi. xxvj. incip. ex his, quæ. circa fi. vj. col. in j. parte. quòd licet infirmus habeat medicum exoſum, tamen medicus poteſt ſumptus repetere actione negotiorum geſtorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✻Aduertas, quia Bal. loquitur ibi in aduocato: nos loquimur in iudice, & cùm non stet per eum, videtur quòd debeat habere salarium, nõ habita distinctione Bald. ibi. Sardus.

b ¶ Fuerint. Sed qd si infirmitas curata incõtinenti reuertatur: vide Felin. in c. presbyterum. in fi. de homicid.

19

gloſ. de quo videatis in terminis Bald. in l.j. in v.q. a ✻ C. de ſuffra. & Io. And. in reg. contractus. de regu. iur. in vj. in Mercu. Nico. de Neapo. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. & tex. in l. fi. & ibi glo. & Bal. C. de condi. ob cau. ¶ Item quia in ſuperioribus vidimus quo tempore ſoluendum ſit ſalarium iudici: & eſt textus in §. ne autem. in authen. de iudi. † ſi vultis nunc ſcire quo tempore ſoluendum ſit ſalarium aduocato, an in principio cauſæ, an in medio, an in fine. videte Barto. in d.l.j. §. diuus. el ij. & glo. in l. vnica. in ver. conſequantur. & ibi Bald. in iij. q. C. de ſuffr. Spec. in titu. de ſuffra. §. ſeq. ver. ſed quando. Barto. in l.ij. C. loca. & videatis omnino ſing. text. de hoc in l. archiatri. C. de profeſ. & medi. lib. x. vbi eſt text. expreſſus.

60 & ibi eum no. Bar. † quòd medici nõ debent recipere ſalarium ab

b infirmis, niſi cùm ſani fuerint b: & ſi receperint, tenentur reſtituere. l. medicus. ff. de var. & extraordi. cog. Et ſic eodem modo dicit

61 Bar. † quòd aduocati non debent recipere aliquid à clientulis lite pendente. l. quiſquis. C. de poſtu. Et hæc duo no. Nico. de Neap. ibi per illum tex. nos tamen videmus quotidie quòd de facto vtrũque dictum malè obſeruatur. ¶ In ea. glo. ibi: in auth. de manda. prin. §. oportet. dicite vos melius in §. ſit tibi quoq; tertiũ ſtudiũ. ¶ In ea. glo. ibi: quod verius eſt. Hæc mihi placet, quamuis Ioan. Fa. referat Iac. But. tenere contrariũ: & ipſe non clarè firmat, quicquid dixerit Ang. hîc: & glo. ſequuntur Pet. de Bellapert. & Iac. de Are. hîc, moti arg. gloſ. noſtræ, quod ipſi clarius inducunt à partibus ſufficienter enumeratis. & clarè patet hîc, arg. cuilibet cogitanti. ¶ Ad ſi. glo. Hæc opi. glo. repræhenditur cõmuniter per doct. hîc, vt Io. Fab. Io. de Pla. & Ang. de Are. & meritò, quia ille §. j. in authen. de execu. & in auth. libellum. & vnde ſumpta eſt. C. de litis conteſt. loquuntur in valde diuerſo propoſito ab iſto §. noſtro: quia prouiſio illius cautionis dupli, habet locum in eo, qui non procedit ad litem conteſtandã intra duos menſes, qui condemnatur in duplum. Iſte autem tex. loquitur in eo, qui plus petiit, vt reus maiores ſportulas præſtet executoribus, qui incidit in pœnã tripli: & ideo iſtæ pœnæ ſunt valde diuerſæ. Et ita etiã tenet Bart. in l. vnica. in diſtinctione ſua. C. de plus peti. Et ita tantũ iſtę pœnę ſunt diuerſę q̃ vna non tolletur per aliam: imò poſſent ſimul intẽtari, & exigi: nã quando agens plus petiiſſet, vt maiores ſportulę executoribus præſtarentur, teneretur ad triplum ex diſpoſitione §. noſtri. & quando nollet etiam ad litẽ conteſtandã accedere, teneretur etiam ad duplũ: ar. d. §. j. in auth. de executo. & in auth. libellũ. C. de plus pet. & l. ſanctio. cùm ibi latè no. per Bar. ff. de pœ. & in l. qui ſepulchra. & ibi latè per ſcribentes. C. de ſepul. vio. & ita tenent Io. Fab. & Ang. de Are. hîc. ¶ Glo. in ver. cõſequetur. expediui ſ. in glo. j. mag. in iij. parte principali. & ibi tetigi veritatem huius gloſſ. dicite vt ibi.

62 ¶ † Extra glo. reſtaret vt pro complemento huius ver. vt ibi videremus qualiter in practica eſſet libellus formandus in materia iſtius verſi. quando actor in libello maiorem quãtitatem exprimeret vt grauaret reum maioribus expenſis in ſportulis, quæ præſtari debent executoribus: tamen quia iſtud non haberet vnam ſyllabã de artificio, & propterea eſſet ſine vtilitate: quia, vt ſ. dixi in gloſ. j. mag. in iij. parte principali, iſte §. nõ procedit de cõſuetudine, ideo omitto, non denigraturus fruſtrà papyrum. Et hinc eſt quòd forma libelli in iſta actione non traditur per Spec. nec per Odoffr. vt hîc refert Io. de Pla. & credo reſpectibus iſtis ſuprà ſcriptis, ſi tamẽ vultis videre in ſpecie libellum nullius miniſterij, recurratis ad Ange. hîc, & plenius ad Ioan. de Pla. hîc.

LAVS DEO.

1 *Condictio ex lege contra nuntios, ſeu executores, qui nomine ſportularum maius ſalarium exegerunt, in quid detur.*
2 *Condictio ex lege ad triplum an detur nuntijs publicis contra actorem plus debito petentem.*
3 *Milites Poteſtatum ſuo officio abutentes puniuntur.*
4 *Nuntio vltra modum grauanti, vel terminos iuſtitiæ excedenti reſiſtere de facto licitum eſt. 7.*
5 *Salaria nuntiorum hodie ſunt taxata ſecundùm conſuetudines curiarum.*
6 *Durum eſt pœnas extendere.*
8 *Pœna dupli, quæ venit ratione negationis, vnde oriatur.*
9 *Fideiubentes pro malefactore de iudicato ſoluendo, quando teneantur ad augmentum pœnæ. 10. 11.*
12 *Citationes non debent fieri niſi de iudicis mandato. 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Citationis commiſsio an præſumatur, ſi in actis conſtet de citatione, & relatione.*
19 *Nuntio publico an credatur. & nu. ſeq.*
21 *Nuntio non publico, & non iurato an credi debeat.*
22 *Nuntio citandi ore tenus an credatur.*
23 *Citatio facta ad domum, an reddat citatum contumacem.*
24 *Citatio an non valeat niſi fiat per ſcripturam.*
25 *Nuntio publico aliquem citanti quando credendum.*
26 *Nuntius citans licet conſtet quòd non ſit conſuetus, tamen ſi de mandato iudicis conſtet, ſufficit.*
27 *Nuntius per quemlibet iudicem ad vnum ſolum actum creari poteſt.*
28 *Nuntius ſi dicat ſe Titium citaſſe perſonaliter, & Titius dicat contrarium, etiam cum iuramento, cui magis ſit credendum.*
29 *Nuntius ſi in actis banchi ſit ſcriptum per notarium qualiter ipſe citauit perſonaliter Caium, & ipſe neget, cuius dicto ſit magis credendum.*
30 *Nuntius ſi referat vltra ſibi commiſſa à iudice, an ſibi credatur.*
peregrinam determinantem ꝙ sic, quamuis aliud sit in matrimonio carnali, vt s̃. dixi. Glo. est in d.c. præsens clericus. xx. q.iij. quam perpetuò notabitis: quia contingit in facto ꝙ filiæ inuitæ, quia fortè deformes, aut claudæ, propter reuerentiam paternam ingrediũtur monasteriũ, aut virginitatis habitum suscipiunt, ꝙ per hoc vitiatur ingressus, & professio, ita ꝙ sine prꝙuaricatione potest deseri, & deponi. De quo etiam videatis no. tex. in c. cùm virum. in fi. & ibi Ant. de Bu. extra de regula. & Imo. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. vide tex. in c.j. & ibi gloss. & Panor. extra quod met. cau. † In prædictis tamen ad tollendam omnem suspicionem metus reuerentialis solet adhiberi notabilis, & bona cautela, quam nota ad practicam, ꝙ quando mulier consentit marito, aut filius patri, faciatis interuenire præsentiam coniunctorum, & amicorum, & quod tutius est, etiam ipsius iudicis: nam talis præsentia facit cessare omnem præsumptionem metus reuerentialis. Text. est in l. transactionem. C. de transac. per quem textum dicit ibi Bart. Bal. & Salic. & notabilius, Barto. in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. in xij. col. in ver. decimò quæro quid de contractu emptionis. vbi singulariter vult Barto. ꝙ sufficiat sola præsentia iudicis, ablq; aliqua præsentia propinquorum. Et sequitur Imo. in l.j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & Angel. de Aret. hîc, qui hanc cautelam multùm commẽdat, dicens nõ esse diu quòd illam in practica deduxerat. Vide do. Bartholo. Veronen. in cautela ccciiij.

64 ¶ † Ad prædicta etiam, scilicet ad dictum timorem reuerentialem, vide Bald. in l.j. in pe. col. C. de bo. mater. allegantem glo. in d. §. quæ onerandæ. pro singulari ad hoc, videlicet quòd silentium filij, vel filiæ propter patris reuerentiam interueniens reputatur contradictio. Et ad hoc etiam vide Bal. in l. si sine volũtate tua.

65 iuxta princip. C. ad Velleia. vbi ponit quid † si vxor consentit marito alienãti rem ipsius vxoris, & hunc consensum prꝙstat vxor, quia non audet contradicere nimia reuerentia, vel me-

a tu mariti, [a] an per hoc sibi præiudicet vxor? Et tenet quòd non. quod etiam tenet Bartol. in l. quæ dotis. ff. solu. mat. De quo vide-

66 te etiam per glo. ij.q. vij.c. plerunq;. in glo. in ver. tacet. ¶ † Dicit etiam alibi singulariter Innoc. in c. petitio. extra de iureiur. quòd importunæ preces mariti habentur loco minarum. Dixit etiam sing. Bar. in l. pe. circa fi. per illũ tex. ff. de condi. ob tur. cau. se aliàs dixisse in quæstione de facto: probatur quòd maritus percusserat multùm bene vxorem suam, quia nolebat consentire cuidam instrumento: posteà ex interuallo mulier consensit: certè, secundùm Bartol. videtur fecisse metu: quia donec durabit in matrimonio illius viri, semper iste metus instabit. d. l.j. §. quæ onerandæ. & l. interpositas. C. de transac. & per Canonistas, maximè Innoc. in c. accedens. extra de conuer. coniu. & plenius in c. veniens. extra de offi. deleg. De quo dicto Bar. videte do. Ant. in c. causam matrimonij. extra de offi. deleg. Et pro eo bene facit quod singu. dixit Ange.

67 in l. ad inuidiam. C. quod metus cau. † ꝙ si probat metum semel

b fuisse illatum, semper præsumitur perdurare. [b] In hac etiam materia actionis quòd metus causa videatis quod pulchrè & sing. dixit Bar. in l. creditor. in prin. ff. de sol. & sæpe contingit de facto quòd si ciuitas, vel princeps facerent ordinamentum sub pœna graui, quòd debitores bannitorum soluant fisco, vel cameræ; iste dicere-

c tur iustus metus, [c] & iustus timor. Quod etiam tenet Bal. in l. fal-

68 sus. in pe. col. C. de fur. & Inno. in c. fin. extra de offi. deleg. † Item

soluens iussu magistratus præsumitur coactus soluisse. l. homo liber. & ibi per Dyn. ff. de acqui. re. do. l. liber homo. in princi. & ibi Ange. ff. de hære. insti. Refert etiam Bald. in extrauag. de pa. Constan. in ver. pactiones. Ioan. And. in c.j. de præscrip. in vj. in Nouel. dicentem quòd indebita seruitia præsumũtur à dominis per me-

69 tum extorta, † & quod in dubio præsumitur contra Potestates, vt ibi per eum. Videatis etiam no. per Bal. in eo. titu. de pa. Constan.

70 in ver. pro infectis. vbi illum §. no. valde † ad contractus, qui fiunt quotidie cum dominis terrarum, an debeat proponi actio quod metus causa ad rescindendum. Et dicit quòd non. & ibi vult sing. Bal. si bene inspiciatur, quòd contractus initus cum principe metu principis, sit ipso iure nullus: non autem est opus quòd rescindatur actione quod metus causa. Circa quod vide quod no. glo. in c. si ergo. viij. q.j. Dicit etiam Ioan. And. in c. quia propter. extra de ele. quod vultus terribilis Potestatis inducit iustum metum. Quod dictum reassumpsit Bald. in c.j. §. iniuria. de pa. iu. fir. in vsi. feu.

71 ¶ † Vltimò pro nunc nota quòd magis creditur duobus testibus

d deponentibus de metu [d], quàm mille deponentibus de spontanea voluntate. Dictum fuit singulare Inno. in c. super hoc. extra de renun. quod dictum sequitur, & commendat Bal. in suo diuino consilio schismatis, quod ponit post rub. C. si quis ali. test. prohi. in ix. col. illius consil. & ibi assignat rationem illius dicti. Quod dictum refert etiam, & sequitur Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. & ibi longè clariùs refert dicere Inno. in loco vbi s̃. & sequitur,

72 † quòd impossibile est probare spontaneã voluntatem contra probationẽ meticulosę voluntatis. Et hoc etiã refert, & tenet idẽ Bal. in l.j. ad fi. C. de hære. insti. Et de hoc dicto Inn. videatis etiã Ange. in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iuliam. de vi pub. & in l.j. & in l. fi. in prin. ff. quod met. cau. & Alb. de Rosa. in rub. ff. quod me. cau.

73 ¶ † His sic pro aliquali introductione præsentis materiæ præmissis, veniamus modò ad formam libelli in ista actione quod metus causa, quæ tamen satis, supérq; ex suprà dictis patet: & eius libelli formam ponit Specu. in titu. de his, quæ vi, metúsve cau. fiunt. & Rof. in titu. de actio. quod me. cau. & in titu. de vtili actione, quæ datur metum passo, secundùm quod eos refert Ioan. de Pla. hîc: & vltra eos ponit etiam in terminis Bar. quem ipse non allegat, in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod me. cau. & ex eorum mente, necnon & scribentium hîc, vt Io. Fab. & Ange. de Are. & melius, quàm aliquis, Io. de Pla. hîc, potestis ita formare libellum: Ago contra Titium, & dico quòd de anno præsenti incussus fuit mihi talis metus, tali, & tali modo, qui caderet in constantẽ virum, per quem metum compulsus sum ad vendendũ talem librum, qui est tanti valoris, puta viginti pro decẽ, & ad eũ sibi tradendũ: quare offerens id, quod recepi, peto eum condemnari, vt dictũ librum mihi restituat, cum omni dãno, & interesse, & fructibus, & omni causa: petẽs etiam iuramentũ in litẽ mihi deferri eo casu quo mihi expedierit: & si, & inquãtum esset mihi restituere intra legitimũ tempus, peto eum condemnari ad quadruplum mihi præstandũ, in quod incurrit vigore contumaciæ in non restituendo. In hoc libello plura sunt cum ministerio, vt apparet ex his, quę s̃. dixi in pri

74 mis de anno præsenti: † quia ista actio quod metus causa, intra annum datur ad quadruplum, post annum datur ad simplum: vt l. si cum exceptione. §. post annum. ff. quod met. cau. & in l. si per vim. C. quod met. cau. Posteà ego dixi cũ maximo ministerio Incussus est: & sic locutus sum imperſonaliter, non exprimens à quo: quia fatuum esset exprimere, versi. extra glo. vt s̃. dixi ex mẽte doct. hîc: quamuis Ioan. de Pla. & Ang. de Are. inaduertẽter exprimant personam, quæ metum incussit. quod reprehendit etiam Ioan. Fa. hîc, in libello Pet. de Bellapert. Item dixi, Talis metus, qui caderet in constantem virum, &c. quia non omnis metus sufficit, vt s̃. abundanter dixi. Posteà dixi: Offerens id, quod recepi. per tex. in l. iij. C. quod me. cau. & ibi glo. in ver. reddito. & ibidem doct. Posteà dixi cũ magno ministerio, Petens etiam iuramentum in litem mihi deferri. quamuis alij omnes hoc inconsulto omittant. Et hoc posui propter singularem limitationẽ Floria. quam s̃. retuli. Vltimò dixi Et si & inquantum cesset mihi restituere intra legitimum tempus propter tex. nostrũ hîc in ver. item actio. cũ gl. fi. in ver. restituat. &

his

his quæ ibi dixi. Et aduertite: quia ista conditionalis petitio admittitur in libello, per l. conductores. C. loca. & l. non ab re. §. vnde vi. Et in simili Bart. in auth. contra qui propriam. & ibi Bal. in l. fi. C. de non numerata pecu. & idem Bal. in alio simili in l. athletas. §. calumniator. ff. de insa. Et ista forma conclusionis mihi magis placet, quàm illa, quam sentit glo. in l. cum exceptione. §. hæc autem actio. in ver. datam. ff. quod metus causa. & ibi expresè ponit Barto. scili-

75 cet † quòd formentur duo libelli, seu duæ petitiones: vnus, in quo petat rem sibi restitui, & eo casu, quo nõ restituit intra tempus legitimum declaratum ibi per Barto. quòd porrigatur alius libellus, in quo petatur quadruplum. Primam tamen formã sequitur Bar. ibi: & etiam approbat Ange. de Are. hîc: & eam tenet consequenter Io. Fab. hîc, dicens quòd hæc est apertior conclusio. Aduertendum est etiam, secundùm Ioan. Fab. & Io. de Pla. quòd in ista actione quod metus causa diuersę conclusiones sunt formandę secundùm diuersitatem casuum emergentium. Nam si per metum me compulisti tibi obligari, debeo concludere in libello, & petere vt me liberes. Si autem per metum te liberaui, debeo concludere vt me reponas in priorem obligationem. l. metum. la iij. §. pe. ff. quod met. cau. Item eo casu, quo coactus metu adinuicem hæreditatem, debeo concludere, & petere quòd abstinere possim, iuxta l. si mulier. §. penult. & fin. ff. quod met. cau. & idem in similibus casibus.

76 ¶ † Quid autẽ articulari debeat in hac actione quod metus causa, & qualiter formandæ sint positiones, habetis text. & ibi declarat Bar. in l. si cum exceptione. §. in hac actione. & §. aliquãdo. ff. quod met. cau. & tex. in l. non interest. cum gl. & ibi not. Bart. & doct. C. quod met. cau. Et iuxta hos articulos dicit Ange. de Are. hîc vnum

77 esse perpetuò tenendum menti, † quòd si res est magni pretij, & vendatur pro paruo, quòd sufficiat istud articulare: quia hoc simpliciter probato, præsumitur metus, & rescindetur contractus, vt metu extortus. Ita dicit eleganter notare Barto. in l. interpositas. C. de transact. Quod dictum dicit se intelligere verum, quando aliquis alius color metus interuenisset: aliàs dicit se credere quòd hoc dictum non sit verum simpliciter, quòd quando aliquis est deceptus vltra dimidiã iusti pretij, non tamẽ dicimus quòd ex hoc præsumatur metus, sed alio remedio agimus, videlicet remedio l. ij. C.

a de rescin. ven. Sed errauit multùm Ange. [a] ⁂ de Are. non bene inspiciendo Bar. & illum tex. l. interpositas. quia imò Barto. in iij. suo

83 intellectu, quem ponit in d.l. interpositas. ver. ad vnum tamen dicit totum contrarium, videlicet quòd imò non præsumatur metus, ex eo, quòd quis dedit aliquid magnum pro modico, vel magnam quantitatem dimiserit pro modica. Ita dicit ibi Barto. in iij. no. & etiam in fi. illius l. & si Bart. dixisset, prout pesimè eum refert Ange. de Are. hîc, intellectus ille Barto. quem dat ad tex. d.l. interpositas. esset de directo contra illum tex. ¶ Circa secundũ principale, videlicet circa condictionem ex lege, quæ datur in quadruplum contra executores, seu nuntios publicos, qui maius salarium debito exegerunt, dicite quòd materiam istorum nuntiorum, seu publicorum executorum, examinaui plenissimè s̃. in tex. in iiij. no. vbi tetigi quicquid tangi potest in hac materia, & etiã dixi aliquid

78 in j. no. ¶ † Libellus autem in hac materia patet clarissimè ex ibi dictis. Si tamen vultis vno verbo ex mente Io. de Pla. & Ange. de Are. hîc, potestis ita concipere libellum: Ago contra Titium executorem, seu nuntium publicum communis Papiæ vel talis iudicis, & dico quòd cùm esset destinatus ad faciendum citationem mihi, vel executionem talis præcepti, vel sententiæ contra me, vel in bonis meis, & deberet habere pro suo salario, siue labore decem tantùm, exegit, & extorsit viginti à me. Quare cùm inciderit in pœnam quadrupli ex legis dispositione, videlicet huius ver. quadrupli. cum si. peto ipsum mihi condemnari in quadruplum eius pecuniæ, quam mihi extorsit, & ad illud mihi soluẽdum compelli. Hęc forma clarè colligitur in hoc tex. iunctis latè traditis s̃. in tex. in iiij. no. & §. & hæc quoq;. in authen. vt liti. iurent. Huius libelli singula ministeria colligite ex latissimè traditis s̃. in d.iiij. no. Nunquid tamen id, quod in cõclusione petij, videlicet quadruplum totũ mihi applicari, fit hodie verum, an verò debeat applicari fisco, & simplum dari damnum passo, tetigi s̃. in glo. in ver. quadruplum. vbi

b glo. ponit, ibidem videatis. [b] ⁂ ¶ Circa tertiũ, a & vltimum principale, videlicet circa actionem in factum ex edicto de calumniatoribus, pro introductione materiæ aduertite ad aliqua fundamenta. Primò † quòd hæc actio datur ad quadruplum intra annum vtilem, & post annum in simplum tantùm. l.j. in princi. ff. de calum. & datur contra eum, qui pecuniam accepit, vel sensit aliud commodum, etiam non pecuniarium, iuxta l.j. §. finali. & l. ij. & iij. in princip. ff. de calum. vt alicui faceret, vel non faceret negotium calumniosum. d.l.j. in princi. vel vt calumniosam actionem instituet: vt ibi. ¶ † Et aduertite quòd ex sola re-

80 ceptione pecunię, vel alterius commodi, etiam non pecuniarij, facta ad istum finem, tenetur indistinctè recipiens, non attento an posteà fecerit, vel non. l. & generaliter. §. j. ff. de calum. Quod tenet etiam Bart. in l. si quis legatum. ff. de fal. & tex. in d.l. & generaliter. §. j. Alleg. est

81 per Bal. ibi notabiliter multùm † quòd in com

c mittente baratariam [c] non habeat locum pœnitentia etiam re integra. Quod dicit Bald. b fuisse de facto Florentiæ. Quod dictum est bene signandum, quamuis in contrarium videa-

d tur textus in l. qui autem operas. ff. de insa. [d] ⁂

82 † Et ista actio in factum ex edicto de calumnia toribus competit nedum contra recipientem, c sed etiam contra illum, qui dedit vt negotium calumniosum alicui fieret, vel contra aliquem calumniosa accusatio institueretur: tamen ille, qui dedit, simili pœna tenetur, scilicet quadruplu: vt est glo. not. in l.j. in princip. in gloss. ij. ff. de calum. Et contra ipsum calumniantem nedum competit ista actio, sed etiam tenetur aliis quatuor pœnalibus modis, quos enumerat glos. magistra, & approbata in d.l.j. §. j. in

83 ver. ad negotium. † Item ista actio in factum ex edicto de calumniatoribus competit domi-

d no etiam contra procuratorem suum, & contra suum aduocatum, qui pecuniam acceperunt, vt domini negotium per calumniam facerent, id est, vt per collusionem paterentur se ab aduersario vinci: quo casu ipsi tenentur in quadruplum: & etiam tenetur similiter ille, qui dedit. De his omnibus est glos. no. in l.j. §. sed & constitutio. in ver. aduersario. & ibi Bar. ff. de calum. Et de corrumpẽte procuratorem, & an contra ipsum procuratorem agi possit, videatis etiam tex. in l. eleganter. §. pe. & ibi gl. & Bart. ff. de dolo. & plenè per Imo. in l. diuus. ff. de re iudica. Et de aduocato videatis etiã latè Imo. in d.l. diuus. in xvj. col. & quod not. Barto. & alij in l.j. C. de aduo. diuer. iudi. & quod not. Barto. in l.j. C. de pœna iudi. qui malè iudi. ¶ Item ad-

84 uertite † quòd hæc actio in factum de calumnia, & eius materia, nõ habet locum, nisi quando accipitur pecunia, vel aliud commodum per calumniam, puta vt negotium fiat, vel nõ fiat calumniosè, vel vt calumniosa accusatio instituatur. Aliàs autem si darem tibi pecuniam simpliciter, ne me accusares, non dico calumniosè, tunc non habet locum ista materia, secundùm Io. Fab. hîc, vbi plenius videatis. Et si hoc est verum, est maxima limitatio præsentis materiæ. Sed in contrarium videtur mihi tex. in l. si quis ab alio. in prin. ff. de calum. vbi text. non dicit aliquid de calumnia. Ad idem l. & generaliter. §. j. & §. illud. ff. de calum. Ad idem, & fortius. l. pe. in eo. titu. per quæ iura videtur apertè dicendum oppositum, nisi aduersarius, qui pecuniam accepit, probaret eum esse nocentem, & consequẽter actionem, quam proposuerat, vel proponere delibe-

⁂ Aduertas, quia & si verum sit ꝙ illa sola qualitas parui pretij, non sufficiat ad arguendum metũ, vt d.l. interpositas. secundũ Bar. intellectũ. C. quod met. cau. attamen forsan dictũ Ange. de Are. saluari posset, quòd si aliqua alia conie ctura metus interueniret simul cũ paruitate pretij, præsumeret metus: quia quæ singula nõ prosunt, simul cumulata iuuant: vt habetur in l. instrumenta. C. de proba. & in c. ex literis. extra de præsumpt. cũ similibus. Car cassona Sardus.

b ⁂ Et videas quæ ibi dixi in additionibus vbi opi. glo. tanquam veriorem firmaui. Sardus.

¶ Barataria. Quę autem dicatur barataria, & an dicatur quãdo quis est debitor cõmunis, & in libro suo aptat particulam vt non videaẽ debitor, vide Paul. de Cast. in cõsi. cl. vbi quòd nõ: sed quando datur iudici pro iniustitia, vel ne ius faciat.

⁂ Respondeꝛ quòd in illo text. ideo non punitur consilium, quia non est adeò res turpis, vt consilium puniri debeat, vt ibi inquit tex. iudex verò commit tens barataria (vt eorũ vtar vocabulo) grauius videtur delinquere. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✱Adde q̃ ad iura alleg. per Ias. cõtra Ioan. Fab. videlicet ad l. si qs ab alio, in princ. & ad l. & generaliter. §. ji. & §. illud. ff. de calũ. possum respondere quòd necessariò sunt intelligenda, quando per calumniã aliquid datũ est, ex quo situantur in titulo de calũ. arg. l. imperatores. ff. de in di. addict. l. fi. in princ. ff. de condi. inde. & l. pe. hîc alleg. potius facit pro Ioan. Fabro, iuncta cum glos. j. illius l. pe. vel posses, vt s̃. dixi, ad alias leges respõdere: & si vis etiã tueri Ioan. Fab. in seq. dicto, responde ad §. cùm publicanus. duplici, vt per glos. ibi, in ver. pecuniam. Carcassona Sardus. 86

b ✱Et vtrum in dubio in pœna dupli, tripli, vel quadrupli, contineatur rei persecutio, vide pulchrè in §. sic itaq;. col. ij. s̃. eo. Sardus. 87

c ✱Hoc dictum magis congruit. §. Seq. quàm s̃. dictis, quia in hoc §. nullum verbum de actione bonæ fidei, vel stricti iuris. Sardus. 88

rauerat, non esse calumniosam: vt dicitur in dicta l. pe. a ✱ ¶ †Item ad alium aduertite, quia hæc materia habet locum, quando datur aliquid ob negotium calumniosum, quod sit iudiciale, vel quod in iudicio verti possit: nõ autem habet locum pro calumnia commissa, vel committenda extra iudicium: puta, si dedi tibi pecuniam, ne me spoliares, vel ne me verberares. Et ideo in istis casibus recurrendum esset ad actionem quod metus causa, vel ad cõdictionem ob turpem causam, secũdùm Ioan. Fab. hîc: & sentit idem glo. in rub. ff. de calum. quamuis in contrarium, quòd imò ista actio competat etiam pro calumnia commissa, vel committenda extra iudicium, sit tex. in l. si quis ab alio. §. fi. qui incip. cùm publicanus. ff. de calum. quem tex. alleg. etiam Ioan. de Pla. hîc, per quem tex. puto non esse veram limitationem Ioan. Fabr. s̃. relatam. † Cui autem competat hæc actio, patet ex suprà scriptis: quia competit illi, qui pecuniam dedit, ne calumniosam accusationem pateretur, vel aliud negotium calumniosum. ¶ Quid autem sit, si alius tertius dedit, an illi tertio competat actio ista? Dicite vno verbo, Aut dedit vt mihi fieret calũnia: & iste nihil repetit, sed ego, in cuius læsionem data est. Si autem dedit, ne mihi fieret: & tunc si me mãdante, vel ratificante: & ego agã, non ipse. l. si quis ab alio. in prin. ff. de calũ. aliàs autem ipse repetet simplum, & ego agam ad quadruplum, vt ibi. † An autem in hac actione de calumniatoribus, quæ datur ad quadruplũ, illud quadruplum sit totum pœna, an verò in quadruplo contineatur simplum: vide glos. in l. in hæredẽ. §. j. in ver. tollat. ff. de calũ. b ✱His pro introductione materiæ præmissis, clarè liquet † qualis debeat esse forma libelli in actione in factum ex edicto de calumniatoribus: cuius libelli formam ponit in specie. Specu. in tit. de calum. & Roff. in eo. tit. secundùm quod hîc referunt Ioan. de Pla. & Nico. de Neap. in vij. q. extra glo. Et in hoc libello conclusiones sunt diuersificandæ secundùm varietates, & diuersitates factorum: vt habetur in dictis locis, & in superioribus apparet. † Si enim agat ille, qui pecuniam dedit, ne sibi calumniosum negotium fieret, vel ne contra eum calumniosa accusatio institueretur, habet ita constituere libellum, secundùm Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. hîc: Ago contra Titium, & dico q̃ cùm de anno præsenti me calumniosè accusaret, aut accusare vellet de tali calumnia, de qua fui, & sum innocens, dedi sibi dicto tempore tantam pecuniam, ne me calumniosè accusaret. Quare cùm inciderit in pœnam quadrupli eius pecuniæ, quam recepit ex dicta causa, peto ipsum condemnari ad quadruplum. Si autem alius dedisset pecuniam, vt mihi negotium per calumniam faceret, vel vt in me calumniosam accusationẽ institueret, tunc hoc esset narrandum, & posteà concludẽdum, vt s̃. Et idem fiendum est in similibus casibus contingentibus, secundùm eum tamen ea, quæ s̃. dixi, secundùm quæ dicta etiam ista intelligatis. ¶ † Adde etiam ad istum §. quod Bal. in c. j. in vlti. col. de plus peti. dicit se putare q̃ de æquitate canonica omnes contractus Mundi sunt bonæ fidei in effectu: & ita dolus omni casu vitiat ipso iure: vt ibi per eum, quem vide ad limitationẽ c ✱huius textus. 89 60

c

LAVS DEO.

1 *Actiones bonæ fidei quæ sunt.*
2 *Actionum quædam sunt bonæ fidei: & quædam stricti iuris.*
3 *Diuisio aliqua vt sit bona, qualiter fieri debeat.*
4 *Contractus omnes Mundi quantùm ad mentem sunt bonæ fidei. 37.*
5 *Actionũ stricti iuris an aliqua sit, quæ naturã bonæ fidei habeat. 7. 13.*
6 *Vsuræ ex mora an sicut in actionibus bonæ fidei veniunt, ita in actione ex testamento.*
8 *Iuramentum in litem an præstetur in actionibus bonæ fidei.*
9 *Condictio ob turpem causam concurrit cum actionibus bonæ fidei.*
10 *Actiones bonæ fidei non sunt arbitrariæ respectu loci. 19. 20. 25. 37.*
11 *Actio ex testamento an sit arbitraria propter locum.*
12 *Actiones bonæ fidei, & actio ex testamento, an æquiparantur.*
14 *Actio quæ competit ex donatione causa mortis, est stricti iuris.*
15 *Actio pro tutela an sit stricti iuris, & naturam bonæ fidei habeat.*
16 *Actiones bonæ fidei quot sint.*
17 *Actiones bonæ fidei, quæ hîc enumerantur, quare sint magis bonæ fidei, quàm aliæ.*
18 *Ratio omnium, quæ sunt in iure, reddi non potest.*
19 *Actio oneris aduersi an sit bonæ fidei, an stricti iuris. 20. 21.*
22 *Actio præscriptis verbis an sit bonæ fidei. 23.*
24 *Actio petitionis hæreditatis an sit bonæ fidei.*
25 *Actio subrogata accipit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
26 *Actio rei vxoriæ transfusa in actionem ex stipulatu, dat ei propriam naturam bonæ fidei, licet aliàs sit stricti iuris.*
27 *Actiones bo. pos. he. pe. & fideicom. hæred. pe. an dicatur bonæ fidei, an stricti iuris.*
28 *Contractus bonæ fidei, siue dolus det ei causam, siue in eo incidat, an valeat. 31.*
29 *Dolus, & metus æquiparantur.*
30 *Contractus bonæ fidei, & contractus stricti iuris, quo casu differant.*
32 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei, an annullet contractum ipso iure. & nu. seq.*
36 *Dolus dans causam cuilibet contractui, an reddat contractum nullum.*
37 *Matrimonium an, si ei dolus det causam, sit nullum.*
38 *Matrimonium, si aliquis induxit quendam vt accipiat eius filiam in vxorem, promittens quòd eam instituet hæredem an si in testamento secus fecit, valeat. 29.*
40 *Dolus vt operetur rescissionem contractus, qualis esse debeat.*
41 *Dolus an per illum committentem allegari possit.*
42 *Dolo deceptus an declarare cogatur an stare velit contractui, vel non.*
43 *Contractus bonæ fidei dolo intus, an & sit ipso iure nullus.*
44 *Dolus proxenetæ an vitiet contractum.*
45 *Fructus in actionibus bonæ fidei an veniant iure actionis. 63.*
46 *Obligatio ad interesse quare in obligationibus dandi non succedat.*
47 *Obligatio ad interesse an in obligationibus facti non succedat. 48. 49.*
50 *Obligatio ad interesse an succedat in obligationibus dandi. 51.*
52 *Accessiones an veniant officio iudicis, an iure actionis.*
53 *Expensas posse peti iure actionis, cuius effectus sit.*
54 *Contractus stricti iuris nomine quid veniat. & nu. seq.*
59 *Equo vendito, quæ veniant ornamenta.*
60 *Dictio Vnde, cum copula quid denotet.*
61 *Equa vendita, an pullus eam sequens venditus intelligatur.*
62 *Equus si venditur vel donatur alicui, an scutifero licitum sit aliquid accipere pro capistro equi.*
63 *Actiones bonæ fidei, & stricti iuris qualiter differant. & nu. seq.*
68 *Fauor est extendendus. 72.*
69 *Actiones tutelæ, depositi, mandati, & similes bonæ fidei sunt. 70. 71.*
73 *Actio finium regundorum fami. erc. & communi di. an sint stricti iuris.*
74 *Iudex cognoscens super quæstione finium potest adiudicare aduersario meo id, quod est pure meum.*
75 *Ius an metiendum ex actoris petitione.*
76 *Actio finium reg. vnde nascatur. & seq.*
78 *Actiones fami. erc. & communi di. quare dicantur bonæ fidei.*
79 *Periculum rei datæ ad vendendum cuius sit, an dantis, an recipientis.*
80 *Aestimatio rei traditæ quando emptionem faciat, vel transitum dominij. 81. 82. 85.*
83 *Aestimatio, si res in dotem æstimata tradatur cum hoc quòd dominium non transferatur in maritum, licet emptionem rei propter tale pactum non faciat. tamen emptionẽ & transitũ ipsius possessionis bene facit.*
84 *Dotalis fundus, vel quæcunque res dotales æstimatæ datæ in dotem, emptionem, & transitum dominij faciunt.*
86 *Equus æstimatus si locatur scholari, an hæc æstimatio faciat transire periculum equi in scholarem.*

Bidello

87 *Bidello librum vendendum dedi pro decem, nec fuit actum quòd si plus venderet, illud plus esset suum, quid si pluris vendiderit. 88.*
89 *Libellus in actione præscriptis verbis qualiter concipiatur.*
90 *Conclusio alternatiua quando admittatur.*
91 *Actio præscriptis verbis, quæ oritur ex pacto incontinẽti apposito iuxta contractum, an sit stricti iuris. 93. & seq.*
92 *Permutatio quando fit. 98.*
95 *Actio si sit appositum pactum incontinenti iuxta contractum bonæ fidei, quo casu ex illo contractu informetur. 96.*
97 *Actio bonæ fidei informata, quamuis sui natura sit bonæ fidei, tamẽ propter informationem erit stricti iuris.*
99 *Actio præscriptis verbis ex quibus contractibus detur. 100.*
101 *Libellus in actione præscriptis verbis, quæ ex permutatione competit, qualiter formetur. 105. 106. 117.*
102 *Actiones quæ ex permutationibus competant.*
103 *Reus an præcise ad rem præstandam compelli possit.*
104 *Libellus alternatiuus, siue conditionalis, an admitti debeat.*
107 *Conuentum si sit de permutanda nuda possessione cum alia nuda possessione, an propriè sit permutatio.*
108 *Libellus in actione præscriptis verbis qualiter concipiatur.*
109 *Contractus innominatus permutationis à contractu innominato do vt des, qualiter differat.*
110 *Contractus permutationis, & contractus emptionis & venditionis, in quibus conueniant.*
111 *Actum si sit quòd ex vna parte præstetur res tantùm, ex alia verò res & pecunia, an erit emptio, an verò permutatio.*
112 *Pœnitentia in permutatione an locum habeat.*
113 *Statutum loquens in emptione, an habeat locum in permutatione.*
114 *Permutatio, an alienatione certi fundi per pontificem alicui ecclesiæ concessa pro creditoribus satisfaciendo, concessa videatur.*
115 *Actio in factum an sit eadem quæ actio præscriptis verbis 118.*
116 *Actio in factum quare dicatur.*
117 *Actionum in factum genera quot sunt, 119.*
120 *Actio in factum, quæ datur loco actionis præscriptis verbis pro æstimatione, vel permutatione, an sit bonæ fidei vel stricti iuris. 121.*
122 *Emptor ad quid teneatur.*
123 *Emptor quando cum effectu agere possit.*
124 *Emptor si agat ad rem venditam pretio non soluto nec aliter oblato an obtinere possit si de pretio non opponatur. 126. 127. 129.*
125 *Venditor, si statutum dicat quòd exceptio pretij nõ soluti opponi non possit, an possit retinere rem venditã loco pignoris, donec pretiũ soluatur.*
128 *Exceptio omnis, quæ vnà cũ actione nascitur, per iudicẽ suppleri potest.*
130 *Debitor in diem si conueniatur ante diem & exceptionem nõ opponat, an iudex possit eum condemnare ad soluendum statim an tempore congruo.*
131 *Exceptio pretij non soluti, vel non adimpleti contractus, est vna de exceptionibus, quæ ad processum opponi possunt.*
132 *Exceptiones impedientes litis ingressum si non fuerint oppositæ ante lit. contest. vel in earum probationibus opponens succubuerit, an iterum in vim peremptoriæ opponi possint.*
133 *Exceptio pretij non soluti an post sententiam à venditore ad eius executionem impediendam opponi possit.*
134 *Venditor ad quid teneatur.*
135 *Contractus emptionis & vẽditionis an sit, si quis esset dominus rei, quã vendit, & conueniret dare eam pro decem, & sic dominium transferre. an verò sit contractus innominatus, do vt des.*
136 *Verba, vendidit, dedit, & tradidit, in instrumentis emptionum & venditionum an propriè ponantur.*
137 *Venditor an præcisè ad rem traditam cogi possit, an verò liberetur præstando interesse.*
138 *Venditor si constituat se nomine emptoris possidere, licet realiter nõ tradiderit rẽ, actione ex empto vt rem tradat amplius cõueniri nõ potest.*
139 *Possessio per constitutum ita vera & propria tradi dicitur, & acquiritur, quòd ipsa in statuto loquente de possessionibus cadit.*
140 *Venditor tenetur ad rem tradendam, ad fructus extantes, & ad cedendam actionem pro pensionibus fundi venditi, si fortè illum alteri locasset.*
141 *Venditor possessionem rei venditæ vacuam tradere tenetur.*
142 *Possessio vacua, & vacans, an differant.*
Possessio vacua & vacans qualiter probetur.
143 *Possessio plena, & semiplena, quæ dicatur, & quæ vacua.*
Venditor licet possessionem vacuam tradere teneatur, liberam tamen tradere non tenetur, nisi hoc dictum sit.
144 *Clausula quòd vẽditor promisit emptori tradere possessionem liberam, vacuam, & expeditam, cuius vtilitatis, & effectus sit.*
145 *Actione ex empto ad quid agi possit. cum septem sequen. & ad quid actione ex vendito. 153.*
154 *Libellus in actione ex empto, & in actione ex vendito, qualiter sit formandus. 155. cum tribus seq.*
159 *Actio ex locato ad quid competat.*
160 *Actio ex conducto ad quid competat.*
161 *Emphyteuta, qui cecidit à iure suo per canonem non solutum, an nihilo minus melioramenta per eum facta in re emphyteutica repetat.*
162 *Locatio, & conductio, quando dicantur propriè, & quando non.*
163 *Locator si in libello dicat, locaui fundum tali pro decem saccis frumenti: qualiter intelligendum sit, vt eius libellus sustineri possit.*
164 *Locator an necessariò in libello apponere debeat, qualiter accommodauit patientiam, ita quòd conductor re locata vti potuit.*
165 *Locatio domini si nulla præcesserit, sed aliquis simpliciter domum inhabitasset, contra eum qua actione agendum sit ad id, quanti conduci rus fuisset. 167.*
166 *Vxor inhabitans post mortem mariti in domo, quæ ipsi marito suo locata fuerat, an ad pensionem teneatur.*
168 *Actione præscriptis verbis an agatur, vbi aliqua res locata simpliciter esset, non expressa certa quantitate, quo casu merces ex consuetudine præstatur. 169.*
170 *Locatio & conductio an dicantur in istis, qui exhibent operas suas, quæ in artificio consistunt.*
171 *Libellus in actione ex locato & ex conducto qualiter formetur.*
172 *Negotium nostrum quibus modis dicatur.*
173 *Negotiorum quot sunt genera.*
174 *Actio negotiorum gestorum directa & contraria quibus competat. 175.*
176 *Libellus in actione negotiorum gestorum qualiter formandus sit. 178. & de forma articulandi, & qualiter fiendæ sint positiones. 179. & de forma probandi. 177.*
180 *Libellus qualiter formandus sit in actione tutelæ, & seq.*
184 *Libellus in actione pignoratitia qualiter formandus sit.*
185 *Actio pignoratitia, & actio hypothecaria qualiter differant.*
187 *Actio petitionis hæreditatis directa cui competat. 187. 188. 193. & seq.*
189 *Interrogationes in petitione hæreditatis qualiter fiendæ sint. 203. & qualiter quando agitur contra debitorẽ tanquã contra iuris professorẽ. 206.*
191 *In libello petitionis hæreditatis an quis exprimere teneatur an sit hæres ex testamento, vel ab intestato. 192.*
195 *Actio petitionis hæreditatis nõ datur cõtra titulo possidẽtẽ. cũ tribus seq.*
199 *Actio petitionis hæreditatis an cõpetat cõtra possidentẽ titulo putatiuo.*
200 *Petitio hæreditatis an per titulum diuisionis excludatur.*
201 *Petitione hæreditatis conuentus an titulum suæ possessionis allegare cogatur, vt ista actione conueniri possit.*
202 *Rex si aliquem suorum baronum citari faceret vt ostendat iura quæ habet in castris, quæ possidet alioqui ea sibi auferret, an citatio sit ipso iure nulla.*
204 *Actio petitionis hæreditatis an competat filio in legitima instituto.*
205 *Actione petitionis hæreditatis an debitor hæreditarius conueniri possit.*
207 *Possessor hæreditatis si rem alienauerit hæreditariam, & pro ea habeat pretium, vel aliam rem, an præcisè teneatur ad rem hæreditariam.*
208 *Actione petitionis hæreditatis conuentus an isto iudicio pendente sine licentia iudicis aliquid alienare possit.*
209 *Actio petitionis hæreditatis pro quibus rebus competat, & quæ in ea veniant. & nu. seq.*
213 *Fructus augent rem vniuersalem, non autem particularem.*
214 *Libellus in petitione hæreditatis qualiter formandus sit.*
215 *Actio petitionis hæreditatis postquam hæres semel possessionem rerum hæreditariarum adeptus sit, amplius in futurum intentari non potest.*
216 *Remedia adipiscendæ possessionis nunquam competunt hæredi, vel fideicommissario semel adeptis possessionem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

217 *Libellus an sustineri possit, si quis post aditam hæreditatem non petitionē hæreditatis, sed alia competenti actione peteret in eo talem rem vt hæreditariam.*

218 *Hæreditas adita an appellatur hæreditas.*

219 *Statutum si disponat quod mulier nupta extra territorium non succedat in hereditate patris, quid si mulier post mortem patris primò adeat hæreditatē, vel se immisceat hæreditati patris, postea maritetur extra territorium.*

220 *Statutum si disponat quòd filia dotata, in bonis patris succedere non possit: quid si mortuo patre relicto filio & filia dotata, filius adita hæreditate patris decedat: an talis filia dotata huic filiæ, eidemque fratri succedere possit.*

221 *Actio petitionis hæreditatis, & actio rei vendicationis an simul in eodem libello cumulari possint.*

222 *Libellus, conqueror de Petro qui possidet hæreditatem quondam Martini, pertinentem ad me tanquam hæredem & dominum: quare peto ipsum substantialiter condemnari ad restitutionem dictæ hæreditatis: an procedat.*

a ¶ Bonæ fidei. Adde Bartho. Cepo. in singula. ver. xxxj.

§. Actionum.

¶ In hoc §. ponitur quinta diuisio principalis actionum, secundùm glossellam primā hîc interlinearem, quam tenent omnes scribentes, vt Dy. Ioan. Fab. Nic. de Neapo. Ioan. de Pla. & Ang. de Aret. hîc. Idem etiam tenet glo. in §. sunt prætereà. in glo. j. ff. eo. vos autē potestis dicere ꝙ hîc sit sexta diuisio actionū, tenendo ꝙ in §. præiudiciales. ponatur vna diuisio, quæ sit quinta: vt ibi dixi in gl. j. mag. in prin. & dixi etiā in §. sequēs. in gl. j. paruula. & in §. omnes. in prin. in gl. j. paruula. s. eo. Possetis etiam dicere ꝙ hîc sit tantùm quarta diuisio, tenendo ꝙ in §. præiudiciales. nulla ponatur diuisio, prout tenuit glo. mag. j. in §. sunt prætereà. s. eo. titu. & Azo in sum. huius tit. & dixi in d. §. præiudiciales. in glo. j. mag. in princip. Item tenendo ꝙ in §. omnes nulla ponatur diuisio, vt ibi dixi in textualibus in j. no. & etiam in gloss. j. paruula. Non est tamen curandum de hoc, cùm sit quæstio de lana caprina. ¶ Iste §. vsque ad §. fuerat. diuiditur in tres partes. In prima ponitur vna generalis diuisio actionum bimembris, quæ est, quòd actionum aliquæ sunt bonæ fidei, aliquę stricti iuris. In secunda primum membrum diuisionis declaratur expresè enumeratis in specie actionibus, quę sunt bonæ fidei, aliud etiā secundū mēbrum tacitè declaratur ex regula, quę hîc tacitè sumitur, ꝙ omnes actiones, exceptis hîc enumeratis, sunt stricti iuris. In tertia remouet dubiū, quod olim erat circa petitionem hæreditatis, an esset bonæ fidei, an stricti iuris. Secunda ibi: bonæ fidei sunt. Tertia ibi: quāuis enim vsq; adhuc. ¶ † Actiones bonæ fidei sunt istæ, quę hîc enumerantur in tex. hoc dicit. Vel melius, si vultis, potestis loco summarij ponere illos versus magistrales cōpræhendentes nominatim actiones, quæ bonæ fidei sunt:

Empti, conducti, mandati, depositique,
Pignera, ciscundæ, communi, pro socioque,
Dotis, & hæredis, tutelæ, commoda, gestor,
Præscriptis verbis, permutat, siue licetur,
Ista bonæ fidei sunt, stricti cætera iuris.

2 ¶ † Not. j. ad text. ꝙ actionū, quædā bonæ fidei sunt, quædā stricti iuris. Et not. diligēter ꝙ omnes cōtractus, qui fiunt cū principe, habent naturā contractuū bonæ fidei, a Ita fing. no. Bald. in tit. de pa. Constan. in xxiiij. col. §. si quis verò, per illū tex. in ver. bonæ fidei. Sed tūc cōtra hanc diuisionē opponitur secūdùm Ioan. Fab. hîc, & ostenditur † ꝙ imò ista diuisio nō sit bona: quia ad hoc vt aliqua diuisio sit bona, debet fieri per species oppositas, & cōtrarias, vt patet s. de iu. perso. in prin. & in l. j. in prin. ff. de his, qui sunt sui. cū simi. vt animal aliud albū, aliud nigrū. ista est bona. Nam si diceretur, aliud albū, aliud ficcū: vel diceretur, animal aliud nigrū, aliud humidū: cui vestrum nō apparet hāc diuisionē esse ineptā? Ita in proposito nostro Imperator hîc dicit ꝙ actionū quędam sunt bonę fidei, quędam stricti iuris. Quódnā est hoc dictum. Imperator facit diuisionem â separatis omnino: ergo ineptè: ergo diuisio nō bona, cùm non fiat per opposita. Debuisset ergo Imperator dicere, vt bonā diuisionē faceret, ꝙ actionū, quædam sunt bonæ fidei, quędā malæ fidei sunt. Vel melius: quia nō est dare aliquas actiones malæ fidei, vel in quibus posset esse mala fides, vt in quit j. glo. mag. debuisset ergo Imperator ita dicere, si volebat bene diuidere, quòd actionum quædam sunt largi iuris, quædam sunt stricti iuris. Respondet Io. Fa. quamuis per alia verba inuoluta, & intricata: & credo quòd dicat quicquid ad istud arg. dici aut cogitari posit. Cuius solu. tenet etiā Ioā. de Pla. hîc, quòd Imperator, qui has diuisiones actionum adinuenit propter instructionem iuuenum, quibus hunc librum dictauit. §. sed ne in primis. cum simi. s. de leg. non posunt hanc diuisionem vt reciperetur penes vocabula, sed penes effectum: ita quòd Imperator bene diuidit, saltem tacitè, & effectualiter bene dixit. Nam voluit dicere Imperator quòd actionum quędam sunt bonę fidei: hoc est, quædā sunt, quæ magis exuberant in bona fide, quàm aliæ: & sic sunt yberioris, & largioris iuris respectu bonæ fidei: & sunt illę, quæ enumerantur hîc in tex. & propterea appellatę sunt quasi per excellentiam simpliciter bonæ fidei, arg. §. sed ius quidē ciuile. s. de iu. na. gen. & ciui. Quædā sunt stricti iuris: hoc est, non ita exuberantes in bona fide: & propterea sunt appellatæ stricti iuris, quia minùs exuberant in bona fide. Et sunt aliæ omnes præter enumeratas in textu isto. Non autem intelligatis aliquas esse, quæ nō sint bonæ fidei, cùm nulla sit, quæ sit malę fidei, vt statim dixi: & posuit j. glos. mag. quæ etiam declarat quomodo, & in quibus versetur bona fides in istis actionibus, quæ in hoc text. ponuntur potiùs, quàm in aliis. Si ergo consideramus non verba simpliciter, sed effectum huius diuisionis in hoc tex. nostro positę, rectè ista diuisio est effectualiter facta per oppositа, hoc modo: Quædam sunt actiones magis exuberātes, & magis largi iuris in bona fide: & sunt illę, quæ hoc respectu appellatæ sunt bonæ fidei, quæ hîc enumerantur in hoc tex. nostro. Quædam sunt bonæ fidei minùs exuberantes: & hoc respectu sunt stricti iuris. Sed, iudicio meo, ita dicere, & respōdere, est multum palliare textum & ostendere, quòd cùm Imperator hunc librum pro iuuenibus fecisset, melius posuisset diuisionē eo modo, quo statim dixi, secundùm quam fuisset facta per species oppositas: tamen nihil melius occurrit pro solutione, quod possim vobis afferre in medium. Considerabitis. ¶ † Notate tamen vnum verbum magistrale, quod dicit Bald. in c. vnico. ad fi. de plus peti. quòd omnes contractus Mundi, quantùm ad mentem, & substantiam intentionis, sunt bonæ fidei, non quantū ad titulum actionis. ¶ Secundò principaliter iuxta illud prin. no. quòd iuxta hanc diuisionem in tex. positam, quæ habet quòd actionum quædam sunt bonæ fidei, quædam sunt stricti iuris: posset probabiliter dubitari † nunquid sit aliqua actio stricti iuris, quæ tamen habeat naturam bonæ fidei: Communiter dicitur quòd sic in actione ex testamento, quæ quamuis sit stricti iuris, eò quòd non sit de enumeratis in hoc §. habet tamen naturam bonæ fidei, & æquiparatur actionibus bonæ fidei. Tex. est no. in l. in minorum. & ibi gl. no. C. in qui. cau. in inte. resti. non est necesse. Et ibi † in terminis hoc tenet Bar. & ita etiam tenet Ioan. de Pla. hîc. Et ad istud bene facit, quia sicut in actionibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex mora. l. mora. §. in bonæ fidei. & l. videamus. §. in cæteris. ff. de vsur. & ponit hîc glos. j. mag. in prin. ita etiam in actione ex testamento. l. qui solidum. §. etiam. l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. ij. l. in fideicommiss. in prin. ff. de vsu. & ibi latè Flo. in l. j. in gl. j. magna. C. de vsu. & fru. leg. ergo &c. Prętereà in actionibus bonæ fidei soluens rem deteriorem nō liberatur à prima actione, sed agitur prima actione: secus est in actionibus stricti iuris. Allegant ad hoc omnes text. in l. iij. §. si reddita. ff. commo. & l. j. §. si rem depositam. ff. depos. Addo glo. in l. eleganter. §. non solum. in glo. fi. mag. ff. de dolo. & vide Bart. omnino assignantem rationem magistralem diuersitatis. Cùm ergo in proposito nostro idem sit in actione ex testamento: quia soluens rem deteriorem non liberatur à prima actione. l. huiusmodi. §. ædes. & ibi Bar. & alij. ff. de leg. j. & l. Meuius. §. fundo. & ibidem Bar. ff. de leg. ij. & ponit latè Bar. in l. Iulianus. §. j. & ibi alij. ff. de verb. obli. ergo dicemus actionem ex testamento censeri bonæ fidei. † His tamen non obstantibus Dyn. determinat contrarium quòd imò actio ex testamento sit stricti iuris, quamuis aliqua similia habeat cū actione bonæ fidei, & sapiat naturā actionū bonæ fidei. Et ita etiā tenet Ioan.

6 Ioan. Fab. & Nic. in j. ꝙ. extra glo. Moti, † quia in actionibus bonæ fidei iuratur in litem de affectione. l. in actionibus. ff. de in li. iur. & tamen in actione ex testamento non iuratur in litē. Tex. est in l. alias. ff. de in lit. iur. per quem text. Bart. ibi no. quòd quamuis actio ex testamento habeat instar actionū bonæ fidei. d. l. in minorum. ta men non est hoc verum quantùm ad iuramentum in litem, vt ibi. Item secundùm Io. Fab. Nic. & Ang. de Are. hîc ista pars multùm apertè probatur in d. l. in minorum. §. approbata. vbi enumerat tex. actiones bonæ fidei ex vna parte, & legata & fideicommissa ex alia tanquam diuersa, vt apparet ex copula Et, ibi posita, quæ cadit inter diuersa: prout est glo. & ibi expressiùs. Barto. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & expressior glo. in c. querelam. in ver. non potuit. ex-
9 tra de simo. † Pro hac etiam parte bene facit multùm, quia condictio ob turpem causam concurrit cum actionibus bonæ fidei, & tamen non concurrit cum actione ex testamento. Textus est no. de vtroq; in l. fin. §. j. ff. de condi. ob tur. cau. Pro hac etiam parte
10 multùm bene facit, † quia actiones bonæ fidei non sunt arbitrariæ propter locum, seu respectum loci: secus est in actione stricti iuris. Textus est in l. in bonę fidei. ff. de eo, quod certo loco. & ibi Barto.
11 assignat rationem diuersitatis: † & tamen actio ex testamento est arbitraria propter locum. Textus est no. in l. si hæres. & ibi in terminis nostris Bart. ff. de eo, quod certo loco. ergo actio ex testamēto non est bonæ fidei. Sal. in d. l. in minorum. dixit, sub dubio tamē
12 fortè, quòd fortè posset dici † quòd in casibus à iure expressis faciēda sit æquiparatio, seu extēsio de actionibus bonę fidei ad actiones ex testamento. d. l. in minorum. aliās secus: quia vnumquodque iudicabitur secundùm naturam suam: arg. l. ius singulare. ff. de legi. Bart. no. in d. l. si hæres. tenet quòd actio ex testamento habeat instar bonę fidei quò ad successiones: & consequenter quò ad fructus, & vsuras: vt iuribus s. alleg. Item & quò ad hoc, vt re non perfectè soluta, vel re prestita deteriorata, duret actio prima: vt iuribus s. alleg. quò autem ad alia remaneat stricti iuris. Et hanc opi. quę fuit Bar. adscribit sibi Ang. hîc, Pau. de Cast. in d. l. si hæres. cū qua etiā tenet Ang. hîc. Ego verò cōsidero omnes opi. s. allegatas, quę quātis videantur varię, & diuersę, & pro diuersis referātur, tamē effe-
13 ctualiter omnes idem volunt, † quòd actio ex testamento sit stricti iuris. Potissimùm quia non est de enumeratis in hoc §. habet tamen in aliquibus casibus s. dictis instar actionum bonæ fidei, cùm in illis casibus sapiat naturam actionis bonę fidei. & ista est veritas. Et quod actio ex testamento singulariter sit stricti iuris, vltra supe rius allegata tenet Imo. in l. si quis bonorum. in prin. ff. de leg. j. sed quòd habeat in aliquibus instar actionum bonę fidei, tenet etiam
a Bart. in l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. a ⁂ ff. de leg. j. & in l. eum,
14 qui. ff. de dona. ¶ † Adde idem esse in actione, quę competit ex donatione causa mortis: quia licet sit stricti iuris, habet tamen naturā bonę fidei. Glos. est sing. in l. Seia. §. bonę fidei. vbi etiam bonus tex.
15 ff. de dona. cau. mor. quam no. Lud. Ro. in sing. suis. ¶ † Quid autē sit in actione pro tutela, an ipsa sit stricti iuris, & habeat naturam bonę fidei: dicam j. in glo. in ver. tutelæ. vbi melius cadet. ¶ Secundò notate in specie ex hoc tex. quòd actiones in hoc tex. enumeratę sunt bonæ fidei. Et secundùm quod dicit hîc glo. j. mag. in princ. sunt septemdecim, si cōputentur illę, quę ponuntur hîc, & in §. se-
16 quenti. † Et si computabitis contrarias, quę & sunt bonę fidei, vt tenet glo. in ver. tutelę. erunt vigintitres, imò etiam vigintiquinq;, si computabimus actionem in factum in duobus casibus, secundū quod tenet glo. j. hîc in ver. ex permutatione. vbi melius dicetur.
17 Et iuxta illud notabile quęro, & multū probabiliter, † quare actiones hîc enumeratę sint magis bonę fidei, quàm alię. Glos. j. magna circa principium mouet hoc dubium, & non respondet ad illud. Directè respondet Io. Fa. hîc, in finalibus verbis huius §. ideo est, quia contractus, ex quibus descendunt actiones in hoc nostro §. enumeratę magis frequentantur, ideo magis exuberans bona fides in eis requiritur, propter magis communem vsum, & maiorē indigentiam & frequentiam horum contractuum, quàm aliorum: vt in simili dicitur per glo. in l. ij. in prin. ff. de vsucap. pro empt. facit l. iusto. ff. de vsucap. & fuit ante eum, quamuis ipse non dicat, responsio subtilis Pet. de Bel. Perti. hîc. Ista ratio, iudicio meo, quā-
uis habeat aliquid modicum persuasiui colo- a Aliās incipit, Proculus ait, si quis seruos.
ris, tamen non est vrgens, imò, quod plus est, nihil valet: quia sequeretur quòd stipulatio, siue actio ex stipulatu, debuisset poni, & numerari inter has actiones bonę fidei, cùm ille contractus stipulationis sit frequentissimus. Prętereà, & fortius, sequeretur quòd actio ex mutuo debuisset inter has bonę fidei poni, cū contractus mutui sit magis assiduus, & frequentatus, quàm alius aliquis cōtractus, vt expressè inquit Bar. post Iac. de Are. in rubr. ff. si cer. pet. Nescio quid aliud possimus dicere, nisi quòd istud sit positiui iuris, in quo sufficit pro ratione voluntas: vt inquit glo. in l. j. §. pueritiam. in ver. ratus. ff. depo. Nec video quę alia vrgentior ratio reddi possit, quàm quòd sic placuerit legū latori: vt etiā alibi dicit Bar. in l. humanitatis. in pluribus quęsitis. C. de impub. & in l. ex facto. in princ. ff. de
18 vulg. & pup. Nisi diceretis, † quod est adhuc mirabilius, nō omniū, quę in iure sunt, ratio reddi potest. l. non omnium. ff. de legi. prout inquit alibi Bar. in d. l. ex facto. in ij. & vij. q. ¶ Tertiò magis in specie not. ex tex. quòd actiones ex locato & conducto sunt bonę fidei.
19 ¶ † Quid autē diceretis de actiōe oneris aduersi, an sint bonę fidei, an stricti iuris? Et sciendū est quòd actio oneris aduersi cōpetit locatori, quādo conductor accepit rem suo periculo, & postea res periit. l. in naue Saupheli. & l. opus, quod aduersione. ff. loc. & l. si quis
20 vina. §. si in aduersione. ff. de peri. & commo. rei ven. ¶ † Est tamē dubium an hoc sit nomē propriū actionis, an verò adiectio, vt sic sit actio locati, quę appellatur aliquādo cū hac adiectione Oneris aduersi: magis tamen cōmuniter tenetur ꝙ sit nomen propriū actionis: prout tenet gl. in d. l. in naue Saupheli. in ver. oneris aduersi- & ibi sequitur Bar. & idem tenuit Io. Cremo. in arbore actionum. & propterea circulum specialem huic actioni fecit. Ad propositū Io. in dicta arbore tenuit quòd sit stricti iuris: quod etiam videtur tenere Io. Fab. hîc, in x. col. Sed de hoc ego non curo vlterius, cùm
21 magis communiter teneatur per doct. † ꝙ ista actio oneris aduersi hodie locum non habeat: vt tenet glo. in d. l. in naue Saupheli. in gl. in ver. superuacuū. & sequitur ibi Bar. & Gofr. in libellis suis. Cùm ergo effectus huius actionis hodie sit sublatus, & semper cōperat actio ex locato, frustratorium esset vlteriùs instare an sit bonæ fi-
22 dei, an stricti iuris, quicquid dicatur per Ioan. Fab. hîc. ¶ † Quartò nota ex hoc textu quòd actio præscriptis verbis est bonæ fidei in duobus casibus, quando pro æstimato cōpetit, & quādo ex permutatione. Et hos terminos habetis declaratos j. in gl. in ver. æstimato. & in ver. ex permutatione. Innuitur ergo clarissimē ex hoc textu quòd in aliis casibus, quibus competit ista actio præscriptis verbis,
134 deamus nunc ad quid teneatur venditor: & clarum est ꝙ tenetur ad tradendum.d.l.ex empto.in princ.ff. de act.emp. non autem ad dandum id est, dominiū transferendū. Patet per l. rem alienam. ff. de contrah.emp.dominium tamen venit tacitè,& in cōtinentiam, si venditor tradens erat dominus:aliās venit vsucapiendi conditio. l.ex empto.in princ.ff.de act.emp.iuncta l.clauibus.Et ratio diuersitatis,quare emptor tenetur ad dandum, & sic dominium transferendum,venditor autem tenetur ad tradendum, est: quia emptor tenetur ad pretium in genere,venditor autem ad speciem.Ita dixit notabiliter glo.in l.ex empto.in verbo, facere cogitur.quam ibi sequitur,& commendat Bar.ff. de actio.empt.& per eam notabiliter infert Bar.ꝙ si venditor tenetur in genere,puta quia vendidisset decem corbes frumenti in genere, vel decem libras auri in massa,pro tanta pecunia,ꝙ hoc casu vēditor tenetur ad dandum, & sic ad dominiū transferendum magis ex qualitate obligationis, quia in genere,quàm ex natura contractus. Allegant etiam ad hoc plures alias glo.quas ibi vide per eum.Et idem dicit Bartol. in l. qui concubinam.§.si hæres.post glo.ibi.ff.de lega.iij.de quo etiam vide Bar.in l.ij.circa finem principij.ff.si cer. pe. Et hîc omnino addatis quæ pulcherrimè dixi in §.sic itaque.in j.glo.in ij.col.ſ.eo. & inter cætera ad confirmationem proximi dicti dixi vobis singulariter ꝙ si aliquis promittit aliquid in genere,etiam per hoc verbum Trado,quòd nihilo minus tenetur transferre dominium.Hoc dixi singulariter probari in l.si à substituto.§.fi.cum l.seq.iuncta glo.ibi in verbo,Dari.ff.de leg.j.quam ad hoc ibi multùm ponderant docto-
135 res,maximè Imol.Dicite prout latiùs dixi in d.§.sic itaq:.¶ † Addite etiam ꝙ si quis esset dominus rei,quam vendit, & conueniret dare eam pro decem, & sic dominium transferre, quòd non esset
d contractus emptionis,& venditionis,[d] sed contractus innominatus,do vt des.Casus est notabilis in l. fin.ff.de condi. ob causam. & ibi Bar.& alij:de quo etiam videatis Bar.in d.l.ex empto. in princ.
136 vbi per hoc infert quòd illa † verba, quæ communiter ponuntur in instrumentis emptionū & venditionū,(scilicet vendidit,dedit,&
e tradidit,[e] impropriè ponuntur: quia impossibile est quòd detur, & tradatur: vnde illud verbum Dedit, impropriè ponitur, nisi vendens esset dominus.vt ibi per eum, qui dicit hoc esse bene not. & idem etiam dicit in l.j.C.de rerum permu. & in d.l.fin.in j.col.
137 ff. de condi. ob causam. ¶ † An autem venditor possit præcisè cogi ad rem tradendam, ita quòd non liberetur præstando interesse,videte glos.quæ hoc latè disputat,& refert opiniones in l.j.in princip.in glos.mag.in verbo,agitur.ff. de act. emp. Magis communiter tenetur opinio glos.in §.pretium.in verbo.tradatur.ſ.de emptione & venditione.quam Angel.hîc reputat singularem:quę tenet quòd si venditor habet facultatem rei præstandæ:& cogitur præcisè:aut non habet, nec dolo desiit habere: & tunc liberatur

præstando interesse. Et hoc multùm confert a
ad conclusionem libelli.Et ita etiam tenet Bartolus in dicta l.j.in princip.in penultima col.ff. de actio.empti.De quo etiam vide per Bartolum & alios in l.stipulationes non diuiduntur. b
in prin.in xxxij .col.ff.de verb.oblig.per Bald. in l.si traditio.in j.q.C.de act.emp.& in l.contractus.in penultima col.C. de fide instru. vbi tenuit opinio. per quam limitatur prædicta communis conclusio,quòd si venditor habet facultatem rei præstandæ, & etiam est dominus:& tunc bene teneatur præcisè tradere. Si autem non est dominus,quamuis habeat facultatem rei tradendæ,tamen non cogitur præcisè tradere.Nec sequitur absurdum,quòd quis c
cogatur iniustè incurrere pœnā dupli, re eui cta: vt ibi per eum. Quam opinionem impugnat Paul. de Cast.in dicta l.j.in princip.ff. de act.emp. Videatis etiā Bald. in l.unica.in col. penul.versicu.sed ad vnum aduerte.C. de sen. quæ pro eo,quod interest.vbi inter alia singulariter dixit quòd eo casu,quo venditor constituisset se nomine emptoris possidere, posset præcisè compelli ad tradendum. Idem etiam, secundùm eum,si de vēditione fuisset factum instrumentum guarentigiatum, quod habet d
executionem paratam, secundùm eum. De quorum dictorum veritate vide Lud.Ro.in dicta l.stipulationes non diuidūtur.in principio.
138 ¶ † Vnum circa prædicta diligentiſsimè not. quod est in practica vtiliſsimum, & multùm confert ad formationē libelli,quòd si in instrumento venditionis apponātur illa verba, quæ e
communiter consueuerūt apponi ꝙ vēditor
f constituit se nomine emptoris possidere, [f] quamuis realiter non tradiderit rem, tamen venditor non posset amplius conueniri actione ex empto,vt tradat rem:quia venditor per f
prædictum cōstitutum suum statim fuit à traditione liberatus, & statim dicitur tradidisse: vnde opus est quòd emptor agat rei vendicatione vel Publiciana, aut interdicto vti possidetis:aliās succumberet.Glos. est solēnis in l.ab emptione. in glos.fin.in ver.constituatur.ff.de pact.& ibi Bar.in terminis eam notat,& mandat eam multùm teneri menti.Bene facit l.Iulianus.§.ex vendito. ver. possessionem autem traditā.ff.de actio.emp.quāuis cōtrariū teneat
expresè glo.super verbo,precaria, [g] ✱ de quo g
etiam vide Cynum in l.fina.C. quando lice.ab empt. disced. Bald. in l.j.C.pro donato. & in contrarium videtur facere: quod vult Baldus in l.unica. in penultima columma.C. de sen. quæ pro eo,quod interest. & suprà retuli, ibi tenet quòd casu, quo venditor constituisset se nomine emptoris possidere, posset precisè cōpelli ad tradendum. Est tamen verum quòd Baldus ibi non aperit in quo remedio: vnde esset intelligendum secundùm prædictam. Ad ista etiam facit aliud,quod etiam multùm confert ad formationem libelli, videlicet quòd si venditor semel tradidit rem venditam,& post eà peruenīat ad manus venditoris, certè si em- g
ptor ageret contra eum actione ex empto, succumberet:vnde debebit agere rei vendicatione,vel Publiciana,vel interdicto vti possidetis. Glos.est in l.cùm fundum.in §.ferè.in verbo,

a ✱Hoc idē voluit Paul.Castr.in d.l. Iulianus. ſ. offerri.ff. de actio. empti.Sardus.

b ✱ Ratio est.secūdùm Bar.ꝙ in primo casu opponitur ad impedīē dum processum, & sic ad vnum finem: in secundo opponit ad aliū finē, videlicet vt absoluatur. argu. c. veniens. extra de testib. Sard.

c ✱ Adde quòd contra Bart.videtur, iudicio meo, casus in l. fundus, qui Lucij Titij in versic. quæsitum. ff. de rescindend. vendi. & contra Bart.est cōmunis opi.in d.§.si quis iurauerit. ibi videas & dixi ſ.in §.item si quis postulāte.col.penul. Carcassona Sard.

d ¶ Et venditionis. Quomodo autem cognoscatur contractus emptionis & venditionis.vide per do. Alexā. de Imol. in consil. cvij. in ij. col. in iij. parte.

e ¶ Et t. adidit. Et cuius importantiæ sint ista verba.vide do. Alex. in consil. x. in vlt. col.in iiij.parte.

f ¶ Possidere.Quid autem operetur in contractu emptionis & vēditionis pactū constituti, vide do. Alexan.in consil. iij. ſ. v.col.in iiij. parte.& in consil. x.in j. col.ea.parte.Et an per tale pactum constituti trāsferatur dominiū in emptorem, & possessio, vide do. Alexand. de Imol.in consil. xcv. in ij. & iij. col. in j.parte. & in consi.xxviij.in ij. col.in ij.parte. vbi ponit an trāsferat ciuilis possessio vel naturalis, & an per appositionem pacti Precarij venditor liberet, vide per eū in consi. xxvij. in iij.columna. in secunda parte.

g ✱ Vide Paul. Castren.in dicto §.ex vendito . conciliantem istas glo. licet postmodum dicat vēditorem posse conueniri

Universidad de Deusto
Biblioteca

actione exempto ad traditionē de tentationis, tanquā de reliquiis emptionis, per l. si hæres testamento.ff.de acti.empti secutus Bal.in l.j. C.de rescind.vēd. prout ipse allegat. Et hoc vltimū mihi placet. Carcassona Sard.

a ¶ Ad fructus. Vide do. Alexan. de Imo.ī cōsi.lxxiij. in j.col.in secūda parte. vbi etiam ponit quid de emptore soluēte pretium pro parte, an pro illa parte fructus habere debeat, & efficiatur dñs illius partis. De quo vide per eūī cōsi.cxxxiiij. in j. col. in iiij. parte. vbi etiā ponit quid si sit facta promissio de vendēdo, an ille, cui sit facta talis promissio lucretur fructus.

b ¶ Vacua. Vide Feli.in c.cū Ioannes.de fide instru.

c ¶ Plena. Vide Frā. Aret.in l.j.de acquir.pos.ī xj.col. & Fel.in c.cū Io. de fide instr.

d ⁋ Vide bonū tex. in l.pen.ff.de euictione.Sardus.

a tradat.& in verbo, multis.ff. de contrahenda emptio. & no.glos. in authenti.sacramēta puberum.C.si aduer.vend.in glo.fi.in ver.custodiantur. ¶ †Item diligenter aduerte in proximis dictis dum dixi, quòd per cōstitutū dicitur tradi possessio,si venditor cōstituit se nomine emptoris posidere,quamuis traditio:quę propter hoc cōstitutū insurgit,sit ficta, tamen possessio ipsa quæ per ipsum cōstitutū acquiritur, est vera,& propria possessio,& caderet in statuto loquente de possessionibus. Casus est ad hoc singularis in l.certè.§.j.in ver.propriè possidere videor.ff.de preca.per quē tex.Ita in terminis dixit Bar.in l.ab emptione.in vlt.q.ff.de pact.& idem tenet Bar.per eūdem textum vbi hoc latissimè examinat in l.si is, qui pro emptore.in prin.in vlti.q.& ibi Imo.ff.de vsusca. & reassumpsit Bal.in c.j.§.item inuestitura.de notis feudorum.Et ad hoc,quòd ista possessio, quæ acquiritur per cōstitutū, sit vera, & propria possessio,bene facit tex. in c.accedens.extra de præbend.& idem tenet Bal.in l.j.C.quādo li.ab emp.disce.& est etiam de hoc text.in l. quod meo.in princ.& ibi ponderat Bart. in fi. ff.de acquir.pos.& idem etiā tenet do.Anto.de Bu. in c.cùm venisset. circa iij.col.extra de restitu.spo.quāuis cōtrarium, scilicet,ꝙ imò ista non sit vera,sed ficta possessio,teneat expressè Bal.in l.j.C. de suffra. & sic tam eam appellat Bal.in l.j.C.pro donato. & idem videtur velle ipsemet Bar.in l.Titia.in ij.col. ff.de verb.obli. ¶ Item aduertite quòd vēditor tenetur nedū ad rem tradendam vt prędixi:sed etiam ad fructus [a] extantes.†Item ad cedendam actionem pro pensionibus fundi venditi,si fortè illū alteri locasset venditor.l. Iulianus.§. fi fructibus. cum gl.in ver.cedere.& ibi Bar.ff. de act. emp. de quo etiā per Bart.in l.si filius.§.j.ff. de verb. oblig.& per Bald.in l.si traditio.in vlti.q.& latiùs in l.fructus.C.de act.emp.& in l.j.in iiij.col.C. de vsu. & fruct.lega. & quod notat Bart .in l.cum filio.in prin.aliās in fi.ff.de lega.j. & vide omnino Bar.post Dy.in l.fi.§.fi.ff.de iur.fis.& ibi ponit de pensionibus,& latè de fructibus siue industrialibus,siue naturalibus,per Ang.in l. diuortio.in prin.ff.solu.matrimo. ¶ †An autem vēditor teneatur tradere possessionem rei venditæ vacuam,hoc est,à nemine occupatam:Dicunt ꝙ sic.l.ij.§.j. & ibi Bar.ff.de act emp.no.gl.& Bar. in l.cùm res.C.de prob.& ibidem etiam videte per Bal.Et quando b dicatur tradi possessio vacua,[b] declarat tex.& ibi Bar.in d.l.ij.§.j. & notabilius in l.Datio.§.j.per illū tex.in eod.tit.ff.de acti. empti. vbi infert ad notabilē quæstionē,de qua per eum.& ponit notabiliter Bald.in l.fi.C.de pact.inter empt.& vend.& in l.fructus.C.de acti.empti.& glos.in l.improba.in gl.in ver. in vacuā.C.de acquirenda pos. & glo.& ibi Bartolus in l. finali. & doct.in glossa super verbo, vacuam. C. vnde vi. & ibi etiam habetis in glossa & per doct.† an sit differentia inter possessionem vacuam, & vacantem. Et qualiter probatur,possessionem esse vacuam, seu vacantem,ponit Bald.in l.fi.in prin.C.de edict.diui Adr. Ange. in repe. l.fi vacantia.C.de bonis va.lib.x. ¶ †Quæ autem dicatur possessio c plena, [c] & semiplena,& quę vacua,declarat gl.magistra in §.quod autem,super verbo,vacātis.ſ.de vsuscap.quæ glos. non est alibi in iure,secundùm Angelum,in l.si me in vacuam.ff. de acquirenda pos. Addite tamen prædictis quòd quamuis venditor teneatur tradere possessionem vacuam, non tamen tenetur tradere possessionem liberam,nisi hoc sit dictum.Et per hoc sequitur notabilis effectus,ꝙ si tradatur possessio quæ seruitutem debeat, bene dicitur tradi vacua,non tamen dicitur tradi libera.Ita notabiliter declarat,& probat Bar.per multa in l.ij.§.j.ff.de act.emp.& in l.vim facit.per illum tex.in fi.ff.de vi & vi.ar.& in l. Meuius.§. fundo.in fi.col.ff.de leg.ij. & notabi.Ange.in l.conuentionalibus.§.fin.ff.de verb.oblig.& Bald.in l.si plures.in ij.& iij.col.C.de condi.inser.be- 144 ne facit l.si pro fundo.vbi Bart.& doct.C.de transactio.†Et ideo semper vtilissimum est in instrumentis emptionum illam clausulam apponere,quæ hodie cōmuniter apponi consueuit, videlicet, Qui venditor promisit emptori tradere possessionem liberam, vacuam,& expeditam.vt in prædictis locis habetur. Cuius clausulæ effectus patet ex suprà scriptis:quia si tunc traderet cū aliquo onere seruitutis possessionem:posset agi contra eum actione ex empto d ad interesse. [d] ⁋ ¶ †Vltimò propriùs ad libellū aduertite quòd ista 145 actione ex empto agitur ad diuersa, secundùm quod notabiliter declarat Ioannes Faber & Ioannes de Platea hîc,maximè cùm sex sint,quæ consequi debet emptor à venditore ex cōtractu emptionis,quæ colliguntur ex l.ex empto. per totam legem, & ex l. Iulianus.§.ex vendito.ff.de actio.empti.Et notabiliter enumerat declarando Bald.in l.dolum.C.de peri.& commo. rei vendi. ibidem vi- 146 deatis. ¶ †Agitur enim interdum pro re vendita tradenda, vel pro interesse,si non traditur,vt in superioribus dixi, & dicam ī.in 147 formatione huius libelli. † Interdum agitur ad interesse solum propter aliud:non dico quia res nō tradatur,sed eò quia venditor rei qualitatem,puta seruitutem,celauit, vel rem vitiosam tradidit. l.j.§.j.ff.de act. emp.& ibi notabiliter Bar. vbi inter cætera ponit qualis debeat esse hoc casu forma libelli,& in l.Iulianus.in princ.& 148 l.si sterilis.§. quāuis.eodem titu.† Interdū agitur actione ex empto ad interesse propter aliud,propterea quòd fundus sub mensura promissa non præstatur.l.ij.in prin.cū gl.j. & ibi Bar.ff.de actio. emp.Et in hoc casu diligentissimè aduertite,quādo venditur fundus sub certa mensura,puta centū perticarum,an si reperiatur minoris,vel maioris quātitatis,cedat ad commodum , & incommodum,emptoris:vide tex. in l.Iulianus.§.si Titius.ff.de acti.emp.& text.notabilem in l.si seruum.§.si modus.cum glo.solenni in ver. pro numero.& ibi Paulus de Castro in eodem titulo.& tex. notabilem in l.quæro.in eodem titulo.& textus bene signandum in l. qui fundum.§. qui agrum.ff. de contrahenda emptione. Oldradus Lauren.in consil.ccxxxij.notabiliter per Abb.Panor.& ibidē Petrus de Ancharano,& Ioannes de Imola in c.per tuas. extra de dona. & notabiliter Baldus in rubr.C.de contrahenda emptione. in xxij.q.& Pau. de Eleaza. in cōmento.c.si venditori. in penulti. col.extra de emp. & vend.Sali.in l.ij.C. de contrahenda emptione. 149 † Interdum agitur ad repetendum quod datum est puta ad repetendas arras,& sic ad resoluēdum contractum:vt est text.notabilis in l.ex empto.§.is qui vina. & ibi Bart.ff. de act.empt. De hoc tamen,quomodo,& qua actione repetātur arræ datę vēditori, videte ibi Bart.& gl.in l.cōtractus. §.j. & ibi Bar.& etiam Bald. in penultima col.C.de fide instru.& Bald.in l.ij.C. quando lic.ab emp. disce.& latè Salice.in l. quod sæpe.in prin.ff.de contrahend.empt. 150 †Interdū agitur ad exhibendū,scilicet vt vēditor exhibeat instrumēta fundi venditi,propter cognoscenda confinia,vel iura venditoris,quorum instrumentorum describendorum tenetur venditor copiam facere emptori.nō autē quòd illa teneatur dare. Text. est de his nota.in l.Titius.la ij.ff.de actione empti quem textum. dicit ibi Bartolus esse bene notandum:quia,secundùm eum,potest tota die cōtingere. Addite Baldum in l.j.in fine per illum textum. C.credi eui.pign.debe.& Antonius de Butrio & Imola in c.fi. extra de emptione & venditione.Eo casu,quo venditor nollet producere,siue exhibere instrumenta, tunc seruaretur practica Inn.in c. G.perpetuus.extra de fide instrumen. vbi omnino vide secūdùm dominum Baldum in c.vasallus.ad finem.si de feud.fue.contro.in- 151 ter dominum & agna.† Interdum datur hæc actio contra venditorem,vt agat contra alium,qui damnum dedit ipsi emptori in re empta,vel saltem vt cedat actionem contra illum tertium : & est nouus modus agendi,vt ibi inquit Bartolus.Text.habetis & exemplum in l.Iulianus.§.penultimo.& ibi Bartolus,ff, de actione empti. & in simili textu in l.si sic.§.finali. & ibi expressè Bartolus.ff, 152 de lega.j. † Interdū datur hæc actio pro euictione rei vēditæ.l.nō dubitatur.cū similibus.C.de euict.Idcirco secundùm emergētiam dictorum

dictorum casuum oportebit diuersificare conclusiones libellorum 153 secundùm narrationem facti. † Eodem modo in actione ex ven- a dito [a] agitur ad diuersa,sed nō ad tot diuersitates, quas proximè vidimus in actione ex empto.Interdū enim agitur ad pretium:& hęc est principalis , & regularis conclusio.l. ex empto. in princ. & d.l. Iulianus. §.ex vendito.ff.de act.emp.& dixi ſ.latissimè. Interdū agitur ad reddendū quod plus debito est præstitū,iuxta l.fundi.§.si ruta.ff.de act.emp.& melius in l.si binarum.ff.de serui. vrb. præd.& in l.si tibi liberum.cum glo.in ver.incerti.ff.de act.emp. Interdum agitur ad factum,vt ille,qui lapides ex fundo emit,illos tollat.l.si is, qui lapides.de act. emp. Interdum agitur ad rescindendum contractum. l. si fundus.ff. de lege commissio.ita quòd in ista actione ex vendito oportebit variare, & diuersificare cōclusiones libellorum secundùm diuersitatem casuum. Istis pro introductione materiæ, & pro plenaria informatione libelli præmissis,apparet luculenter, 154 † qualis esse debeat forma libelli in actione ex empto, & in actione ex vendito vt liquet ex prædictis. Quorum libellorum formas ponit Specu.in tit.de emp.& vendi.§.si prius. & Rofre. in rubr. de actio. ex emp. & in alia rubri. de actio. ex vendi. vt refert Ioan.de Pla.hîc.Vide Spec. etiam in tit.de fruc.& lit.expen.§. viso. versic. quomodo.& in tit.de libel.concep.§.hoc quoq;.ver.item no.Inno. in c.sacro. in fin.glossi.magnæ. extra de sent.excom. Et istos allegat 155 Ioan.Fab.in §.pretium.ſ.de contrahen.emp.† Pro nunc pono in specie formam libelli , quando agitur actione ex empto , vt res vendita tradatur: Ago contra Titium , & dico quòd ab eo emi talem librum pro decem ducatis,quos sibi actualiter solui,vel offero me incontinenti soluere:quare peto eum condemnari ad dictum librum mihi ttadendum.Iste est vnus modus libellandi: & hoc casu,quando concluditur tantùm ad traditionem libri,tunc tempore ferendæ sententiæ interrogabitur reus per iudicem ad instantiam actoris an velit,vel possit rem tradere:& si dixerit quòd non, condemnabitur ad interesse: vt l. si traditio.C. de act. emp. & l. si quis ab alio.§.fin.ff.de re iudi.Et sic hoc casu ad aliud agitur , scilicet ad rem tradendam:& ad aliud fit condemnatio, scilicet ad interesse.Iste est primus modus libellandi , quem ponit in ista actione ex empto glossi. magistralis , & plenior quæ sit in iure , in l.j. in princip.in glo.mag.in ver.agitur.in princip.ff.de act.emp.Et istam primam formam libelli sustinet ibi Bar. in j. col. & vltra glossi. ibi respondet multis modis ad illud,quod proximè dixi : quia videbatur absurdum ad aliud agi,& ad aliud fieri condemnationem. dicite vt ibi per eum. Et ad istam primam practicam , videlicet de interrogatione fienda à iudice,addite glo.no.in simili,& ibi Bart. & doct.in l.si quando.§.fi.in glo.fi.in ver.non præstaretur.ff. de lega. 156 j.& Bal.in l.j.in vij.col.C.de his quæ pœ.no. † Secundus modus libellandi est,quòd postquam venditor fuerit in mora tradendi librum venditum , quòd hoc casu emptor principaliter ,& directò petat interesse tantum:vt tenet glo.in d.l.j.in prin.& ista etiam est b verissima practica,vt ibi duplicatis vicibus dicit Bar.[b] ⁋ † Tertius 157 modus libellandi est,vt conclusio conditionaliter concipiatur hoc modo:Peto reum condemnari ad librum tradendū, & si eum non tradet , peto interesse. & iste tertius modus est tutior secundùm glo.ibi.Et hunc tertium intellectum defendit, & tenet ibi Bart. & etiam defensat latè Bar.maximè à quibusdam oppositionibus, per quas visus est dubitare Ioan. Fab. hîc : & tenet ꝙ de iure isto conditionalis conclusio procedat Bart. dico in l.stipulationes non diuiduntur.in princip.in vij.q.ff.de verb.obli.& ibi sequuntur Ang. Io.de Imo.& Raph.Cu.Istam etiā formā tenet Bar.in l.naturalis.§. j.ver. quæro.extra glo.qualiter formabitur libellus. ff. de præscrip. verb.& Bald. vbi omnino videas in l. si traditio. in ij.q. C.de act. emp.vbi etiam dicit quòd nedum potest peti alternatiuè rem tradi , aut interesse dari , sed etiam coniunctiuè hoc modo: Peto rem tradi cum interesse.& talis libellus erit aptus,vt ibi per eum.Intelligetur tamen de alio interesse , quàm nos agamus hîc , vt ibi per eum. & ista tertia forma libelli conditionalis magis mihi placet, quàm ceteræ:& etiam eam approbat, & obseruat consuetudo , vt inquit Ioan.Fab.de quo hîc per eum , & latiùs in §. pretium.ſ. de emp.& vend.Et istas tres practicas vltra glossi.ſ.alleg. tangit etiam

a glos.j.in l.ij.§.item si in facto.ff.de verb.oblig. quòd in istis obligationibus facti , qualis est illa ,de qua tenetur venditor ad tradendum, quòd post moram succedit obligatio ad interesse in tantum quòd interesse sit in actione,& in petitione. Probatur in dicta l.j. in princ.ff. de act.emp. & in l.fi.& ibi Bar.ff. si quis in ius voc.non ie. De quo tamen videatis glossi. quæ contrarium vult in l.si quis ab alio.§.fina.ff.de re iudi. & Bartolus in l. stipulationes non diuiduntur.versicu.Celsus.ff.de verborum obligationib.& in l. vnica.in iiij.quæst. princ.C. de sen.quæ pro eo,quod interest.Ange. distinguentem,& ibi Fulg. impugnat eū in d.l.fi.ff. si quis in ius vo.nō ie.Imo.in d.l. stipulationes 158 non diuiduntur.in prin.in penul.col.¶ †Vltimò ad cōplementum perfectum suprà scripto rum libellorū vnū nō omitto,quòd casu , quo b petitur interesse,non est necesse ꝙ quantitas eius interesse exprimatur in libello: imò sufficit in libello, simpliciter petere interesse , siue sit interesse cōmissum , siue cōmittendum.Ita latè tenet Bar.in dicta l.stipulationes non diuiduntur.in prin.in vltima col.in x.& vlt.q.& in l.certi condictio.in princ.in v.col.ff.si cer.pe.per text.apertum in l.iij.in fi.C.de inuti. stipu.qui tex.vt ipse probat,loquitur de interesse de præterito cōmisso.Item per rationem:quia quotiescunq; declaratio incertitudinis non est in potestate actoris , admittitur libellus incertus.l.j.§. quod autem.& ibi Bart.ff.quorum leg.cū cōcor.quas ibi dedi ſ.eo. in gl.in ver.pro æstimato.sed sic est quòd declaratio interesse non est in potestate actoris,sed in iudicis subtilitate.C. de sen. quæ pro eo,quod interest.l.vnica.& §. curare.ī.eod.ergo nō cogitur actor interesse limitatum ponere in libello:& cōsequēter admittitur libellus,siue petitio incerta.Et istud tenetur cōmuniter per Citramontanos,reprobata opi.Vltramōtanorum tenentiū contrarium: & per Bart.latè in d.l.stipulationes non diuiduntur.in fi. principij. & ibi respondet Bar.ad omnia adducta per eos.¶ Succesiuè iuxta ordinem tex.sequitur vt videamus qualiter formandus sit libellus 159 in actione ex locato,& cōducto.Pro cuius introductione sciēdum est ex mente Ioan.Fabr.hîc,post Iacob.de R.a.† ꝙ ista actio ex loca to competit ad diuersa:quādoq; ad pēsionem rei locatæ:& hoc est regulare:quandoq; ad deteriorationem rei locatæ,quæ præcesserit culpa conductoris.Et de vtroq; est casus in l.ij.ff.in quib.cau. pign. ta.contrah. & in l.si vulneraueris.ff.loca.Interdū competit vt colonus debito tempore colat:& ad alia secundùm legis conuentionem.facit l.si merces.§. conductor.ff.locati. Interdū competit , vt conductor rem conductam dimittat,iuxta l.edem.&l.cōductores. 160 C.loca.†Eodem modo actio ex conducto competit ad diuersa. Interdum vt frui liceat re conducta.l.ex conducto.in prin.ff.loc.& l. si fundus.in eo.titu.quem tex.pro singulari allegat.Ludo. Roma.in l.si quis arbitratu.circa vlti.col.ff.de verb.obliga. De cuius intellectu vide Bald.in l.j.in vlt.col.in ver.septimò opponitur. C.de senten.que pro eo quod interest.& Ioan.de Imo.in l.si filio.§.fi.in fi.ff. solut.matrimo. Interdum competit vt domus conducta , vel res alia reficiatur.d.l. ex conducto. in princip.in ver. aut villa non reficitur. cum ver. sequentibus. ff. locat. Interdum competit ad interesse damni,quod secutum est ex locatione rei vitioſę.l.sed addes. §.si qs dolia.& ibi Bar.ff.locat. De cuius legis intellectu vide omnino Bar.in l.in rebus.§.item qui sciens.ff.commo.& in l.j.in vj.col. C.de senten.quæ pro eo,quod inter.& in l.tenetur.§. sed si vas.ff. de act.emp.& latius in l.Iulianus. in princ.eod.tit.ff. de act. empti. Interdū competit, vt custodia horreo locato exhibeatur , quando ita conuentum est.l.ex diui.C.loca.in l.dominus horreorū.in prin. ff.loc.Interdum competit ad expensas,quæ necessariò, vel vtiliter factæ sunt in re conducta,dicta l.dominus horreorum.§.j.ff.loca. De quo etiā videatis Bald.in l.j.C. de iure emph. Et notate quòd quamuis colonus, vel inquilinus deiiciatur à re conducta propter

¶ Ex vēdito. Addo do. Barth. Soc. in consi. cclij. incip. in causa dñi Ioannis. versi. iiij. cad. conclu. in ij. parte. quòd actio ex vendito datur ex cōtractu informato ad retradendum, & resoluendum: & si competat actio ex empto ad retradendum, talis actio non solum datur ad merū factum, sed etiam ad dandum,& contra habentem facultatē tradendi,vt præcisè tradat.

⁋ Et respondet ad l.si seruum.§.fi.ff. de verb.oblig. vt per Bart. in d.l.j. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Locata. Adde do. Barth. Soci. in c. si. ex v. incip. visa narratione. versi. secundū fundamētū. in fi. in j. parte. quòd locator ad hoc teneatur facere, & curare, vt cōductor habeat rem vacuam, & expeditam, vt illa vti posit: aliàs tenetur conductori ad interesse.

b ¶ De pēsione. Sed quid si pensio esset remissa arbitrio tertij, an si il lenon arbitretur, possit à persona recedi, & ad arbitrium boni viri recurri: vide do. Barth. Soc. in cōsil. xliiij. incip. in presenti. ver. quare magis. j. parte.

c ¶ Actio in factū. Quibus actionibus ad petī possit locatiōes quas facit doctor, vel medicus de operis suis, vide do. Barth. Soc. i cōsi. cxcvj. inci. circa præsentem. versi. tertiò ista opin. in ij. parte. vbi etiā ponit q̄ non differunt ab ea, quam facit famulus de suis. & ibidem ponit etiam quid de medico conducto ad certum tempus à cōmunitate pro certo salario: an finito tēpore si eu rauerit infirmos, vt prius, sibi debeas, licet renouata conducta non fuerit.

pensionem non solutam, repetunt tamen expensas necessariò, vel vtiliter factas in re conducta. Tex. est de hoc, & ad multa notabilis, vt
161 ibi inquit Barto. in l. colonus. in princi. ff. loca. ¶ † Quid autem iuris sit in emphyteuta, qui cecidit à iure suo per canonem non solutum, an nihilò minùs repetat melioramēta per eum facta in re emphyteutica: ponit notabiliter Bar. in d. l. colonus. & Bald. ibi, & in rubr. C. de iure emphy. in prin. Interdum agitur, vt cōductori liceat tollere, & auferre ea, quæ ipse ædificio, vel rei conductæ adiecerit: vt d. l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca. Potest etiam agi ista actione ex conducto ad alia pleraque, quæ colligi possunt ex discursu tituli. ff. de loca. Idcirco secundùm diuersitatem emergētium casuum debent diuersæ cōclusiones formari: vt ex præ-
162 dictis apparet. ¶ † Item aduertite quòd locatio & conductio dicuntur propriè, quādo merces soluenda à locatore consistit in pecunia numerata. Si autem merces non consisteret in pecunia numerata, sed in alia quantitate, puta quia quis cōcelsisset alicui fundum pro decem saccis in annis, vt quotidie fit: tunc ista non esset locatio, sed contractus innominatus, facio vt des. Text. est multùm not. in l. j. §. si quis seruū. ff. depositi. De cujus intellectu, & limitatione vide glo. no. in l. si pecuniam. in prin. ff. de condi. ob cau. in glo. j. in ver. acceperis. & latiùs in glo. in ver. repetetur. & ibi Bar. in iij. col. versi. contra hoc oppo. & vide etiam Barto. in l. naturalis. §. at cum do. per illū tex. ff. de prescrip.
163 ver. & glo. s. de locato. in princi. in ver. merces. ¶ † Aduertite, q̄ etiam isto casu, si dicerem in libello, q̄ locaui alicui fundum pro decem saccis frumenti: licet verba sint impropria, vt s. dixi, tamē libellus sustineretur, & intelligeretur, locaui, id est, vsui concessi. Text. est in l. si olei. cum gl. j. C. loca. quem Bart. ibi multùm notat ad hoc, & mandat teneri menti pro sustentatione libellorum. Et idem dicit Bar. in l. si merces. §. vis maior. iuxta prin. ff. loca. Et ita etiam tenet do. Anto. in c. constitutus. per illum tex. extra de religio. do. & Bal. in ru. C. de iure emphy. Accedant quæ dixi vobis in §. omnium. suprà eodem titu. in materia libellorum circa sustentationem
164 libellorum. ¶ † An autem locator de necessitate debeat apponere in libello qualiter accommodaui patientiam, ita quòd con-
a ductor vti potuit re locata [a], vide Inno. tenentem quòd non, nisi eo casu, quo esset cōtractus innominatus, vt statim dixi: quo casu, sicut & in aliis cōtractibus innominatis, requiritur expressiò perfecti implementi pro parte sua: aliàs non competeret actio. l. ex placito. C. de rerum permu. & dixi s. in glo. in ver. ex permutatione. Ita Inno. in c. j. extra de libel. obla. quem refert, & impugnat Ange. de Are. non hîc, sed in §. sequens. ad fi. s. eodē. tenens quòd imò illa verba, præstita patiētia, semper sint necessaria in libello, siue sit propria locatio, siue sit contractus innominatus. Motus per quædam
165 leuia, ad quæ facillimum esset respōdere. ibi videte per eum. ¶ † Ité diligentissimè aduertite quòd si nulla præcessisset locatio domini, sed aliquis simpliciter inhabitasset domum, quòd hoc casu non esset agendum actione ex locato, sed condictione sine causa ad id, quanti conducturus fuisset. Ita singula. Barto. argu. illius text. in l. in summa. §. instrumento. ff. de conditio. indebi. de quo etiam videte Ioan. And. in addi. ad Specula. in titu. de locato. §. postquam. Bald. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. & multùm no. Bal. in l. contractus. C. loca. vbi signanter inquit vnum, quod est quoti-
166 dianum, † quòd vxor inhabitans post mortem mariti sui in domo, quæ fuerat locata marito suo, quòd teneatur ad pensionem competentem taxandam officio iudicis, nisi stet iure familiaritatis cum
167 hæredibus viri: vt ibi per eum not. † Ego circa suprà scripta puto, & teneo quòd in casu suprà scripto quando aliquis inhabitasset domum simpliciter, nulla præcedente locatione, quòd in libello nedum concludi posset ad id, quanti conducturus fuisset, sed etiam ad id, quanti domus consueta esset locari: per text. no. in l. excepto. in verbo, iuxta præteritam consuetudinem. C. loca. & ibi omnino vide Cy. & quæ pulchrè notat Barto. in l. in hac stipulatione. ff. de damno infec. Et ista secundùm Ioan. de Pla. conferunt hîc ad id, quod tota die contingit. Ecce, dico tibi, vade, & inhabita talem do-
b mum meam, & bene posteà erimus in concordia de pensione [b]. Habetis ex prædictis qualiter hoc casu esset formanda conclusio in
168 libello. ¶ † Ego addo ad ista esse necessariò videndum Bal. in l. contractus. in fin. iij. col. C. de fide instrumen. signanter volētem, quòd vbi aliqua res esset locata simpliciter, non expressa certa quātitate, quo casu merces ex consuetudine præstatur. d. l. excepto. C. loca. quòd hoc casu iste erit contractus innominatus, & ageretur actione præscriptis verb. & idem voluit Bald. in l. si. C. de contrah. emp. Et pro hoc ego allego tex. not. & expressum in terminis nostris in l. si tibi pollienda. versus finem. ff. de præscrip. verb. & quod voluit Bar. in pe. col. in l. ex placito. C. de rerum permu. vbi signanter vo-
169 luit † quòd si posui librum meum vendendum penès aliquem stationarium siue bidellum, & nihil expressè dictum sit de mercede, quæ dari debet ipsi stationario: dicit Bald. quòd iste erit contractus innominatus: & consequenter ageretur actione præscriptis ver-
170 bis. & pro eo bene facit d. l. sit ibi pollienda. ¶ † Item diligenter aduertite quòd in istis, qui exhibent operas suas, quę consistunt in artificio, vel in aliqua arte, vel scientia liberali, quòd non dicitur locatio, & conductio, sed magis dicitur præberi opera beneficij causa. Vnde inter aduocatum & clientulum, inter medicū & infirmum, inter doctorem & scholares, non potest dici locatio, nec conductio: nec competit actio ex locato, vel ex conducto: & hoc propter
c notabile exercitium: vnde cōpetit actio in factum [c]. Istud est, quòd in terminis voluit singu. Bart. in l. j. in princip. ff. si mensor fal. mo. dixerit. qui hoc no. ex text. & ibi etiam ponit glo. in versi. honorarium. & Bald. in l. j. C. de suffr. Et propterea in hoc errauit glo. quamuis ipsi non dicant, in l. Marcus à Flacco. in glo. j. ff. loca. quæ voluit expressè contrarium, tenens quòd infirmo competat actio
171 contra medicum ex conducto. quod est falsum, vt s. dixi. ¶ † Ex suprà dictis liquet clarissimè qualiter formandus sit libellus in actione ex locato, & in actione ex conducto. Quorum libellorum formas ponit Spe. in titu. de loc. §. postquam. & Rof. in rub. de actione ex locato, & conducto. secundùm quod refert Ioan. de Platea hîc. Et si vultis in specie videre libellum, videte Ioannem de Platea hîc. Ange. in §. sequens. in fin. col. s. eodem. Sed cùm aliter non expediat, delibero non denigrare fruſtrà papyrum. ¶ Succesiuè iuxta ordinem text. esset videndum de forma libelli in actione negotiorum gestorum, in quo putaui remissiones sufficere ne hic §. nimis
172 grande commentarium sortiatur. ¶ † In primis tamen sciendum est, quatuor modis dici negotium nostrum, ita quòd nobis, & contra nos competat directa, & cōtraria actio negotiorum gestorum, quos enumerat glo. magistra sin. in versi. ipso gestu. in l. si pupilli. §. quid ergo. ff. de nego. gest. & Barto. in ead. l. si pupilli. §. item quæritur. addit alios tres modos: & consequenter septem sunt genera
173 negotiorum, † quæ ibi habetis posita: & eadem habetis per Ange. de Areti. hîc, & latiùs per Ioannem de Platea hîc: vnde secundùm diuersitatem negotiorum diuersissimæ essent conclusiones libellorum. Et ad ista genera negotiorum, vide etiam glo. fi. in l. si pecuniam. in versicu. actionem. C. de negotijs gestis. Cyn. in l. si mandatum. in princip. C. de negotijs gestis. Barto. in l. quamuis. cum l.
174 seq. ff. solu. mat. & in l. mandati. ff. de nego. gest. ¶ † Et econtra, si vultis videre aliquos casus notabiles, in quibus gerens negotium alterius vtiliter, ad nihilum tamen habet actionem negotiorum gestorum contrariam contra eum, cuius negotium vtiliter gesit, videte glo. no. & ordina. & vnicam, & ibi doct. in l. si paterno. C. de neg. gest. & glos. not. in fi. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. & per Ang. hîc

175 hîc. ¶ † Et si vultis videre casus, in quibus dominus etiam alterius gestione obligatur, sed non in solidum, videte glo. ordinariam.
176 §. j. in verbo, obligatum. s. de obliga. quæ ex qua. contra. ¶ † In ista autem actione negotiorum gestorum tam directa, quàm contraria, habetis formam libelli per Spec. in titu. de iudic. §. generalia. ver. sequitur. & per Rofre. in tit. de ac. neg. gest. secūdùm quod hîc referunt Ioan. de Pla. & Nico. de Neap. hîc, in iij. q. & Vltramontani extra glo. Et formā libelli ponit Bald. in l. ij. ff. de neg. gest. per illum tex. vbi bonus est tex. ad hoc, vt ibi etiam notando dicit Bar.
177 ¶ † Et de forma probandi videte etiam glos. in l. j. in prin. in glos. mag. & ibi Bar. in ij. col. Bal. & Ang. & alios. ff. de eden. Barto. in l. si mandatū. C. de neg gest. & do. Anto. in c. ij. extra de libelli obla. & quod not. Bal. in l. si pecuniam. in fi. C. de neg. gest. & ista sufficiant.
178 ¶ † Et formam huius libelli ponit etiam Ange. hîc, sed latiùs, &
179 plenius Ioan. de Plat. hîc, quem videatis. ¶ † Qualiter autem formandi, sint articuli, & qualiter fiendæ sint positiones in ista actione negotiorum gestorum, vide tex. in l. sed an vltra. §. j. & ibi Bar. no. ff. de neg. gest. & Bart. notabiliter in l. si mandatum. C. eo. Et eius verba habetis simpliciter relata nullo addito per Ang. hîc. ¶ Succesiuè iuxa ordinem text. sequitur de actione mandati, depositi, pro socio, & commodati. In istis quatuor actionibus habuistis suos particulares libellos, cum suis opportunis materiis in §. sequens. extra glos. s. eod. tit. ¶ Sequitur nunc regulato ordine de actione tutelæ, circa quam Ange. hîc fecit quasi vnum tractatum tutelarum, colligendo hîc per viam summæ quasi omnia tradita per Bar. & alios scribentes in locis suis ordinariis: quod non est aliud, quàm materias extra loca sua ordinata impertinenter extrahere.
180 ¶ † De formis autem libellorum in ista actione tutelæ tam directa, quàm cōtraria, item & in actione protutelæ tam directa, quàm contraria, iuxta l. fin. ff. de eo, qui pro tuto. & declarauī s. in glos. in verbo, tutelæ. Item & in vtili negotiorum gestorum de qua loquitur rub. ff. de contraria tutela, & vtili actione. Item & in materia suspecti tutoris, & in actione de tutelis, & rationib. distra. de qua loquitur rubr. ff. de tut. & ratio. dist. & potissimum l. j. §. de rationi-
181 bus. & l. ij. illius titu. ¶ † Item & in actione in factum subsidiaria, quæ competit contra magistratum, qui malum, vel non idoneum tutorem dedit: de qua loquitur titu. ff. de magistra. conuen. & est glos. magistra in §. sciendum. in verb. subsidiaria. s. de satisda. tuto.
182 † Item & in actione in factum ad interesse contra falsum tutorem authorantem, de qua loquitur maximè l. nouissimè. ff. quod falso tuto. authore. & glos. solennis & magistra in ver. non fuerit.
183 in l. j. in prin. in eod. ti. † In istis omnibus habetis formas libellorum per Spe. in tit. de iud. §. generalia. ver. sequif. in fi. illius §. per Rofr. in tit. de actio. tuto. & in tit. de cōtraria actio. tute. & in tit. de actio. protute. & in tit. de vti. actio. nego. gest. cōtra curatorem. & in tit. quod falso tuto. autho. & in tit. de actio. cōtra magistratū. secūdùm quod refert Io. de Pla. hîc. Et in actione tutelæ directa, quæ datur contra tutorē, habetis formā libelli per Ang. hîc: & latius per Io. de Pla. hîc. & vide glos. in l. j. in princip. & ibi Bar. Bal. Ang. & alios. ff. de eden. & Salic. in l. edita. C. de eden. & domi. Anto. de But. in c. ij. extra de libel. obla. & quòd notabiliter in terminis nostris dixit Bart. in l. j. circa ij. col. C. si aduer. rem iudi. vbi dixit nota. Bartol. per illum tex. cum glo. quòd non solùm procedit libellus in actione tutelæ, si peto condemnari tutorem ad reddendum rationem administrationis, cum assignatione reliquorum, secundùm quod concludunt, & declarant Ange. & Ioan. de Plat. hîc, verum etiam contra ipsos procedit libellus, si peto condemnari tutorem ad dandum certam quantitatem occasione administrationis: vt ibi per Barto. de quo etiam vide Ang. in l. j. in prin. ff. de eden. & in l. cum
184 proprio. C. si quis alte. vel sibi. ¶ † Succesiuè iuxta ordinem text. esset libellus in actione pignoratitia: cæterum quia non est multi artificij, sufficiāt etiam in ea opportunæ remissiones. Vnde de forma libelli in actione pignoratitia tam directa, quàm contraria, videatis Specu. in titu. de pigno. §. j. & Rofre. in titu. de pigno. actio. & in ti. de contra. pigno. actio. secundùm quod hîc referunt Ioannes de Platea, & Nic. de Neapo, hîc, in iij. & vlti. q. extra glo. & vide glo. & ibi not. Barto. in l. cùm debitor. ff. de pigno. actio. & habetis
185 in specie per Angel. & latius per Ioannem de
a Platea hîc. ¶ † Et, si vultis scire differētias, quæ sunt inter pignoratitiam actionem, tam directam, quàm contrariam, & actionem hypothecariam, videte glo. solennem in §. tertij. versi. æmula. & melius in verbo, ealdē res. in procemio Digestorum. & dicit Barto. quòd aliàs in corpore iuris non habemus meliorem gloss. illa. & ibi videte melius per Barto. qui ponit in quibus conueniant, & in quibus differant suprà scriptæ actiones. Cuius verba simpliciter sequitur, nullo addito, Ange. hîc. Et vltra differentias ibi traditas, videte etiam aliam differentiam per Barto. in l. si rem. §. propriè. per illum text. ff. de pigno. actio. & ibi etiam per illum textum in ver. propriè. ponit singulariter Barto. an statuta loquentia de pignore, habeant locum in hypotheca, vt ibi per eum. ¶ Sequitur in tex. de actione familiæ erciscundæ, & actione communi diuidundo. in istis vide particulariter libellos vnà cū suis opportunis materijs in §. quædā. s. eod. ¶ In actione autem præscriptis verbis, quæ pro æstimato competit, vidimus eius libellum vnà cum sua materia. s. in gloss. in ver. pro æstimato. Eodem modo in actione præscriptis verbis ex permutatione, vidimus libellum vnà cum sua materia. s. in gloss. in ver. ex permutatione. ¶ Superest vltimo loco, vt videamus libellū in petitione hæreditatis, quæ vltimo loco enumeratur hîc in text. Pro introductione materiæ videnda sunt aliqua circa istam petitionem hæreditatis, quæ multum conferunt ad formam libelli.
186 † In primis, cui competit ista actio. Et expeditum est, quòd directa petitio hæreditatis competit illi, qui est hæres de iure ciuili, siue ex testamēto, siue ab intestato, siue per se, siue per mediā personam etiam extranei: vt l. j. ij. & iij. in princip & §. j. & fi. ff. de peti. hære. & quod in istis locis notat glo. maximè in d. l. ij. & iij. in glo. magna. Et intantum ista sunt vera, quòd etiam si ante me fuissent mille successores, quorum vnus successisset alteri, ego, qui sum hæres vltimi, possum me dicere hæredē primi, & petere hæreditatem primi defuncti, tanquam eius hæres: quamuis ab eo non sim institutus hæres, nec etiam succedam ab intestato: imò plus, etiam non facta mentione illorum, qui medij fuerunt in successione, & talis li-
187 bellus procedit: quia † qui hæredis est hæres, etiam primi testatoris
a est hæres: vt l. paterfa. [a] primis tabulis. in fi. de vulg. & pupil. quem ibi in terminis notat Barto. pro dicto libello, & ibidem alij scribentes post eum. Ad idem text. in l. fi. C. de hęredi. institu. quem etiam not. ad hoc Barto. ibi, & latiùs Bald. in xvij. q. & in seq. q. & seq. & etiam in xxij. q. Ad idem est text. in l. iij. & ibi glo. mag. circa mediū. & ibi Barto. ff. de peti. hęred. ad idem text. in l. si quis filium. §. fi. & ibi Barto. in bonis lecturis. ff. de acqui. hęre. & ibi moderni post eū. & Barto. in l. si defensor. §. illud. ff. de interroga. actio. & Barto. licet non ita clarè, in l. & an eandem. §. actiones. in fi. ff. de exceptio. rei iudi. Imo. in l. iij. ff. de vulg. & pupilla. & in l. iij. §. ex pluribus. ff.
188 de acquiren. posses. in notabilibus. ¶ † Et per ista dicebat etiam Barto. in d. l. si. C. de hæred. institu. quòd si aliquis fuit hæres patri suo pro vna parte ex persona sua, & pro aliis partibus ex persona fratrum suorū præmortuorum, quòd nihilo minus rectè agit, licet in libello simpliciter se esse hęredem patris sui in solidum dicat, per suprà scripta. Dixit tamen ad suprà scriptorum limitationem, & declarationem Barto. in d. l. si defensor. §. illud. per illum text. ff.
189 de interroga. actio. † quòd si interesset legatarij, fortè propter legata, vel substitutiones, vel fortè propter separationem bonorum, quam à iudice impetrauerat, & sic propter hoc deliberatio aduersarij impediretur, posset iudex ad instantiā partis interrogare an sit hæres in totum ex persona sua, an verò per mediam personam, id est, alterius: & consequenter an sit hæres mediatè, an immediatè: & ad hoc cogetur respondere. Quòd dictum sequuntur etiam Canonistæ, vt Anto. de But. Imo. & Abb. Panor. in c. ij. extra de lib. obl. Et per hoc ego credo non esse veram vnam limitationem, quam ad suprà scripta tradit Ioannes de Platea hîc, vbi dicit quòd eo casu, quo facta esset distinctio, & separatio bonorū, & hæreditatis primi defuncti, & eius hæredum ad instantiam creditorum, quòd isto casu prædicta non habent locum: vt isto casu posset quis

a ¶ Paterfam. Vbi ad hoc vide Frā. Are. & domi. Ias. May. & Fran. in l. cum filio. in vij. col. de leg. j. & in l. cū filio. de vulg. & pupil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✱Aduerte, quia d. l.ij.nihil facit:nã loquitur in additiõe hæreditatis, in qua necessariò quis tenetur scire vtrũ ex testamẽto vel ab intestato adeat: vt latè per Barto.in repe.l.is potest.ff. de acqu. hæred.nos loquimur in eo,qui post additionẽ agit petitione hæreditatis:quo casu quid agendum sit, videtur apertè docere nos iurisconsul. in d. l. si defensor. §. illud.ff. de inter. actio. vt non teneat exprimere,nisi aduersarij interlit: & tũc ad eius petitionẽ exprimã. Et nunquid eius interfit, vel non,relinquitur cognitiõi summariæ iudicis: vt d.§. illud. & ideo videtur quòd libellus absque tali expressione sit admittendus, ex quo interesse aduersarij mei probabiliter possum ignorare, argu. l. j.§.quia autem.ff. quor. leg. & eorũ quæ tradit Bart. in l. voi autem.§. qui illud, aut illud. ff. de verborum oblig.& latè vidimus s.i §.sed istæ. col. xiiij. & xiij.& videbimus J.in §. curare.col. ij. versic.secundò fallit. Sed attẽde quia contra prædicta facit quòd imò expressio talis requiratur.Nã hæres agendo petitione hæreditatis,petit se declarari hæredem : vt per Bart. in l.j.in princip. col.ij. ff. de edend. & l. regulariter.cum l. seq.ff.de peti.hæred. quo casu sine tali expressione non videtur q aduersarius commodè deliberare possit vtrum velit cedere,vel cõtendere: ergo debet exprimi, arg. l.j.in princ. ff. de edend.& cle.ij.vt lite penden. posset enim esse quòd si contenderet se hæredem ex testamento, aduersarius vellet litigare, secus forsan ab intestato, simpliciter,& in solidum dicere se hæredẽ primi defuncti.Alleg.ad hoc l.si creditores. & ibi Barto.ff.de sepa.bo. quia imò vult Bart.contrarium in d.§.illud.vt suprà retuli, dum vult quòd etiam si interfit aduersarij, quòd esset quãdo facta esset separatio bonorum, vt suprà declaraui, tamen semper illa simplex petitio admitteretur, quamuis posteà ad instantiam partis posset iudex interrogare, vt suprà. Nec obstat d.l.si creditores.& ibi Barto.in fin.quia solum dicit ibi Bar.per illum tex.quòd quamuis facta aditione per hæredem efficiatur totum vnum patrimonium hæredis: & est glos. in ver.per vnum.in l.j.§.veteres. ff.de acquirenda possessio.& dicam circa hoc infrà multa pulchra: tamen si fuit impetrata separatio bonorum ad instãtiam creditorum, hoc casu debebunt vendi bona defuncti, tanquam defuncti,non tanquam hæredis,per illum tex.in ver. quasi defuncti bona. Quod reputat Bald.ibi multùm not.quia hoc fateor. Et nihil penitus obstat prædictis, quòminus etiam impetrata separatione bonorum non posit agens in libello dicere simpliciter se esse hæredem in solidum primi defuncti. Nec per hoc nego quin si posteà deueniendum sit ad venditionem bonorum, quòd facta separatione debebunt separatim vendi bona defuncti,tanquam defuncti,non tanquam hæredis,per d.l.si creditores.
190 cum ibi notatis per Barto. ¶ †Item prædictis, inquantum dixi quòd ille, qui est hęres vltimi, potest dicere se hæredem primi testatoris, nec propterea libellus vitiatur, addite illud , quòd singulariter dicit glo.singu.in l.iij.in glos.mag. in ver.intendere.ff. de petit.hæred.quòd est adhuc fortius, videlicet q si primus , puta Seius mortuus sit ab intestato,nullo penitus condito testamento,& ille,cui immediatè succesi,puta Titius,fecerit testamentum,in quo instituerit me hæredem, q ego in libello possum dicere me hęredem illius primi Seij ex testamento, quamuis ipse nullum fecerit testamentum, qd̃ est secundùm illam gl. mirabile. Eodem modo econtra , si ille primus Seius fecisset testamentum,& ille Titius ab intestato decessisset,ex cuius persona ego venio :certè possum in libello me dicere hęredẽ ab intestato illius primi Seij, quamuis ipse condiderit testamentum. Et hoc ideo,quia debet attendi causa proxima, & non remota, scilicet an vltimo loco defunctus, cui ego immediatè succedo, fecerit testamentum, vel ne.Bartolus tamen ibi aliter distinguit.ibi
191 videte per eum. ¶ †An autem in libello petitionis hæreditatis teneatur quis exprimere an sit hęres ex testamento,vel ab intestato,an verò sufficiat simpliciter dicere se hæredem , determinat vbique Bar. q non sit necesse exprimere: quemadmodũ non est etiam necesse exprimere an quis sit hæres immediatè per se,an verò per mediam personã, vt s. vidimus: quia secundùm Bart.cùm petitio hæreditatis sit in rem, & vniuersalis, admittitur petitio vniuersalis causa nõ expressa : vt l.sed & si lege. §. petitio. ff.de peti.hære. & in l.si mater.in prin.ff. de excep.rei iudi.Causa tamen cognita, secundùm eum , si videret iudex multum interesse rei conuenti posset cogere actorem ad declarandum per d.l. si defensor.§.illud.ff. de interrog.ac. & dixi s.ita tenet Bar.in d.l.ij.ff.de peti.hæte. De quo tamen quia nõ est sine dubio, & multi tenẽt contrariũ, q imò quis teneatur exprimere in libello an sit hæres ex testamẽto, vel ab iteſtato: videatis etiã tex.& ibi Bar.in d. l.si defensor.§.illud. & tex.in l.j.in versi.velut
a ex testamẽto. [a] ✱C.de succes.edi.& ibi Bal.qui illum ponderat ad hoc cõtra prædicta. Videatis etiam per Bal.in l.j.in prin.ff.de eden.in xx. col.dum format libellum in petitione hæreditatis.& per eũdem in l.edita.in repe. Paduana, in xx.col.C. de eden.& in l.Gallus.§.j.in pe.col.ff.de lib.& posth.& in l.si is,ad quem.per illum tex.ff.de acquir.hære. & ibi etiam Pau. de Cast.& Spec.in ti.de actore. §.j. ver.item quise dicit. & ibi etiã per Bal.in addi.& per Hosti. Io. And. & alios in c.ij.extra de libel.
a brocardo latè per Bal. [a] ✱ & Ang. & vide omnino Bart. in eo latè distinguentem in l. iij. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. quam distinctionem habuit per omnia à Pet. de Bel. in d. l. si creditori. quamuis de eo mentionẽ non faciat. Videatis etiã per Dyn. & Bal. in d. l. vnica. §. j. habetur etiã de materia in c. ecclesia. el j. extra vt lite pen. ¶ Et hęc materia inducitur ad aliquas decisiones per Bald. & Ange. in d. §. qui iniuriarum. de quibus ibi videatis per eos. Quas decisiones potuissem pro ampliatione præsentis §. huc

6 afferre, nisi §. esset sua dote satis oneratus. ¶ †Vnum tantùm non omitto, ad quod diligenter aduertite quod id, quod dicitur, actio surrogata sapit naturam eius, cuius loco surrogatur: debet intelligi de natura primordiali, non autem de ea, quę superuenit ei casu, & accidentaliter: puta si actio crescet ex postfacto puta per inficiationem, vt in lege Aquilia, certè hanc naturam incrementi, quę accidentaliter superueniret, non saperet actio in eius locum surrogata: quia nõ ineſt primę actioni ex sua primordiali natura. Istud est, quod signanter dixit glo. no. in l. certi condictio. in prin. in glos. mag. in verbo, ex omni causa. ad fi. ff. si cert. pet. quã Bart. ibi summè commendat, & mandat multùm notari. Et dicit quòd fortè alibi in iure non habetur ita bene. Et istud verbum illius glo. reputat etiam esse singulare Bal. in d. l. vnica. §. j. est bonus textus, quem glo. suprà scripta alleg. in l. item veniunt. §. cùm prædixerimus. ff. de pet. hære. Bald. in l. ij. C. de pac. inter empt. & vendi. & l. petens.

7 in vlti. col. C. de pac. †In hac etiam materia surrogationis in locum alterius, videatis quod signanter voluit Bald. in l. parabolani. C. de episco. & cleri. vbi per literam illius text. quem ad hoc reputat aureum, notat ibi Bald. quòd ille, qui est surrogandus in locum alterius, debet esse eiusdẽ iuris, & conditionis, cuius est ille, in cuius locum surrogatur, & debet esse talis, qui à principio potuisset ad talem locum eligi. Quod, secundùm eũ, facit contra iudices, & assessores regni, qui quando recedunt ex prouincia vt reuertantur domum, fortè ex aliqua causa necessaria, ponunt in locũ suum vnum ciuem, vel aduocatũ illius ciuitatis, vel terrę, in qua erat iudex, vel assessor. quod nõ possunt: quia à principio surrogatus nõ potuisset eligi: & propterea, secundũ eũ, cùm surrogatio non teneat, non tenebit etiam aliquid, quod per eos factũ fuerit. Ad quod vide Bart. in l. j. per illum tex. C. de prin. agent. prępo. in rebus. lib. xij. vbi ex illo tex. no. quòd quando aliquis vult aliquem sui loco surrogare, debet surrogare eum, qui sit sibi æqualis conditionis, & in moribus, & in scientia: & propterea, secundũ eũ, doctor nõ potest surro-

8 gare scholarẽ ad legendũ, quàuis sit sufficiens: vt ibi per eũ. † Videatis etiam Ang. post glo. j. in l. stipulationes commodissimũ. & Ang. & Imo. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de ver. obl. & quod notat Bart. post glo. in l. j. C. de mancipiis & colo. patri. lib. xj. contra colonos, qui faciunt cultiuare, seu putare arbores, vel vineas, vel arari terras per ineruditos colonos, & ex hoc prædia efficiuntur deterio-

9 ra, vt ibi per eum. ¶ †In hac etiam materia surrogationis in locum alterius, videte etiam Barto. in l. si quis filium. in fin. princip. C. de inoffic. testa. in iure agendi ad supplementum legitimę, quod surrogatum est in locum querelę. Videatis etiam in materia quod

no. Bar.

no. Bal. in l. fi. C. si mancipium ita fuerit alie. vbi ponit de episcopo, qui succedit in executione testamenti in locum executoris ordinati à testatore, qui fuit negligens, & cessauit in executione per annum, an talis episcopus debeat seruare formam impositam à testatore executori per eum ordinato. Vide etiam in materia quod no. dixit Bal. in l. fi. in viij. col. C. vnde cognati. ꝙ si per statutũ sit assignatum certum tempus capitaneo, ꝙ non sit assignatum Potestati, & aliquo casu Potestas sit surrogatus in locum capitanei, an

10 teneatur obseruare tempora assignata capitaneo, in cuius locũ est surrogatus. ¶ †An autem si passagium debeatur alicui ponti, qui fuerit destructus, & postea mutatus, ac renouatus, an idem passagium debebitur nouo ponti, tanquam loco primi surrogato? ponit not. Bal. in l. iij. C. de priuil. fisci. Ad quod etiam faceret quod idem Bal. not. in l. ij. in xvij. q. C. de serui. & aqua. & quod not. Bal. in l. si

11 plures. in v. col. C. de condi. in stit. ¶ †Secundò principaliter notate ex hoc tex. ibi: meruit vt bonæ fidei sit, ꝙ actio ex stipulatu pro dote competens, est bonæ fidei. Ad idem text. in d. l. vnica. §. sed & si non ignoramus. hìc alleg. in glo. parua. in ver. meruit. ¶ Iuxta istud notabile dubitat Ioan. Fab. hìc in ij. col. nunquid quemadmodum actio ex stipulatu pro dote competens, est bonæ fidei, vt hìc,

12 † eodem modo ipse contractus matrimonij sit bonæ fidei. Et dicit videri ꝙ nõ, cùm dolus dans causam cõtractui matrimonij ipsum non vitiet ipso iure. Allegat ad hoc tex. qui mihi nihil facit, in c. vèniens. extra de conuer. coniug. & tamen dolus dans causam cõtractui bonæ fidei, annullat ipso iure ipsum cõtractum. l. & eleganter. in prin. ff. de dolo, tamen, secundùm eum, durum est dicere ꝙ actio

13 de dote sit bonæ fidei, & nõ ipse cõtractus: nihil aliud dicit. ¶ † Ego teneo ꝙ cõtractus matrimonij sit bonæ fidei. Nec obstat arg. Ioan. Fab. ꝙ dolus dans illi causam non vitiat ipso iure: quia respondebo ꝙ imò vitiat, distinguendo vt no. distinguit Bald. in l. cùm Archimedoram. vel vlterius quæro de tali quæstionæ. C. vt in poss. legã. quem etiam retuli in §. proximè præcedenti in glos. mag. in secunda parte principali. s. eo. dum ibi opportunè, & latè tetigi, quando dolus dans causam contractui bonæ fidei reddet ipsum contractũ ipso iure nullũ: & ibi etiam tetigi quid de dolo dante causam ma-

14 trimonio. ibi videatis. in v. & vj. col. ¶ † Suprà scriptum notabile, quod actio ex stipulatu pro dote competens est bonæ fidei, clarissimè procedit ex parte vxoris agentis ad repetendam dotem. Dubium ergo est, quid de actione ex stipulatu, quæ etiã competit marito ad consequendam dotem, an illa etiam sit bonæ fidei. Omissis oppositionibus Pet. de Bellaper. & Iac. de Are. relatis per Ioan. Fab. hìc, in ij. col. dicite paucis ꝙ sic, quòd eodem modo actio ex stipulatu competens marito, siue contra vxorem, siue contra patrem vxoris, siue etiam contra extraneum, qui dotem promisisset, semper est bonæ fidei. Et ita in terminis tenet glo. fi. in l. de diuisione. ff. solu. mat. & ibi istud idem firmat Bar. & alij doct. Idem etiam tenet Pet. & Cy. in d. l. vnica. §. sed & si non ignoramus. quia non reperitur ꝙ ex vno contractu actio sit bonæ fidei ex vna parte, & ex alia sit stricti iuris: vt ibidem per eos, quamuis contrarium teneat, & male, glo. mag. in ver. nec cogitur. ante medium. in l. ij. ff. sol. ma. quam secutus est Iac. de Are. in d. l. de diuisione. & in hoc §. nostro.

15 sed non bene. Est tamen verum † ꝙ actio ex stipulatu, quæ competit extraneo ad repetendam dotem, quam ipse dedit, est stricti iuris, & non bonæ fidei: quia illa non competit à lege extraneo, prout ista competit viro, & vxori: & opus est ꝙ illam extraneus sibi acquirat ex propria, & expressa stipulatione. d. l. vnica. §. accedit. & l. auia. C. de iure do. & per consequens nõ ex stipulatu, de qua loquitur §. noster. & d. §. sed & si non ignoramus. quæ est bonæ fidei. Et ita fatetur Bar. & doc. in l. de diuisione. & ita saluant glos. in d. l. ij. & Iac. de Are. s. relatum. Et ita per omnia tenet etiam Ioan. Fab. hìc, in ij. col. & Ange. in iiij. col. in glos. in verb. meruit. & Nico. de

16 Neap. in j. col. ad fi. in post. ad tex. ¶ †Hinc sumpta occasione, quia actio illa ex stipulatu est bonæ fidei ex vtraque parte tam mariti, quàm vxoris, & consequenter in ea currunt vsuræ, prout & in aliis actionibus bonæ fidei à tempore moræ, & ex vtraque parte tam mulieris, quando dotem non præstat, quàm mariti, vel eius hæredum, quando dotem non restituunt soluto matrimonio. Et

a est tex. in specie in l. in insulam. §. vsuras. ff. sol. matri. & ibi Barto. & doc. examinant impertinenter Ange. hìc. Nunquid tales vsurę debeantur, & peti possint, etiã de iure canonico. quod

17 est vtile scire, †cùm in talibus, in quibus agitur de peccato, stamus iuri canonico, etiam in foro ciuili, iuxta not. in c. j. & ij. cum si. extra de no. ope. nun. Verùm quia articulus iste huc trahitur extrauaganter per Ang. ideo me remitto ad eum, qui satis plenè examinat. Vltra tamen eum addo vobis pleraſq; opportunas remissiones, quæ vobis sufficient. Videatis ergo principaliter Barto. in d. l. in insulam. §. vsuras. & ibi Rapha. Cuma. insurgentem distinctioni Bart. & ibi latissimè vltra omnes per Ioan. de Imo. quorum omnium scripta, & opiniones refert particulariter Ange. de Are. hìc. Videatis etiam principaliorem tex. de Mundo in c. salubriter. extra de vsur. & ibi Inno. Io. And. & alios & tex. in c. conquestus. cum ibi plenè tra-

18 ditis per glo. & doct. in eo. tit. extra de vsur. & ibi glo magistra enumerat complures casus, † in quibus vsuræ permissæ sunt, etiam de iure canonico videatis etiã Cyn. Bal. & Salic. in d. l. vnica. §. exactio. Bart. in l. at qui natura. §. non tantùm sortem. ff. de nego. gest. & in consilio suo incipiente, Franciscus vxorem quãdam nomine Thomasiam. & l. si constante. §. quoties. ff. solu. mat. Bal. in auth. ei, qui. xv. col. C. de bo. au. iud. post. Bal. & Imo. in l. diuortio. ff. solu. mat. in prin. Ange. in l. Titia. ff. de sol. Et de quibus vsuris, & de qua quantitate loquatur, & intelligi debeat tex. sic simpliciter locutus in d. c. salubriter. recurratis ad Bal. notabiliter loquentem in l. fin. §. præterea. in ij. col. C. de iur. do. Imol. in d. l. diuortio. in princip. ff. solu.

19 matrimo. ¶ †An autem valeat statutum, quòd pro dote soluan-

a tur vsuræ ad rationem de decem pro centenario, [a] ponit Bald. in d. l. fin. §. præterea. in ij. col. C. de iure dotium. & ibi singulariter tenet quòd sic: cuius contrarium tenet Ioan. de Imo. & communiter alij doct. in d. l. in insulam. §. vsuras. ff. solu. matrimo. & Ange. de Are. hìc, qui dicit quòd consuetudo, quæ viget in ciuitate Bononiæ, quòd pro dote soluantur septem pro centenario, non est bona, nec seruanda, quia est in fraudem vsurarum, & consequenter contra ius diuinum: vt hìc per eum. Ad quod videatis quod signanter valde dixit Bal. in authen. ad hæc. in ij. col. C. de vsur. quòd leges, vel statuta, vel consuetudines, quæ permittunt vsuras, etiam in vno numo tantùm, non sunt licitę, per tex. in cle. ex graui. extra de vsur. Imò secundùm eum, talia statuta sunt delenda de libris communitatum: & iudicantes secundùm ipsa sunt excommunicati: &, secundùm eum, tenentes contrarium sapiunt hæresim: vt ibi per eum, & in l. ij. eiusdẽ tit. C. de vsuris. & in rub. extra de iudic. in antiquis. Accedat etiam quod in simili tangit singulariter Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. in fina. col. in versic. quæro vtrũ missus ex primo decreto faciat fructus suos, &c. dum tãgit an valeat consuetudo, & consequenter statutum, quòd missus in possessionem ex primo decreto, faciat fructus suos. de quo ibi per eum, & per Salic. & Flo. in authen. ei, qui. C. de bo. auth. iud. pos. &

20 Bal. in l. acceptam. in xviij. q. C. de vsur. ¶ †Quando autem incipiant currere vsuræ pro dote non soluta marito, ex cuius parte vsuræ tantùm permissę sunt, etiam de iure canonico, secundùm magis communem opinionem, de qua in locis suprà allegatis proximè: dicit Angelus de Aret. hìc, quòd post biennium à die ductionis vxoris ad domum mariti, & non ante: quia ante nec vsuræ, nec alimenta pro dote, quæ vice vsurarum vulgò appellantur, debentur marito: per lapsum autem biennij contrahitur mora irregularis. Text. est de hoc multum notab. quem Angel. de Aret. hìc reputat ad hoc singularem, in l. finali. §. præterea. C. de iu. do. Et hoc dicit ipse Ange. esse ad practicam perpetuò notandum. Addo quòd contrarium tenuit glos. in l. de diuisione. in glos. fin. ff. solu. matr. quæ vult quòd imò mulier, quæ dotem promisit, teneatur ad vsuras, & fructus ex die cõtracti matrimonij, nõ expectato

lapsu

¶ Pro centenario. Vide Fran. Aret. in l. j. C. de sum. tri. & do. Alex. de Imo. in l. quis sit. de edil. edi. & in consil. lij. in iiij. parte. & Card. in cle. j. per illũ tex. ff. de vsur. xxj. q. v. Pet. Phil. Cor. in cõsi. xix. incip. videt in litera ꝛ, in iij. parte. Et nũquid maritus aliquid petere possit, vel recipere ratione retardatę solutiõis, vide do. Barth. Soc. in cõsil. clxxvj. incip. præsens. ver. sextò addu. in secunda parte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lapsu biennij. Quam glos. licet impugnarent doc. antiqui fac. de Are. Pet. ⁂[a] & Cy. per tex. in d.l.fi. §. prętereà. tamen Barto. in d. §. prętereà. saluat illam glos. duobus modis. Primò vt d. §. prętereà. loquatur in extraneo dante dotem, qui non cõstituitur in mora quo ad fructus, & vsuras, nisi elapso biennio: secus autem sit in ipsa muliere dante dotẽ, quæ statim constituitur in mora à die contracti matrimonij. Vel secundùm Bar. posito quòd d. §. prętereà. loquatur etiam in muliere dante dotem, potest intelligi vt procedat quo ad hoc vt mulier teneatur ad vsuras maiores, secundùm dispositionem illius legis, vt ibi per Barto. & per eundem in d.l. de diuisione. ff. sol. mat. & ibi latissimè per Moder. Et quamuis cum saluatione Bart. s. relata teneat Bal. in d.l. de diuisione. tamen ipsemet Bald. in d.l.fi. §. prętereà. in penulti. col. ver. reuoco in dubium: pone quòd mulier, &c. vbi hoc latè examinat vsq; ad fi. illius §. tenet contrariũ per aliquas rationes, de quibus ibi per eum. Quibus omnibus particulariter respondet Ludo. Ro. in d.l. de diuisione. vbi tenet cum Barto. & eum defendit. Intelligite tamen quod dictum est de biennio, sanè, quando aliàs non fuisset dos promissa ad diem certam: aliàs autem si promissa fuisset ad diem certam, tunc esset expeditũ quòd eius lapsus induceret moram irregularem. l. magna. cũ vulga. C. de contrahen. & cõmit. stipula. Et in terminis nostris quòd dies certa interpellet, est expressum in d.l. vnica. §. exactio. quã ibi Bal. not. ad hoc. Vnde ab eo die inciperent currere vsurę, si maritus interim sustineret onera matrimonij. Item intelligite quod dictũ est de biennio, nisi aliàs intercessisset interpellatio mariti, iuxta l. si ex legati causa. cum ibi traditis. ff. de ver. oblig. quia tũc etiam à die interpellationis inciperent currere vsurę. Et in istis duobus casibus non esset opus expectare biennium, & sic mora irregularem, cùm habeamus regulare, ar. notatorum in l. in prouinciali. §. j. per Bart. & alios. ff. de no. ope. nun. Et hoc etiam ponit, & sequitur Ange. de Are. hîc suprà scripta omnia, tam de lapsu biennij, quàm diei certę, seu interpellationis factę à marito, quibus casibus incipiant vsurę currere, vt prędixi, limitat singularissimè, & suprà omniũ æstimationem, Bald. in quodam suo consilio incipiente, in Christi nomine amen: post biennium à die ductionis, &c. nisi posteà fuerit omissa petitio talium vsurarum longo tempore, scilicet decẽ annorum: quia tunc dictæ vsurę, vel alimenta pro dote per maritum petita non fuissent, iuris intellectu tacitè presumuntur remissa, ita quòd pro prætcrito tempore peti non possunt. Alleg. ad hoc Bald. casum in terminis valde singularem in l. cùm quidam. §. diuus. ff. de vsuris. vbi formaliter inquit Iurisconsultus, Longi temporis interuallum per quod prætcritas vsuras petere omisisti, vt apud debitorem tuum gratior esses, indicat te amplius eas non petendas putasse. Et hoc dictum esset literis aureis scribẽdum, quia est quotidianum, & summè vtile. Pro quo dicto etiam satis facere videtur tex. in l. vir vsuras. ff. de dona. inter virum & vxo. & ibi Barto. in summario, [b] ⁂ qui dicit illum casum not. & quod etiam ibi Salic. Istud singulare dictum Bald. multùm commendat Ange. hîc, in x. col. sed posteà in col. seq. istud impugnat, & dicit quòd contrarium consuluit in contingentia facti: quamuis subiiciat quòd non reperiat illud ab alio tactum. Motus non alio fundamento, nisi quia nõ reperitur iure cautum. Et ad d.l. cùm quidam. §. diuus. respondet Ange. de Are. hîc quòd loquitur in vsuris, quæ sunt odiosæ: vt habetur in l. iiij. & in l. cũ allegas. C. de vsuris. Ergo sunt restringendę, & faciliter præsumuntur remissæ: arg. regulæ odia. de reg. iur. in vj. & l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. Et licet alimenta dicantur debita marito pro suo interesse, & fauore sui, cùm sustineat onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure do. & ideo non ita faciliter, nec tam breui tempore debent præsumi remisse. ¶ †Item, secundùm eum, in vsuris debitis marito pro dote, maritus tractat de damno vitando: hinc est quòd nunc permissæ etiam sunt de iure canonico. c. salubriter. extra de vsuris. & dixi s. latè. & in aliis vsuris, quas prætendit alius creditor, puta mutuans tractat de lucro, & ideo de lucro ad damnum non est bona argumentatio. l. fi. §. & si præfatam. ver. sin verò creditores. C. de iure delib. ideo non tam breui tempore debet præscribi posse vsuris debitis marito, sicut præscribitur in aliis vsuris, per d.l. cùm quidam: §. diuus. Ad l. vir vsuras. s. allegatam, quæ certè non multùm stringit, respondet hîc Ange. multipliciter: primò quòd ibi maritus expresè liberauerat vxorem ab eo, quod sibi debebat per donationem, quæ posteà confirmata fuit morte: vt ibidem tenet glo. in ver. donationibus. cum qua transit ibidem Salic. vnde nil mirum si ibi vsuræ amplius peti non possunt, quarum petitio sublata est, non solùm tempore, sed donatione expresè facta. Vel aliter respondet Ang. de Are. quòd ibi non dicitur de cursu decem annorum, sed dicit simpliciter tex. quòd non petiit vsuras: & sic non dicit, quanto tempore steterit ad non petendum vsuras: vnde fortè plus quàm decẽ anni transierunt. & ideo nil mirum si sibi sublata fuerit petitio vsurarum: vt l. omnes. cum fi. C. de præscript. triginta anno. Sed audite, iudicio meo, pro illo singularissimo dicto Bal. multum, & ineuitabiliter stringit text. ille in d.l. cùm quidam. §. diuus. & sol. Ange. de Are. ad illum text. est multùm debilis: tamen si casus in facto contingeret, ego tenerem & consulendo, & iudicando contra illud dictum Bald. quòd imò, etiam si sit lapsum decennium, tamen non sit præscriptum quò minus maritus posit petere vsuras præteritas. Moueor per regulam vulgatam, quæ habet † quòd actionibus personalibus non præscribitur [c] minori tempore triginta anno. l. si quis emptionis titulo. & l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. triginta vel quadraginta ann. siue dicamus tales vsuras petendas esse à marito iure actionis, siue etiam dicamus quòd peti nequeunt iure actionis, sed officio iudicis, secundũ quod tenet, & quod declarat Imol. in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matri. quem refert, & sequitur Ang. hîc, in vij. col. & dicit esse notandum ad practicam: quia in hoc frequenter erratur in actu practico: quia adhuc habeo intentum, cùm officio iudicis non præscribitur minori tempore triginta anno. vt est glos. quæ vulgò reputatur singularis, in l. sicut. in ver. persecutione. C. de præscript. triginta vel quadraginta ann. quam Bald. ibi dicit non haberi alibi in iure. & eam etiam dicit singularem Bal. in l. j. in ij. col. C. de execu. rei iudi. sed habet glos. consociam, loquentem tamẽ per verbum dubitatiuum, fortè, in l. querela. in glos. j. C. de fal. ponit no. Barto. & ibi hoc limitat in l. prætor ait. §. fin. ff. de ope. no. nun. Ad d.l. cùm quidam. §. diuus. quamuis multũ stringat vltra sol. Ange. s. relatam, quę mihi debilis videtur, possum respondere quòd ibi tex. non loquatur de decennio: nam quamuis dicat de longo tempore, quod regulariter interpretatur decem anno. vt not. gl. in rub. C. quę sit long. consue. & glo. in l. de quibus. in gl. in ver. inueterata. ff. de leg. & glo. in §. ex non scripto. in gl. in verb. diuturni. s. de iure natu. gen. & ciui. Et alleg. l. sed cũ fideicommissaria. §. Aristo. ff. qui, & à quibus. tamen ibi vario modo intelligitur. nam glo j. ibi super ver. temporis. intelligit de tempore triennij, vel quinq; anno. Cy. verò in l. aduersus. C. de vsur. post Pet. tenet illud tempus relinqui arbitrio iudicis, tanquam tempus indeterminatũ. Ista tamen solutio non est tuta, nec placet mihi. Vnde aliter respõdeo ad d. §. diuus. tenendo quendam peregrinum intellectum Iac. But. ibi ad illum tex. quem refert fuisse Hugo. glos. antiqui, secundùm quem ille tex. de directo faceret contra Bal. & iste intellectus satis applaudit illi literę, videlicet quòd ibi non allegaretur solum tempus decennij vsurarum non petitarum, sed etiam quoddam iudicium de remissione vsurarum: nam, vt ibi inquit text. ideo non petierat vsuras, vt debitori gratior fieret: & sic ibi nõ ex solo lapsu decennij erat sublata actio ad vsuras debitas, sed etiam ex remissione vsurarum insurgente ex eo quòd creditor vellet gratior fieri debitori, & fortè quod illud dixerat debitori: quod tamen diuinat. Aliàs secundũ ipsum Iac. But. non possemus dicere quòd tam modico tempore triennij, vel quinquennij, vel etiam decennij fuisset prescriptum illi actioni personali ad vsuras: cũ personalibus actionibus, vt dixi s. non prescribat minori tempore triginta anno. Cogitabitis tamen circa intellectũ illius tex. quia non possum inficiari,

prout etiam s. dixi quin mihi multùm stringat pro dicto Bal. s. relato. [a] ⁂ ¶ †Restat vt succedẽs iuxta hîc dicta per Ang. examinantem vobis, an si solutũ sit matrimoniũ mortè mariti, & dos consistat in pecunia numerata, vel in aliis rebus mobilibus, quo casu debet restitui intra annum [b], ante tamen lapsum anni hæredes mariti cogi non possunt ad restituendã dotem. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. nũquid intra illum annum post solutum matrimonium debebit mulier ali ab hæredibus mariti. In quo, vt paucis rem absoluam, cõmunis opi. habet quòd interim sit alenda mulier, si nõ habet vnde se alat: quicquid tenuerint Vltramontani contra hanc opinionẽ insurgẽtes. De quo vide glos. in l. diuortio. in princi. in glo. in verbo, facto. & ibi Bar. & Bald. Ange. & Imo. & reliquos scribentes. ff. solu. mat. & glos. latiùs, quàm alibi, hoc examinãtem in d.l. vnica. §. exactio. in ver. restituendis. & ibi per Cy. Bar. Bal. & alios doct. & gl. in l. pe. in glo. fin. in verb. vxor. ver. fi. ff. vt in pos. leg. Cy. & Bal. in l. fi. C. de bo. ma. Specu. in titu. qui filij sint legi. §. istis. ver. nunc dicamus. & Ange. hîc, videatis etiam Ange. in l. Titia. ff. de solu. volentẽ quòd †quamuis vsuræ sint de iure canonico prohibitæ ex parte mulieris, secundùm magis communem sententiã, de qua in locis s. traditis, tamen si mulier non potest aliunde se alere, potest petere vsuras loco alimentorum: maximè si est intra tempus luctus, cùm videatur adhuc deseruire communi matrimonio. Motus per tex. in d.l. Titia, qui tex. indistinctè loquitur, & videtur amplius velle, quòd etiam idẽ sit post annum. Cogitabitis tamen: quia tex. ille loquitur de iure ciuili, & aliud est de iure canonico circa has vsuras, per suprà scripta. Hanc communẽ opi. quæ habet vt intra annum mulier alenda sit ab hæredibus viri, si aliunde nõ habeat vnde se alat, limitabitis non procedere, quãdo hæredes viri vellent incõtinenti soluto matrimonio restituere dotẽ non expectato lapsu anni. Quod facere possunt, eò quia dilatio illius anni fuit inducta in merũ fauorẽ hęredũ mariti: ar. l. si ita relictũ. §. Pegasus. ff. de leg. ij. ergo ei renũtiare possunt per vulgatã regulã. l. si quis in conscribendo. C. de pac. Certè tũc nõ tenebuntur præstare alimenta vxori. Ita signãter tenuit Bald. in authen. & qui iurat. col. xiiij. ver. quæro, pone mulier missa est in possessionem. C. de bo. auth. iu. pos. & refert etiã, & sequitur Ange. hîc. [c] ⁂ ¶ †Secundò singulariter limita, & alij hoc nonponunt videlicet q̃ mulier intra annum sit alenda ab hæredibus viri, procedat ea durantẽ in viduitate: aliàs non. Ita Cy. & Richar. Malum. in l. fi. C. de bo. ma. quos refert, & sequitur Ang. in d.l. diuortio. in prin. ff. sol. ma. Allegat etiam ad hoc l. Titia. ff. de sol. Est verũ quòd Bal. in d.l. diuortio. aliter dicebat. Hunc passum, cùm expedierit, videatis latè notatũ per Ioã. de Imo. ibi. ¶ †An autẽ post lapsum annũ, intra quem hæredes mariti debebant dotẽ soluere, teneantur adhuc vxorẽ alere? Videbatur prima fronte quòd sic: quia si intra annum, intra quem hæredes mariti nunquã dicuntur in mora, per d.l. vnicã. §. exactio. C. de rei vxo. act. tenentur alere mulierẽ, quando nõ habet aliũde, vnde se alat, per suprà scripta: quãtò fortius debebunt teneri post annũ, quo elapso dicuntur in mora constituti absque alia interpellatione, vt s. dixi. Hoc non obstãte concluditur magis cõmuniter contrariũ quòd post lapsum annum nullo modo mulier nec alimenta, nec aliud quicquam percipere possit ab hæredibus mariti: quia censetur lucrũ vsurarum: quod est prohibitum. c. quia in omnibus. extra de vsur. eò quia mulier debet sibi imputare, quia non repetit dotẽ, cùm lapso anno dilatio data à lege hæredibus mariti, sit tunc finita. d.l. vnica. §. exactio. & mulier possit agere non obstante sibi aliqua exceptione. Et ita tenuit Inno. in c. salubriter. in fi. extra de vsur. & sequitur ibidem Imol. Cuius contrariũ tenuit Bal. in d. auth. ei, qui. in versi. quæro, mulier est missa in possessionem. & idem Bal. in d.l. vnica. §. exactio. Ipse verò Imol. in d.l. diuortio. distinguit quòd aut mulier habet vnde se alat: & tunc non debentur alimenta post annum eadem ratione, sicut nec debentur intra annum soluto matrimonio. aliàs secus, si modò aliàs nõ potuit ei imputare quare non exegit: vt ibi latius per eũ. Et sequitur Ange. hîc, qui propterea adhibet cautelam quòd finito primo anno mulier, quæ habet vnde se alat, repetat dotem suam, & protestetur, & instet, & sic constituat hęredes mariti in mora: quo casu interesse suũ saltem officio iudicis petere poterit: cùm actio de dote sit bonæ fidei: vt hîc latiùs per eũ. Mihi magis placet indistinctè prima opi. s. relata q̃ post annũ & si mulier non habet vnde se alat, non tamen alenda sit ab hæredibus mariti, cũ semper sit quid sibi imputetur, quare dotẽ nõ petierit, cùm possit, nihilo sibi obstante, quòd non est intra annum. Faterer tamẽ quòd si hæredes post annum interpellati differrent soluere, quòd hoc casu alimẽta peti possunt, per ea, quæ s. dicta sunt. ¶ †Ad id autem quod dixi s. quòd soluto matrimonio si dos consistat in pecunia, vel in aliis rebus mobilibus, quod hæredes mariti non tenentur incontinẽti restituere, sed tantùm elapso anno: quæ fuerit ratio, & causa huius dilationis annalis, ponit Bart. post antiquos, quos ipse ibi refert, in l. diuortio. §. interdũ. & ibi Bald. & alij. ff. sol. ma. ¶ †Quod limitauit singulariter Ang. post alios doc. ibi in §. fi. in auth. de fideiuss. vt locum non habeat in [d] mercatore, seu campsore [d], vel alio homine pecuniosõ: quia isti tenentur statim dotẽ soluere, non expectata dilatione anni. Motus per illũ tex. cum glos. in verbo, moderno. vbi campsor pro alio fideiubens potest cõueniri antè, quàm conueniatur reus principalis: & sic non habet beneficiũ authen. prędicte. C. de fideiuss. Ego in terminis nostris teneo contra hanc limitatio-

a ⁂ Do. Alex. in d.l. de diuisione. videtur magis inclinare in sententiã Petri, & Cyni, quã dicat magis equam Bart. opinionem. Sardus.

b ⁂ Vide bonũ tex. in l. aduersus. C. de vsur. Sardus.

c ¶ Non præscribitur. Adde Pau. de Cast. in consil. cexcvij. incip. visis, & põderatis. vbi etiã ponit an præscriptio currat in actione personali contra absentem, impeditũ, & ignorantem: & tenet quòd sic.

b ¶ Intra annũ. Vide Lud. Ro. in singu. versi. dicit. l. j. §. exactio.

c ⁂ Aduerte quòd licet Ang. & Iaf. simpliciter referant Bal. in d. authen. & qui iurat. attamen Bal. plus dicit q̃ si hęredes viri nolunt exhibere viduam, re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

solutione, quæ nō exegit illā commoditatem. Vnde si debitor condemnatus habeat pecuniam solutioni paratam, sicut præsumuntur habere campsores, non habet locum hoc tempus quadrimestre, per illum text.

a ¶ Mulier. Adde idem tenentē do. Barth. Soc. in cōsil. clviij. incipiē. viso ꝓcessu. ver. ex qua cōclusione infero. in 2ª cūda parte.

b ⁂ Adde ꝙ cōmunis opin. est cum Bar. in d. l. j. ff. sol. ma. sed ego publicē Bononię disputando cōtrarium firmaui, & sustinui: & hanc partem contra communē in voce audiui domi. meum Marian. Soci. iuniorē firmantē in d. l. j. in primis ꝙ ista opi. videtur casus in §. fi. in auth. vt immob. ante nup. don. vbi text. loquitur de omnibus priuilegiis doti datis, in quibus est etiā tacita hypotheca, & tamen inquit, Aliis enim omnibus huiusmodi priuilegia, nec ex antiquo dedim⁹, nec nunc damus. ergo ibi videtur casus ꝙ extraneis non competat. Et pro ista parte facit tex. in prin. in auth. vt exac. instan. do. secūdæ col. vij. ibi: non enim aliis, &c. iūcto versi. sed filij hypothecas, &c. a Et ꝙ extranei siue hæredes sint, siue nō, tacitas nō habeāt hypotheas, videtur aperte probari in l. vni. §. illud proculdubio. iuncto §. primū itaq;. & §. cūmq;. C. de rei vxo. act. vbi actio ex stipulatu trāsmittitur secundùm propriā naturam, secundùm quā nō habet tacitā hypothecā: ergo ibi etiā est casus ꝙ ista opinione. Probaui hanc sentētiā iuribus: nūc probo rationib⁹. & primò sic, Vbi persona fauorē

nem Ange. quòd imò ista dilatio anni ad soluendam dotem competat etiam cuicunque mercatori, & cuicunq; pecuniosō. Et pro hoc allego Bar. qui istud tenere videtur, licet non multùm clarè in d. l. diuortio. §. interdum. vbi contra Iac. Cy. & Ros. per eum ibi relatos videtur tenere Barto. ꝙ si maritus esset diues, & haberet pecuniam præ manibus, tamen non posset statim cogi restituere, imò debet expectare tempus anni. Et istud idem, scilicet quòd maritus licet possit incontinenti restituere spontè, non tamen possit arctari incontinenti ad restituendā: firmat apertè Bal. vbi per multa hoc comprobat in dicto §. exactio, quamuis dicat de hoc esse maximam quæstionem inter
34 doc. & ita tenent cōmuniter doct. in d. l. diuortio. §. interdū. reprobata opi. Cy. contrarium tenētis. & malè, in d. §. exactio. De quo etiam vide Iac. de Belui. in d. l. vnica. §. fructus. C. de rei vxo. acti. & Pau. de Castr. in d. l. diuortio. §. non solùm. vbi soluat opin. Cyn. vno casu, de quo ibi per eum. De quo etiam vide latè per Nico. de Neap. hîc, in iiij. q. extra glo. vbi refert multorum opi. hincinde, & eorum varia fundamenta, & finaliter tenet idem quod ego s̄. tenui post Rayne. de Forli. hîc, & Iaco. & Pet. in d. l. vnica. §. exactio. ¶ † Tertiò principaliter notabat ex hoc tex. ibi: sed & tacitam ei dedimus hypothecam. Ange. de Aret. hîc, & iudicio meo, multùm iuridicè, ꝙ actio ex stipulatu pro dote, etiā si expresè nō interponatur, præsumitur tamen tacitè à iure. Ex quo, secundùm eū, habemus notare quòd aliquando lex præsumit stipulationem, quæ non interuenit. Hoc notabile est verum in se, vt videbimus j̄. in glo. in ver. transtulimus. sed nullatenus potest colligi ex hoc tex. qui nullatenus loquitur de tacita stipulatione, sed de tacita hypotheca: vnde ista sunt multùm diuersa, ꝙ à lege intelligatur tacita hypotheca, vt dicit tex. noster, & præsumatur tacita stipulatio: quod nullatenus hîc dicitur, sed bene in d. l. vnica. in princ. C. de rei vxo. act. ¶ † Vos ergo quartò principaliter notate ex hoc tex. in suprà scriptis verbis: sed & tacitam ei dedimus hypothecam. quòd ista actio ex stipulatu, habet etiam priuilegium tacitæ hypothecę: & cōsequenter ꝙ bona mariti sunt tacitè hypothecata mulieri ª agenti actione ex stipulatu ad repetendam dotem: vt hîc, & l. vnica. §. & vt plenius, s̄. alleg. & l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. & ibi Bart. in j. not. Quod intelligit gl. nostra hîc parua super ver. hypothecam. procedere ex vtraq; parte, † tam
31 mulieris ad repetendam dotem, quàm etiam ex parte viri ad illam consequendam: per tex. in d. l. vnica, §. j. & ibi hoc dicit text. in versi. ex vtraq; parte. Accedat quod s̄. dixi in ij. not. in illo puncto, An sicut actio ex stipulatu pro dotè est bonæ fidei ex parte mulieris, ita etiam sit
32 bonæ fidei ex parte mariti. ¶ Et aduerte † ꝙ in tantum maritus dicitur tacitè habere hypothecata bona vxoris, ꝙ ista tacita hypotheca competit etiam pro euictione dotis, quando dos fuisset euicta à marito. Text. est in d. l. vnica. §. j. in ver. vel rebus dotalibus euictis. & ibi not. Bar. illum text. ad hoc, quod limitant ibidem Bar. & Bal. post glos. ibi: & dicunt esse intelligendum secundùm tex. in l. j. cum glo. magistra, & signāda super verbo, in factū. C. de iu.
33 dot. vbi habetis, † an, & quādo dans dotem teneatur de euictione: quia aut dos incipit à promissione: & tunc dans dotem tenetur de euictione. Aut à traditione: tūc secus: vt ibi latiùs habetur. Et traditur in simili in donatione, an, & quando donans teneatur de euictione, in l. Aristo. §. fi. vbi est text. & ibi per glo. Barto. & alios. ff. de dona. Et in terminis nostris recurratis ad latè tradita per Bald. in d. l. j. C. de iu. do. vbi latissimè ponit hanc materiam, An & quando dans dotem teneatur de euictione. De quo etiā videatis aliquid per Ange. hîc. Et vnū
34 in hac materia notate, † quòd mulier non tenetur aliquo casu de euictione rei dotalis, si maritus fuit sciens rem esse alienam, nisi expresè promissa fuerit euictio. Tex. est in l. si à matre. cū glo. in ver. nullam. C. de iure dot. Item diligen-
35 tissimè notate † ꝙ in donatione facta à patre filio, aut filię, non habet locū euictio. Istud est, quod voluit singu. Bal. in auth. ex testamen-
36 to. in ij. col. ad fin. C. de colla. † Nunquid autē extraneus, qui dedit dotē pro muliere, & pactus est, illam sibi restitui, iuxta l. vnicam. §. accedit. s̄. alleg. habeat istam tacitam hypothecā. Determinat Ange. de Are. hîc ꝙ nō, per nunc tex. vbi, secundùm eū, videtur casus de hoc: & idem tenuit ante eū Dy. hîc, in iiij. col. & Bald. hîc, & secundùm quod refert Ange. hîc, idem etiam tenet Sali. in d. l. vnica. §. j. in versic. item quæro si extraneus, &c. & dicit Ange. de Are. hoc esse bene notandū: quia in materia ista omnis ille dicitur extraneus, qui non habet mulierem in potestate: vt est tex. in l. vnica. §. extraneum. Et idem etiam, scilicet quòd hoc privilegiū tacitę hypothecę nō competat extraneo, tenuit Io. de Pla. hîc, in iij. col. qui etiā refert ita tenere Sali. s̄. alleg. in d. l. vnica. §. j. Ego sine dubio aliquo contrariū teneo, & credo ꝙ isti patres vehementer errant: quia imò etiam extraneus habet istud priuilegiū tacitę hypothecę: & istud probat cōtra eos tex. noster. quē ipsi pro eis allegāt: qui enumerādo duo priuilegia cōpetētia actioni ex stipulatu pro dote, scilicet priuilegiū tacitę hypothecę, & priuilegiū prælatiōis, dicit ꝙ priuilegiū prælationis, solius mulieris prouidētia hęc induximus: ergo vult secus esse in priuilegio hypothecę. Præterea, & fortiùs, secundū Bar. in l. j. in fi. j. col. ff. sol. ma. hanc partē probat istemet tex. noster in fi. vbi ponitur dictio aduersatiua aut, quæ innuit ꝙ quāuis priuilegiū prælationis soli mulieri cōpetat, tamē hypotheca tacita transeat ad omnes, & omnibus cōpetat. Sed nō eundo per mendicata suffragia, pro hac parte est tex. apertus in d. l. vnica. §. & vt plenius. versi. siue aliæ. pro his personę. & hāc partē firmat Bar. in d. l. j. in fi. j. col. ff. sol. ma. & idē etiā tenet ipse Bar. in repe. l. post dotem. in vj. q. principali. ff. soluto matr. vbi tenet ꝙ priuilegiū datum doti, quod meretur executionem à lege, vel homine, prout est hoc priuilegiū tacitę hypothecę, transit ad quemcunq;, etiam si iret, (vt verbis suis vtar)
b ad diabolum infernalem, & ista est veritas. b ⁂
37 ¶ † Nunquid autem hoc priuilegiū tacitæ hypothecę cōpetat cessionario, cui cessa est actio de dote

cit locum priuilegio, cessante persona, cessat priuilegiū. l. in omnibus. §. priuilegia. ff. de reg. iur. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quot. & ęsti. Sed i casu nostro hoc priuilegiū data mulieri b, vt est text. in §. quæ igitur. versi. notū enim omnibus. in authen. de priuil. do. hęret. mulier. nō dand. Ergo cessante causa mulieris, vel ipsa muliere, cessabit priuilegiū. Præterea cessante ratiōe legis, cessat eius dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cū cessante. extra de app. & dispositio ampliat, & restringitur ad limites rationis Bar. in l. pater filiū. §. fundum. ff. de leg. iij. Bal. in l. suum hęredē. in fi. C. de iure delib. Sed rationes quibus motus fuit imperator, de quibus in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habe. cessant omnes in personis extraneorū: ergo cessabit priuilegium. Nō obstat text. iste in §. nostro. nec text. in §. & vt plenius. C. de rei vx. act. & quod per ista iura dicūt doct. ꝙ detur actioni: quia nego, imò dat mulieri, vt s̄. dixi, & j. probabo col. xiij. & respondebo ad illa iura. Vel possem respōdere, si vellē dicere ꝙ daret actioni ꝙ dat actioni, sed inconsequentiā principaliter verò dat propter fauorē mulieris vt ex rationibus in d. l. assiduis. expressis probat. Nec obstat aduersatiua autē, de qua in hoc §. quia dico ꝙ satis operat, quia viua muliere soluto matrimonio. Si extraneus dotē sibi red distipulatus esset vel pactus, vel ea viuēte cederet actiones, secundū distinctionē tamē quā in col. xxiiij. subiiciam, isti tales non habebunt tacitā hypothecā

de dote à muliere, vel ab alio: ponit latè Bar. in d. l. post dotē. in penulti. & fi. col. vbi videatis: & ibi etiam per alios doct. ¶ † Nunquid
38 autem istud priuilegium tacitæ hypothecę habeat locum in spōsa per verba de futuro: glo. fi. in d. l. ij. §. fi. ff. de priuile. credi. multùm hoc disputat, & nihil clari firmare videtur, quamuis Ange. hîc referat Bart. tenere quòd sic. Et est verū quòd ibi Barto. etiam refert eam tenere quòd sic: & hoc idem tenuit Cy. in l. assiduis. in vij. q. C. qui potio. in pig. habe. Contrarium verò, scilicet quòd imò nō habeat tacitam hypothecam, tenuit glo. in l. eos. in glo. fi. iuxta princ. C. qui potio. in pigno. habean. secundùm quod eam refert Bart. in d. l. ij. §. fi. & Ang. hîc. Et hoc idem tenent Dyn. Iaco. de Are. & cōmuniter doct. & Barto. in d. l. ij. §. fi. & Lud. Ro. in l. j. ff. solu. matri. Et ista est veritas: pro qua est ratio, secundùm prefatos doct. quia hoc priuilegium tacitæ hypothecæ datur pro dote, vt hîc, & in d. l. vnica. §. & vt plenius. sed antè contractum matrimoniū per verba de præsenti non est dos: vt l. fin. C. de dona. ante nupt. ergo, &c. De quo etiam videatis quod no. Bar. post glo. in l. priuilegia. ff. de
39 priuile. credi. ¶ † An autem istud priuilegiū tacitę hypothecæ habeat locum in matrimonio putatiuo: dicite quòd sic. Casus est no. & ibi glo. Bar. & alij doct. in l. si cùm dotem. §. fi. ff. solu. matrimo. & ibi Bart. reputat illum tex. esse ad hoc singularem. De quo videatis glo. in l. assiduis. in glos. mag. in ver. sint. iuxta fi. C. qui potio. in pig. habean. & ibi Bart. & Bald. in l. j. in fine. C. de condi. ob cau.
40 ¶ † An autem hoc priuilegiū tacitæ hypothecæ competat mulieri in donatione propter nuptias, quam facit maritus vxori in recompensationem dotis, & eā lucrari debet vxor illis modis, quibus maritus lucraretur dotem, iuxta l. fin. cum auth. ibi posita. C. de dona. ante nup. & §. est & aliud. cum ibi traditis s̄. de dona. Dyn. hîc, in iij. col. in fi. tenet quòd non. Nam, secundùm eum, quamuis mulier agens pro dote habeat tacitam hypothecam, tamen si peteret donationem propter nuptias, non haberet hoc priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis quondam mariti. Motus per text. nostrum in ver. de dote sua. quem ita apostillando literam intelligit, & limitat. Qui text. secundùm eum, dum dicit, de dote sua: innuit aliud esse, si mulier experiatur de donatione propter nuptias. Secundò motus per tex. prima fronte expressum, & in terminis, in d. l. assiduis. ad fi. in ver. hæc autem. Nam in princ. illius legis vsq; ad illū versi. Imperator. concesserit mulieribus duo priuilegia. Vnum tacitę hypothecæ: & hoc erat antiquam legem, per d. l. vnicam. §. & vt plenius. Aliud priuilegium prælationis, quòd cæteris creditoribus prę feratur: & hoc fuit de nouo inductum per d. l. assiduis. vt ibi declarat Bar. in j. nota. Sequitur posteà ille versi. fi. hæc autem. in quo dicitur ad contextum: Hæc autem tantùm ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationem. Non enim pro lucro fouemus mulieres (prout in donatione propter nuptias esset) sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur, curamus. Ecce ibi qualiter
a est tex. apertus, quòd nullum priuilegium, nec tacitę hypothecæ, nec prælationis, habet mulier in donatione propter nuptias. Ego, quāuis alij scribentes nihil tangant de ista quęstione, hîc addo quod Bal. idē tenet quod Dy. in d. l. assiduis. in ij. col. vbi ad hoc expresè notat illum tex. Sed ego in hoc audaćter teneo contra Dy. & Bal. quamuis alium non habeam qui idem teneat, quòd imò mulier habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in donatione propter nuptias: Et pro hoc ego allego tex. apertum in l. vbi adhuc. iuxta princ. C. de iu. dotium. & ibi glos. in ver. suppositas. istud tenet: & idem etiā tenet glo. quæ illum text. allegat, & ab ea ego didici, in d. l. assiduis. versi. fi. in glo. antepenult. in ver. suo tempori. Pro hac etiam parte facit quod voluit singulariter Bal. in l. ij. per illū tex. C. de bo. quæ lib. vbi no. ex illo tex. quòd tacita stipulatio, quæ locū habet in dote, habeat etiam locum in donatione propter nuptias. Quod reputat multum notandum. Pro quo ego allego meliorem textum, & expressum in l. fi. in prin. in ver. vel stipulatione, vel lege. C. cōmunia vtriusq; iud. Non obstant allegata in cōtrarium: & primò text. noster in ver. de dote sua, quia respondeo quòd loquitur quantum ad priuilegium prælationis: in quo bene fateor quòd mulier nō habet illud priuilegium, vt cęteris creditoribus præferatur, nisi quādo de dote sua experitur. Et in istis terminis loquitur text. noster hîc. Innuit ergo tex. iste secus esse in alio priuilegio tacitę hypothecę: quod etiam suadet aduersatiua Autem, in hoc tex. posita, ita quòd iste tex. probaret potiùs contra eos: prout etiā hunc tex. induxi s̄. ex mente Bart. in illo articulo, an priuilegium istud tacitæ hypothecę cōpetat extraneo. Non obstat d. l. assiduis. §. fin. quia eo modo respondeo quòd tex. ille loquitur quantum ad priuilegiū prælationis, quòd mulier cęteris creditoribus pręferatur. quod priuilegium bene fateor non habere mulierem in donatione propter nuptias, vt etiam statim dixi: non autem loquitur ille tex. quo ad priuilegium tacitæ hypothecæ. Et ibi respondet gl. antepenulti. in ver. suo tempore. quòd ille ver. fi. loquatur tantùm quòd priuilegium prælationis, vt apertè patet in illis verbis illius text. ibi: & habere inter creditores sui temporis ordinem. Et per ista remanet defensata hæc conclusio contra Dyn. & Bald. quòd priuilegium tacitæ hypothecę competat mulieri, etiam in donatione propter nuptias. Quam etiam conclusionem reperi posteà simpliciter tenere Io. de Pla. hîc, in iiij. col. quamuis nullam penitus mentionem de prędictis faciat, & idem etiam tenet Ang. de Are. hîc in xxvij. col. qui simpliciter mouetur per d. l. vbi adhuc. & nullā aliā
41 de suprà dictis mentionem facit. ¶ † Nunquid autem mulier habeat priuilegium tacitę hypothecę in bonis paraphernalibus, id est, in bonis vltra dotem marito datis, quæ dicuntur bona paraphernalia: vt declarat glo. in rub. C. de pac. conuen. & ibi etiam ponit glo. quare dicantur paraphernalia, ponens etymologiam illius vocabuli Paraphernalia. & tex. no. in l. fi. ego. §. dotis. ff. de iure dotium. De hoc vos habetis tex. quòd sic, in d. l. vbi adhuc. in princ. in ver. pro rebus extra dotē constitutis. C. de iur. dot. & ibi hoc expresè tenet glo. in ver. suppositas. ad fi. & ita etiā tenet Io. de Pla. hîc, in iiij. col. & idem tenuit Azo in Sum. tit. C. qui. mo. a pig. taci. contraha. secundùm quod hîc refert Nic. de Neap. in j. col. in apostil. tex. quāuis contrarium visa sit tenere glo. in d. l. fi ego. §. dotis. in versic. sed condici. ff. de iure dotium. ª ⁂
42 ¶ † Nunquid autem mulier habeat hoc priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis maritis pro alimētis sibi debitis à marito, iuxta tradita per gl. Dyn. Bar. Ang. & Imo. & Cuma, in l. fi cùm dotem. §. finaute, in fæuissimo. ff. sol. ma. & per Cy. Bal. Ang. & Sal. & Moder. in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. & Ang. de Are. hîc, in xj. & xij. col. De hoc videatis Bart. in d. §. finaute in fæuissimo. tenentem post Iac. de Are. quòd sic, per rationē, de qua ibi per eū: quamuis referat quosdam antiquos tenere contrariū. Videatis etiā Bar. latiùs hoc examinantē: & ibi est sibi ipsi contrarius in l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. & Bar. in trac. suo alimentorū. in fi. Spe. in titu. de dona. inter vi. & vxo. §. formatis. in ver. sed nunquid bona viri. Io. And. in addi. Spec. in eo. tit. de dona. inter virum & vxo. circa prin. Io. de Imo. in d. l. fi cùm dotē. non in §. finaute in fæuissimo. vbi alij omnes ponunt, sed in §. fi pater. Bal. in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. & Ang. de Are. hîc, in vj. col. & vnū ver-
43 bū remissiuè hîc, per Io. Fab. in vj. col. ¶ † An autē mulier habeat hoc priuilegiū tacitę hypothecę pro fructibus dotis, videatis Iac. de Are. & Bal. in d. §. & vt plenius. vbi tenēt quòd sic, & Spe. in tit. de
44 dona. inter virū & vxo. ¶ † An autē mulier habeat hoc priuilegiū

arg. eorū, quæ habent in l. si ex pluribus. ff. de administr. tut. Nec obstat quod dicebat Bar. in d. l. posteā do tem. ff. sol. matr. ꝙ hoc priuilegium statim ꝙ dos est data viro, habet executionem à lege: quia dico verum esse respectu mulieris, sed non extraneorum, vt s̄. probaui. Vel dicam ꝙ habet aptitudine, sed non in effectu, donec mulier agat: quia tūc habet etiā in effectu. Simile videmus in pupillo, qui habet tacitam hypothecam in bonis tutoris, & tamē illam nō transmittit. Bart. per illū text. in l. pe. §. si puellæ. ff. de ritu nupt. & in d. l. si ex pluribus. de admi. tut. Nec postremò obst. tex. in d. §. & vt plenius ibi: siue aliæ. ꝙ his personæ, &c. quem hîc ponderat Iason, quia nihil facit. Nam verū est ꝙ si alius, ꝙ muliere dedit dotem, quæ ipsi mulieri sit restituenda, ꝙ mulier habebit priuilegia, ac si ipsa dedisset. Et hoc est, quod dicit ille textus. Anto. Ange. Carcassona Sardus.
⁂ Quòd mulieri competat tacita hypotheca in bonis paraphernalibus, videtur ca sus in l. fin. C. de pact. cōuen. quāuis gl. iuris canonici in c. ex literis. extra de pig. in glos. pe. teneat per d. l. fi. s̄. alleg. ꝙ non: nec etiam ad donationē propter nuptias. Mihi autem magis placet opin. affirmatiua. Sardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✻Et ibi Barto. dat consilium q̃ dans dotem minori, accipiat expressam hypothecam cum iuramento, per auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Sardus.

b ¶ Cõcurrere, Ade Fran. Are. in l. si rem. in vlti. col. de acquir. pos. & Feli. in c. at si clerici. in §. de adulteriis. in ij. col. de iudi.

c ✻Mihi magis placet vltima ratio, quam ponit glos. qa ipsam expressè ponit text. in d. l. auia. in fin. quia simplici conuentione non potest præcedens actio nouari. Sardus.

d ¶ Præsumitur. An dotem promissam per extraneũ videatur animo donandi, vel repetẽdi, vel gerẽdi negotiũ patris, vel mulieris promisisse: & quid si administrasset bona mulieris, vide do. Barth. Soc. in cõsilio ccxcj. incip. visis literis. versi. præterea dico. in secunda parte.

33 meratis: † quia imò, vt etiam proximè dixi, actio ex stipulatu pro dote nullo modo potest dici arbitraria: nam cùm sit bonæ fidei, nulla actio bonę fidei est arbitraria,vt suprà dixi in glos.j.in verbo, actiones arbitrarias.ad finem.¶ Glos.in versic.naturam. diuido in tres partes principales.In prima declarat textum vno modo.In secunda declarat alio. In tertia occasione illius secundę declarationis ponit tres modos condemnandi in istis actionibus arbitrariis. Secunda ibi:vel melius. Tertia ibi:nam triplex modus. Illa tertia potest subdiuidi in tres particulas, prout tres ponuntur modi condemnandi in arbitrariis. Partes de se patent. ¶ In eadem glos. ibi:
34 & actione ad exhibendum, & similibus. tenet quòd † in actionibus arbitrariis ratione contemptus iudicis duæ feruntur sententiæ:vna, de restituendo rem, vel exhibendo:alia, condemnationis ad pœnam, vel interesse per delationem iuramenti in litem in ca-
35 su,in quo rem non restituam, vel exhibeam.¶ †Nunquid autem istæ duæ sententiæ sint ambę diffinitiuæ, vel non: glos. nostrę variarunt.Videte glos.in l.qui restituere.in glo.fin. in ver.restituitur. & ibi Barto.ff. de rei vendi. & glos.in l.si cum exceptione.§. hæc autem actio.& ibi latè Barto.ff.quod mẽt.cau.& glo.in l.creditor. §.iussus.in glo.j.& ibi Barto.ff. de app. & glos.in §.omnes.in ver. quadrupli.in glos.fin.in versic.restituat.s. eod. & ibi ego dixi in vi. col. non repeto amplius, & habes hîc per Ioan. Fab. in pe.col. & latiùs per Ange.hîc,in penult.col.reducentes dictas glo.ad concor
36 dantiam per vnam distinctionem,vt hîc per eos. ¶ †An autẽ fient duæ instantiæ,& an erit necesse offerre duos libellos, vnum in prima,alium in secunda, & an ferentur duæ sententię: de istis omnibus videte Specu.in titu.de iureiur.§.j.ver. sed nunquid.& aliquid
37 per Ioan.Fab.hîc,in pe. col. ¶ †In ead. glos.ad fi.Ioan.Fab.hîc in antepenult. col. reprobat istam glos. quę vult quòd actio noxalis pro damno dato à seruo sit arbitraria, quia arbitrium iudicis in ea versetur circa qualitatem soluendi: quia iudex arbitrabitur an dominus teneatur noxaliter,& sic liberetur dando seruum pro noxa: quod est,quando domino ignorante, vel prohibere non valente, seruus delinquit. An verò teneatur in solidum: quia secundùm Io. Fab.hoc est contra tex.nostrum, qui dicit quòd ideo actio noxalis est arbitraria, quia nisi ex noxali causa seruum dedat, condemnari debet arbitrio iudicis: vnde istæ rationes non videntur adinuicem compasibiles: quia causa, seu ratio, quam glossa nostra assignat, non conuenit cum illa text.nostri: & illud, quod glossa nostra dicit, non esset nisi arguere text. de sufficienti causa, vel ad textum

sup

✱Ante eum illũ tex. allegat glos. in d.l. aut si mutua.Sardus.

¶Huiꝰ tituli. Vbi vide in nume. 17. 18.& 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✱Adde q̃ mihi verior videtur opinio glo. & intellectus Ioan. Fab. & Ias. nõ videtur verus: nam actiones ideo dicũtur arbitrariæ, propter arbitriũ, qđ iudici datur: vt in §. nostro. Sed respectu solutionis vel noxæ deditionis nullum est iudicis arbitriũ: ga certa forma à lege traditur: vt d. l. miles. §. j. ff. de re iudi. ergo hoc prętextu actio noxalis non est dicẽda arbitraria. Itẽ scrupulo diuinationis nõ caret, q̃ in §. isto iudex partis electionem secutus reum ad noxæ deditionẽ condemnauerit. Prætereà contra eorũ intellectũ facit, circuitus inutiles sunt euitãdi l. dominus testamẽto. ff. de cond. indeb. ele. auditor. de rescrip. Bart. & alij in l. j. ff. de leg. j. Sed si eorum sentẽtia veridica esset, non esset fine maximo, & inutili circuitu: ergo nõ videtur bona. Nam attenta eorum declaratione essent ferẽdæ duę sententiæ, vna secundùm rei electionem, ad dandum seruum pro noxa: alia post cõtumaciã rei, ad litis æstimationem. At secundùm formam l. miles. §. j. vtrunq; vna sentẽtia complectitur: ergo deuiat eorũ intellectus. Item fieri non debet, quod factum non releuat. l. non cogendum. §. fi. ff. de procur. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nocaue. Sed hæc interrogatio nihil releuat: nã secundùm eorũ intelligentiam præsupponitur, reũ post interrogationem, in qua respondit se velle dare seruum pro noxa, si deditionis eũ pœniteat, posse litis æstimationem soluere: ergo interrogatio nõ releuat: nec per cõsequẽs fieri debet cùm attẽta forma. d. l.

supplere: quod est absurdum. Prætereà, secundùm Io. Fab. gl. nostra non defendit tex. nostrũ ab vno, quod multùm videtur obstare: nã tex. noster non videtur vllo modo posse procedere: dicit enim, quòd si is, cum quo agitur ex noxali causa, seruum non dedat, debet condẽnari, &c. ergo præsupponit tex. quòd prima condemnatio fuerit quòd daret seruũ pro noxa. & tamen istud est falsum: quia noxę deditio non est in condemnatione, sed in soluendi facultate. l. miles. §. j. ff. de re iudi. His difficultatibus Io. Fab. hîc respondet duobus modis, sed in ænigmate, & multùm in obscuro. Ego coniectura assecutus sum mentem Ioan. Fab. & apertiùs, quàm ipse, respondeo ex his, quæ dixi §. in secundo euidentiali, in tertia regula arbitrariarum actionum, dum dixi quòd arbitrariæ aliquando dicuntur propter officiũ iudicis, quod vertitur in interrogando reũ quid præstare velit, vt in istis actionibus noxalibus, in quibus interrogatur an velit soluere æstimationem damni dati per seruum, an verò malit dare seruũ pro noxa: quo casu si dominus interrogatus ante sententiam à iudice an velit dare seruum pro noxa, respondeat quòd sic, & iudex secutus eius electionem sibi præcipiat quòd seruũ dedat pro noxa: certè si nõ dedat, potest eum condemnare, &c. nec dicetur sibi abstulisse facultatem dandi seruum pro noxa. Et hoc modo ista actio noxalis est arbitraria. a ✱Et hoc est, quod propriè voluit dicere tex. Vel ex noxali causa eum dedat. Et iste est verus intellectus ad hunc tex. qui hoc modo necessariò debet intelligi, reiecto eo quod dicit hîc glos. nostra, quam §. reprobaui, & hoc est quod ad hunc tex. voluit dicere Io. Fab. hîc, in vj. col. & ista est mera veritas: quamuis Ang. hîc ne minimũ quidem verbũ fecerit. ¶ Glos. fi. in verbo, satisfieri. diuido in tres partes. In prima timore taciti quæsiti fortiter opponit contra textum. In secunda respondet vno modo enumerando triplex officium iudicis. In tertia alio modo respondet. Secunda ibi: respondeo, dic quòd triplex est officium iudicis. Tertia ibi: item in actionibus bonæ fidei vna fertur sententia. ¶ †Et pro expeditione huius gl. & eius introitu glo. per modum taciti quæsiti intendit tacitè opponere contra tex. hoc modo: Dicitur in tex. quòd illę dicuntur arbitrariæ, in quibus iudici permittitur ex bono & æquo æstimare quomodo satisfieri oporteat: sed sic est quòd in actionibus bonę fidei idem permittitur iudici, vt §. proximo §. in prin. ergo sequitur quòd omnes actiones bonæ fidei sunt arbitrariæ. quod tamen est falsum: quia nulla actio bonę fidei est arbitraria: imò distinguuntur per oppositа: vt l. in bonę fidei. ff. de eo, quod cer. lo. & dixi latè §. in glo. in verbo, actiones arbitrarias. circa fi. Ita tacitè voluit opponere hæc glo. & vltra glo. super hac oppositione, quam aliquibus mediis fortificat. Ioan. Fab. hîc, & multum laborat per sex col. Io. Fab. hîc, & multũ dubitat, & nihil clari habet, dicens ipse quòd angusta est porta, per quam in hac difficultate progreditur, & q̃ in ea mallet discere, quàm docere. Sed ego statim hanc difficultatem vno verbo absoluam, omissa tam

39 longa serie verborum, Io. Fab. hîc. ¶ †In ea. gl. ibi: respondeo, dic quòd triplex est officiũ. Idẽ etiam, quòd hîc formaliter dixit glo. de isto triplici officio iudicis in l. iiij. in gl. fi. in verbo, exceptione. C. depo. Vos tamen aliter, & meliùs, & planiùs dicite vt per Bar. ad quẽ vos remitto in l. j. in iij. col. & ibi per alios. ff. de iurisdi. om. iud. & ibi Bart. mentionem facit de hac gl. & per eundem Bart. in l. iiij. C. depo. & Bal. in l. j. ff. de iudi. Imol. in l. si finita. §. si plures. in xviij. col. ff. de dam. infec. & plenissimè vsque
40 ad saturitatem in tit. de offi. iudi. ¶ †In ea. glos. ibi: vt quasi liberum sit ei hoc facere. glos. soluit oppositionem s̃. formatam hoc modo: quia in actionibus bonæ fidei iudex adstringitur, & necessitatur ad faciendum id, quod officio eius incumbit, sed non arbitrariis, imò in eis est liberum facere vel non. Hanc rationem repræhendit Io. Fab. in iij. col. quia imò etiam in istis arbitrariis iudex necessitatur, & arctatur facere: & sic non est in eius arbitrio an condemnatio fiat: sed bene qualis, aut in quantum fiat cõdemnatio. Et hoc per multa probat Ioan. Fab. & bene: & idem ego tenui, & concluſi s̃. in vlt. no. Sed audite, iudicio meo, glos. nostra potest optimè saluari: quia non est ita absolutè locuta prout etiam prę supponit dicere Io. Fab. sed est locuta cum dictione, quasi. dixit enim, vt quasi sit liberum ei hoc facere. Imò plus dico quòd glo. idem dixit, quòd Ioan. Fab. si ponderemus
41 dictionem. †Quasi, qua vtitur glo. quæ regulariter solet esse nota improprietatis: b vt per b glo. in l. iubemus. §. sanè. el j. in ver. sacrilega. C. de sac, san, ecc. & in l. si cùm dotem. §. fi. ff. solu. matr. & in l. cùm miles. in princ. in glo. mag. ff. ex qui. cau. cum fi. & est tex. in l. quasi. C. de nõ nume. pec. & erit sensus glo. dicere quòd in actionibus bonæ fidei iudex omnino adstringitur: sed in arbitrariis non: cùm ex solo motu iudicis descendãt: hoc est dicere, non ex natura actionis, imò extrinsecus, vt §. dictum est: quasi liberum sit ei hoc facere. Non voluit dicere gl. quòd hîc esset liberum ei hoc facere: sed quasi, id est, nõ ita arctatur ad faciẽdũ, sicut in actionibus bonę fidei. Ita potestis hanc glo. palliare, vt saluetis eam ab impugnatione Io. Fab. Ego tamen aliter, & apertiùs soluam. ¶ In fi. glos. hæc secunda solutio omnino repræhenditur per Io. Fab. hîc, in iiij. col. in prin. dicentẽ quòd hæc solutio non habet saporem: quia quòd in arbitrariis plerũq; duæ ferantur sententię, potest etiã euenire in actionibus bonæ fidei, quãuis hęc glo. neget: puta in actione depositi, commodati, ex empto, videlicet vt primò feratur sententia, in qua venditor condemnetur ad tradendũ: secundò feratur sententia, in qua condemnetur ad interesse: iuxta glo. magistram. in l. j. in glos. mag. ff. de act. emp. & quæ latissimè vidimus in §. actionum. s̃. eo. extra glo. in libello, in actione ex empto. Prætereà, & fortius, hæc sol. glo. nostræ non esset generaliter vera: quia non se extendit ad omnes arbitrarias, prout glo. met fatetur, dum dicit, plerunq; quod dicemus omissa tam longa phylacteria verborum Io. Fab. hîc. Pro solutione dictæ opp. dico paucis hanc esse meram veritatem, quòd in actionibus bonę fidei officium iudicis ei deseruiẽs prouenit ex natura ipsarum actionum: statim enim quòd debitor est in mora in actionibus bonę fidei succedit officium iudicis ex natura ipsarum actionum, per quod debitor est condemnãdus ad vsuras, vel interesse: sed in actionibus arbitrariis, iudicis officium non prouenit ex

miles. §. j. interrogatio ista penitus sit frustratoria. dicamus ergo nos interrogationem fieri debere, vtrũ reus seruũ, cuius nomine conuenitur, possideat, iuxta l. quoties. §. prætor ait. ff. de noxal. Erit etiam arbitriũ iudicis indagare, potuerit dominus prohibere, vel nõ: sciuerit, vel non: vt legibus in glos. alleg. Et ex hoc arbitrio apparebit num condẽnatio tacitè à lege habeat noxę deditionem: vt d. l. miles. §. j. vel propter suprà dictas qualitates noxæ deditio sit denegãda, vt d. l. ij. alleg. in glos. Et hoc vult dicere tex. noster ibi: vel ex noxali causa seruũ dedat, &c. l. nunquid condẽnatio tacitè noxę deditionẽ contineat, vel nõ. Ant. Ang. Carcassona Sardus.

¶ Improprietatis. Adde Fran. Aret. in l. qui liberis. de vulg. & pup. & in l. j. de acquir. pos. vbi etiã per eundem do. Ias. May. & Francis. Are. in l. si id, qđ. §. quod autem. eo. titu. & in l. si quis non. de acqui. hære. & in l. cũ antiquis. C. de inoffic. test. & in l. creditor. in fi. si cer. peta. & Dy. in cõsil. xlj. & do. Pe. Philip. Cor. in consil. cxcviij. in litera G, in ij. parte. & in consil. ccxxiiij. in iiij. parte. in litera G, & Feli. in c. gratum. de offi. deleg. in fi. vl. col.

natura ipsarum actionum, imò præter, & extrinsecus per aliquod accidens, puta quia non præstatur res, in qua fuit facta condemnatio: & propter hoc per accidẽs deuenitur ad interesse: & propterea istæ appellatæ sunt arbitrariæ, prout s̃. latè declarauimus in mẽte Bar. & aliorum in primo euiden. & latiùs in glo. in ver. actiones arbitrarias. ad fi. & ibi posui effectum, qui resultat ex prædicta diuersitate, an actio sit arbitraria: vel non: super quo multùm etiam dubitauit Ioan. Fab. in j. col. & aliter respondet, quàm s̃. respondeat. Et ista paucis est mera veritas. Et hoc idem credo voluisse dicere glos. nostram hîc, dum dicit quòd arbitrariæ ex solo motu iudicis descendunt: & hoc est dicere, non ex natura ipsarum actionum, sed extrinsecus, & hoc clarè voluit glo. s̃. in verb. arbitrio. quam ibi commendaui secundùm Io. Fab. & Ang. de Are. quòd melius senserit veritatem huius rei, quàm alia glos. aliqua. ¶ Extra glo. restat ad complementum præsentis §. vt pro more videamus formam libellorum in aliquibus actionibus in hoc §. nominatis, de quibus in superioribus §§. non fuit habitus libellus. & iuxta ordinem literæ videamus in actione ad exhibendum. Antequàm accedamus ad libellũ, pro introitu materiæ præmittenda sunt aliqua fundamenta breuiter, & per veras conclusiones, ex quibus dabitur facilior intelle-
42 ctus ad formam libelli. Hæc † actio ad exhibendum est præparatoria aliarum actionum realium, quibus agere quis intendit, & potissimùm rei vẽdicationis. l. j. & l. iij. §. est autem personalis hęc actio. ff. ad exhib. Vnde si intendo agere aliqua actione reali, possum in rem interim agere hac actione ad exhibendũ, vt aduersarius com-
43 pellatur rem exhibere. †Exhibere autem, vt inquit Iurisconsultus in l. ij. ff. ad exhiben. est in publico facere potestatem, vt ei, qui agat, experiendi sit copia, declarando vt ibi habetis in glo. Antequã tamen quis cogitur exhibere rem, debet actor dicere signa rei, quam
44 petit exhiberi. l. iij. in princ. ff. ad exhi. si tamen ea verisimiliter scire potuit: aliãs non. d. l. iij. §. si quis noxali. ¶ †Cui autem competat hæc actio ad exhibendum, promptum est respondere quòd non tantùm domino, vel quasi, sed etiam olim possessori: imò etiã cuilibet, qui prætendit aliquo modo sua interesse rem exhiberi, etiam si non sit dominus, vel quasi: & hoc debet summatim iudex cognoscere an agentis interfit rem exhiberi, nécne. De istis est casus in l. iij. §. j. & §. est autem personalis hæc actio. cum §. seq. & §. sciendũ. ff. ad exhib. Intelligite tamen sanè dummodo quis prætẽdat interesse pecuniarium: aliãs autem aliud interesse non sufficeret: vt l. si liber homo. ff. ad exhib. & glo. in l. ij. in ver. postulatur. C. ad exhib. & glo. in l. ij. §. item diui fratres. in ver. agatur. & ibi Bart. ff. de iure fisc. Accedat tex. ille notabilis in l. ij. ff. ad exhib. Accedant quę traduntur per Bar. & alios in l. quędam. in princ. ff. de edendo. Et vos
45 addite aliud, † q̃ agens hac actione debet duobus tẽporibus interesse, scilicet tempore litis contestationis, & tẽpore sentẽtiæ ferẽdæ. l. tigni. §. fi. ff. ad exhi. licet aliãs sufficiat semel interfuisse, quãuis ex postfacto desinat interesse. l. doli. §. fi. & ibi glo. in ver. no. actio. ff. de seruo corrupto. De quo an, & quãdo, & quomodo procedat, videte glo. in l. qui autem. §. j. in glo. fi. in verbo, interesse. & ibi latissimè per Bar. & alios, ad quos vos remitto. ff. si quis cautio. & plenè per
46 Cy. Bal. & Sali. in l. ad comparandas. C. manda. ¶ †Qualiter autẽ probetur hoc interesse, tenẽt Io. Fab. aliãs Io. de Pla. & Ang. quòd sufficiat iuramẽtum, per l. thesaurus. ff. ad exhib. ¶ Ego addo Bar. in terminis in l. j. in prin. ff. quemadmo. testa. ape. & in l. si is, à quo. versus fi. prin. ff. vt in poss. leg. De intellectu tamen illius l. thesau-
47 rus. statim j̃. dicetur. † Contra quem autem competat ista actio ad exhibendũ, promptũ est respondere quòd contra possidentẽ, siue possideat naturaliter, & ciuiliter simul, siue naturaliter tãtùm, siue etiam ciuiliter tantũ, quinimò & si esset nudus detentor, vel nudus custos. De istis omnibus est casus in l. iij. §. fi. & l. seq. & l. Celsus scribit. in prin. & §. j. ff. ad exhi. ad similitudinẽ rei vẽdicationis & Publicianæ. l. officium. ff. de rei ven. & dixi latissimè in §. omniũ. s̃. eo. extra glo. in materia rei vendicationis. Intelligite tamẽ ista sanè, dũmodo possidẽs, puta ciuiliter tãtùm, habeat facultatẽ rei exhibẽdę: aliãs sufficit sola cautio de exhibenda re, cũ in eius potestatẽ res de-
48 uenerit. d. l. Celsus scribit. §. fi. ¶ †Cuius autẽ sumptibus, & expensis debeat res exhiberi, puta si sit exhibendus vnus equus, cuius ex-

a ✱Vide quæ dixi in §. pœnales. col. xviij. s̃. eodẽ. vbi de remedio credi tori prouidetur. Sardus.

49 bus seq. ff. de rei ven. ¶ †Nunquid autẽ cogar exhibere debitorẽ alicuius, qui fugit in domũ meam, saltem per interdictum de libero homine exhibendo, habetis tex. solennem & sing. quòd non in l. fi. §. fi. ff. de lib. homi. exhi.
50 per quem tex. infert hîc multũ signanter Io. de Pla. †quòd licet ego acceptem in domũ meam mercatorẽ, qui decoxerit, vel, vt vulgò dicimus, fregerit, non tamen possum conueniri, vt eum exhibeam, aliãs tenear ad interesse. quod diligentissimè notate: quia quotidianissimũ: & fortè non inuenietis in terminis alibi hoc dictũ. Accedãt vltra eũ ad hoc, quę traduntur singulariter per Inno. in c. dilecti. extra de iudi. & refert apud Legistas Bal. in c. in generali. si de feu. fue. contro. inter dominũ & agna. dum quęrit Inno. de solenni & quo-
a tidiana quęstione multùm cõferente ad proximũ dictũ. a ✱† An si
51 aliquis detineat debitorẽ meum, & per hoc non potest mihi in aliquo satisfacere, quia de operibus suis posset acquirere, & mihi satisfacere, & nihil acquirit, an possim repetere ab eo hunc debitorem: determinat mirabiliter Inno. q̃ nõ: & eum refert, & sequitur Bal. vbi j̃. nisi habeã ius reale in eo, vt in vasallo, & adscriptitio, &
52 in similibus personis. ¶ †In hac autẽ actione ad exhibendũ qualiter procedatur, & quales probationes requirantur, videte abundè Spec. in tit. de suspe. cognitione. §. postremo. versi. sextò quęrendũ. & Bal. in l. j. C. ad exhi. quòd in ista actione ad exhibendum sufficit summaria probatio, quę animum iudicis ad pręsumẽdum inducat: vt d. l. thesaurus. dicit Bart. quòd in istis summariis cognitionibus iuramentum ad cognitionem sufficit: & dicit se putare quòd illa lex loquatur in iuramento ad probationem, non ad totius causę cognitionem. Et ibi etiam idem tenet Bal. quamuis glo. ibi in verbo, iuranti. cõmuniter reprobata aliter intelligat, scilicet quòd ille tex. loquatur de iuramento calumniæ tantùm. De quo etiam videte Bart. in l. j. in prin. ff. quemad. test. ape. & in l. si is, à quo. versus fi. ff. vt in poss. leg. Ang. in l. si quis ex argentariis. §. exigit. ff. de eden. &
53 glos. in l. iij. §. sciendum. in ver. summatim. ff. ad exhi. ¶ †Limitat tamen prædictam conclusionem Bar. & cõmunem, Bal. in d. l. thesaurus. vt procedat duobus cõcurrentibus, scilicet quòd causa sit summaria: item quòd sit parui præiudicij: aliãs non defertur hoc iuramentum, nisi adminiculo semiplenæ probationis adiuuaretur: iuxta materiam l. admonẽdi. & ibi latè per glo. & Bar. ff. de iureiur. & l. in bonę fidei. & ibi latè glo. & latiùs per Cy. Bald. & Salic. s̃. de rebꝰ cre. & iureiu. Et cũ hac limitatione trãseunt Io. de Pla. & latiùs Ang. hîc. & propterea dixit Bar. vnũ, quod multũ confert ad hanc limitationẽ, in extrauagantẽ ad reprimendũ. in ver. summariè. in ver. circa modũ probandi in hac summaria causa. videlicet q̃ vbi in ista summaria actione ad exhibendũ veniret etiã possessionis trãslatio, iuxta l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhi. vel aliter si per hãc actionem ad exhibendũ damnaretur reus, tunc nõ sufficeret semiplena probatio per iuramentũ, sed requireretur plena probatio, sicut in aliis possessoriis: vt no. gl. & doc. in l. j. in glo. ij. C. quorũ bonorum.
54 ¶ †Secũdò ego limito multũ singulariter vltra alios dictã conclusionẽ cõmunẽ. vt nõ procedat quo ad legitimationis personę probationẽ: quia in omni iudicio quantũcunq; summario, persona, cũ qua litigatur, debet plenè legitimari, licet causa ipsa requirat summariã cognitionẽ: & sic hoc casu nõ sufficeret semiplena probatio, sed requireretur plena probatio, quãuis causa esset summaria. Istud est, quod in terminis multũ signãter voluit Barto. in l. ij. ad fi. C. de edi. diui Adria. tol. quod reputat ipse multũ tenendũ menti. Et hoc dictũ etiã reassumit pro valde notãdo idẽ Bar. in extraua. ad reprimendũ. in ver. sine figura. & sequitur Bal. in l. iij. §. ibidẽ. ff. ad exhi. & in l. ne quicquã. §. de plano. in vlt. q. ff. de off. procõ. & leg. & in l. fi. in xiij. col. in v. q. in ver. viij. studeat. C. de edi. di. Adri. tol. ¶ †In
55 hoc autẽ iudicio actionis ad exhibendũ cum sit summariũ. d. l. iij. §. sciendũ. cũ glo. magistra. in verbo, summatim. debet iudex summatim procedere, cùm hoc iudiciũ summariũ sit pręparatoriũ alterius
56 ordinarij, & sic modici præiudicij. d. §. sciendum. ¶ †Quæ autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Principalibus. Vide plenè per Card. in cle. fæpe. viij. opp. de verb. signifi.

b *Adde q̃ hæc materia noxalium actionum in pluribus ciuitatibus Hispaniæ, & in regno nostro Sardiniæ, Siciliæ, Gennuæ, & aliis locis quamplurimis vbi copia seruorum habetur frequẽs, & vtilis est. Carcass. Sardus.

dicãtur causæ summariæ, & in quibus debeat summatim procedi, & quomodo istud intelligatur, vide glo. solennem, & magistram enumerantem plurimos casus, in quibus summarium procedi debet, in d.l.iij. §. sciendũ, in verbo, summatim. & vide latè Bar. in l.j. in §. fi. in vlti. col. ff. de præto. stip. & latiùs in extraua. ad reprimendum. in ver. summariè. & in ver. & si quæratur quæ sint causæ summariæ, &c. Bar. & Raph. Cuma. in l. à diuo Pio. §. si super reb. ff. de re iud. & omnino Bar. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agno. & Bal. in l. ne quicquã. §. de plano. ff. de offic. procon. & lega. & in c.j. §. insuper. de prohi. alie. feu. per Fed. in l.j. C. vt in pos. leg. & latissimè vsq; ad saturitatem Spe. in tit. de offi. iud. §. postremò. ver. v. & ver. vj. & seq. & quasi per totum illũ §. & videte omnino Bal. in d.l.iij. §. sciendum. & ibi ponit quot modis causa posit dici summaria. Cuius verba formaliter refert Ange. hîc. & ibidẽ ponit Bald. quid si in statuto fit mẽtio q̃ causa cognoscatur summariæ: quæ probatio tunc requiratur: videte ibi per eũ. Et ad illud, quod proximè dixi, an sit semper verũ, q̃ vbi vnũ iudicium est præparatorium alterius, quod tunc in eo sufficiat summaria probatio. Vide Bar. in l. quod tempore. in vlt. col. C. de resti. mili. & quod no. idem
57 Bal. in l.ij. in vlt. col. C. quando fiscus, vel priua. † In isto ergo iudicio actionis ad exhibendũ nõ admittuntur exceptiones, quæ requi-
a runt altiorem indaginẽ, sed reseruãtur in causis principalibus, [a] & vltimariis iudiciis vt l.iij. §. ibidem cũ glo. in ver. si obscurior. quã
58 Ang. hîc reputat singulare. ff. ad exhi. & ibi Bal. ¶ †Quę autẽ exceptiones dicãtur requirere altiorẽ indaginem, & quę nõ, videte Bar. in l. si is, à quo. in princip. ff. vt in possess. lega. & in extraugan. ad reprimendũ. in ver. summariè. in j. col. & Bal. in dicta l.iij. §. ibidẽ. & in l. si ex falsis. in fi. col. C. de trãslac. & in l.ij. C. de edi. diui Adria. tol. & in l.j. C. vt in pos. leg. Ang. in l. ille, à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. & Ang. de Aret. in §. in bonæ fidei. in vltima col. s. eod. Et circa id, quod proximè dixi de reseruatione exceptionũ requirentium altiorẽ indaginẽ, vnum sing. notate ad practicam, quod talis reseruatio exceptionum, quam iudex faceret per hunc modum: Interloquor esse ad vlteriora procedendum, saluis exceptionibus. quòd ista verba sunt tantæ importantiæ, quòd si appareat, exceptiones esse veras, & iuridicas, & quod verè obstabunt, processus redditur vsque retro nullus, & quicquid est postea factum, habetur pro non facto. Gloss. est sing. in c. cùm contingat. & ibi do. Anto. de Butr. extra de offic. deleg. Et in terminis dixit eleganter Bartol. in l. ille à quo §. si de testamento. versi. fin. ff. ad Treb. quod dictum multum notate ad practicam. quod dictum etiam refert,
59 & multùm commẽdat Ang. hîc. ¶ †Nunquid autem actio ad exhibendum posit in vno codẽq; libello cumulari cum rei vendicatione, vel alia actione, seu iudicio petitorio, dicite q̃ sic, vt est glo. in l.j. in prin. in glo. ij. in ver. instituitur. ff. de interrog. act. glo. in l. qui de in officioso. §. j. in glo. mag. in ver. exercere. in vltimis verbis. & ibi Bar. ff. de inoff. test. & est tex. in l. fi. & ibi gloss. fi. in ver. reddi. C. ad exhi. & ibidẽ Bal. no. illũ tex. ad hoc. & idẽ tenuit Flo. de sancto Petro in vera regulari actione ad exhibendũ, in l.j. ff. ad exhib. & ibi videte eũ: quia hîc magistraliter loquitur: cuius verba formaliter refert Ang. de Are. hîc: quãuis contrariũ tenuerit, & male, glo. in l.iij. §. est autẽ personalis hæc actio. in gloss. ij. in ver. acturus. ad exhi. De quo etiã videte Spe. in tit. de actio. & peti. §. sequitur. ver. & nota quod dicitur. & in ti. de iud. §. vlt. videndũ. & punctus stat in hoc, an quãdo vna actio est præparatoria ad aliã, possint simul in eodẽ libello proponi. De quo per Cy. in l. ordinarij. in ij. q. C. de rei ven. & per Bal. in l. qui de inofficioso. §. j. ad finem. ff. de inoffi. testa. traditur per omnes in l. edicta. in materia cumulationis. C. de
60 edendo. ¶ † Ad vnum tamen perpetuò diligentissimè aduertite, q̃ postquam facta fuerit litis contestatio, super rei vẽdicatione vel super alio iudicio petitorio, non poterit amplius agi ad exhibendum. Istud est, quod in terminis voluit glo. mihi singularis in l. si. in glo. j. in verbo, pendet. ff. de tabu. exhibendis. quam simpliciter sequitur Io. de Pla. hîc. Vos autẽ super eius veritate cogitate. ¶ †His
61 pro introductione materię prẽmissis clarissimè liquet, qualis debeat esse forma libelli in hac actione ad exhibendum, & eius libelli formam ponit Spec. in titu. de iud. §. fi. & Ros. in tit. de actio. ad exhiben. secundùm quod eum refert hîc Io. de Pla. & ex mente ipsius Io. de Pla. & Ang. de Are. potestis pro forma vno verbo ita formare libellum: Ago cõtra Titium, & dico quòd ipse possidet talem librum iuris ciuilis coopertum taliter, & taliter signatum, quem librum mea interest in iudicio exhiberi, vt habeam facultatẽ eum reuisendi, & cognoscendi, & vt posit per testes meos, quos intendo producere, cognosci, & maximè quia intendo illum librum vẽdicare, & probare me dominum illius libri. Quare peto per vestrã sententiam dictum Titium condẽnari cogi, & cõpelli, vt dictum librũ in publico, & in iudicio coram vobis exhibeat, & copiã eius videndi, & inspiciendi faciat: & si, & inquantum dictum librum exhi-
62 bere nõ vult, peto eum condemnari ad interesse, &c. ¶ †Si autem simul cum actione ad exhibendum velles intẽtare aliquod iudiciũ petitorium, puta rei vẽdicationẽ, quod posses, vt s. dixi: & deberes addere suprà scriptis verbis libelli: quẽ librum sic exhibitum, cùm ad me spectet iure dominij, vel quasi peto per vestram sententiam declarari eum ad me spectare: & post dictã declarationem dictum Titium cõdemnari, vt dictũ librum mihi restituat. Artificia huius libelli, si qua sunt, satis patent ex suprà scriptis. Succesiuè iuxta ordinem literę huius tex. habemus videre libellum in actione noxali. Pro introductione materiæ aliqua essent prẽmittẽda: tamen quia
b ista materia non est multũ frequẽs, & parũ versatur in vsu, [b] ✻ & propterea nõ est multũ vtilis, habemus prętereà titulũ de noxalibus specialẽ. j. de noxa. vbi plenè colligitur materia, ideo illã omitto, non tamẽ omnino. Nec alius quisquã est, qui eã hîc tractet, excepto Ang. de Are. Et q̃ ista materia parũ habeat vtilitatis, maxi-
63 mè apud nos, ostenditur: † quia ista actio habet tantùm locũ in delictis seruorũ, nõ autẽ in delictis cõmissis per liberas personas, puta filiofami. vel per alias liberas personas à nobis bona fide possessas: vt est tex. no. in §. fi. & ibi pulchra gl. j. de noxa. & in l. cõfessionibus. §. fi. cũ l. seq. in princi. ff. de interro. act. iuncta l.j. ff. de noxa.
64 ¶ †Et duplicem rationem quare istę actiones noxales non habent locũ pro filiisfa. ponit tex. in §. fi. j. de noxa. Prima propter asperitatem: quis enim patiatur filiũ suum, & maximè filiam innoxiã alij dari: vt penè per filij corpus pater magis, quam filius, periclitetur? Secũda, quia filiifamilias pro suis delictis possunt cõueniri. Quãuis ergo regulariter dicta in seruis habeãt locũ in filiisfa. vt l. serui, & filij. in prin. ff. de fur. & l. vt tantũ. §. j. ff. de seruo corrupto. illud tamen nõ habet locũ, quãdo est diuersa ratio, vt in terminis nostris patet per suprà scripta. Si tamen vultis habere fundamenta huius materiæ, recurratis ad Azo. in Summa titu. de noxa. & Floria. in
65 rub. ff. de noxa. & Ang. hîc. ¶ †Tria tamen notabitis pręcipua in hac materia. Primò q̃ actio ista noxalis, per quam dominus cõuenitur ex delictis serui, habet locũ in delictis non capitalibus. In criminibus autẽ publicis, quę habẽt publicã executionẽ, & coercitionem capitalẽ, nõ habet locũ hęc actio noxalis, nec in eis cõuenitur dominus pro seruis. Allegat ad hoc Ang. hîc, & minus bene. l. hos accusare. §. omnibus. & ibi Bart. qui nihil dicit. ff. de accu. Sed ego allego tex. ad literam in l. hæc stipulatio. & ibi Bar. in terminis. ff. de verb. sig. Et huius rationẽ ponit Bal. in l. si prędiũ. in pe. col. in ver.
66 quęro igitur, cùm ex publicis criminibus. C. de ædi. actio. ¶ †Secũdò aduertite, q̃ dñs tenetur noxaliter tantùm pro delicto serui, quãdo fuit ignorans seruũ delinquere, vel damnũ inferre: si autem fuerit sciens, & potuerit prohibere, & nõ prohibuit, tũc dominus tenetur insolidũ ad emendationẽ domini, nec liberaretur dando seruũ pro noxa: vt l.ij. in prin. & per totã l. ff. de noxali. & ibi videte Flo. & ad intellectũ illius legis videte omnino quod not. Barto. &
67 doct. in l. in illa stipulatione. la ij. ff. de verb. obli. ¶ †Tertiò, & vltimò pro nunc aduertite, q̃ agens actione noxali contra dñm pro damno, vel delicto serui, debet simpliciter petere emendationem damni, non autẽ alternatiuè, vel seruũ pro noxa: quia seruus non est in obligatione, sed facultatẽ dandi seruum pro noxa cõsequitur dominus

dominus condemnatus à lege: vt l. miles. §. j. & ibi glos. & Bar. ff. de re iudi. Et vsq; ad quãtum tempus detur ista facultas domino præstandi seruum pro noxa: dicit quòd vsq; ad litẽ contestatam super actione iudicati: vt est tex. in l. item veniunt. §. idem rectè. & ibi gl. in verb. conueniatur. & ibi Bar. & alij. ff. de pet. hęre. Quod qualiter intelligatur, videte Bart. in l. si stipulatus fuero decem in melle. ff. de sol. & in l. si quis maior. C. de transac. & Sali. in l. si pacto. quo pœnã. C. de pact. & Ang. in l. si insulã. ff. de verb. obli. & ibi Ioan. de Imo. in fi. char. ¶ Ex his satis liquet pro eo, quod expedit, qualis debeat esse forma libelli in hac actione noxali: & pro forma dicite ex
68 mente Ange. hîc, posse ita formari libellum: † Ago contra Titium, & dico quòd Stichus eius seruus mihi damnum intulit in decem, vulnerando Caium seruum meũ, vel mihi damnum dedit, furripiendo mihi fortè talem rem: quare peto dictũ Titium condẽnari ad emendationem dicti damni mei, quod est in decem. Prædictus libellus procedit in noxalibus, quãdo dominus fuit ignorans: & sic, quando dominus non fuit in culpa. Si autẽ fuisset sciens, & seruũ potuisset prohibere, tunc illud esset in libello exprimendum: quia eo probato dominus perdit facultatem dandi seruum pro noxa. vt patet ex prædictis. ¶ Supereſſet vltimò vt iuxta ordinẽ extra accederemus ad libellum in actione arbitraria propter locum, & aliqua tangerem in materia, prout copiosè faciunt Io. de Pla. & Ang. hîc.
a Sed quia hunc libellũ in specie ponit glo. nostra in §. fi quis agẽs. [a] in ver. loco. in verbo, commemorare. j. eo. visum est mihi cõgruentiùs ibi reseruare: & ibi ponam. Et ibi etiam dicam ea, quæ in materia tanguntur per Ioan. de Pla. & Ang. hîc: & vltra eos, si aliqua occurrent, quæ mihi videantur nota digna, illa non omittam. Et per ista remanebit expeditus præsens §.

LAVS DEO.

1 *Iudex certam ferre debet sententiam, etiam si de incerta quãtitate actum sit. 2. 5. 6. 7.*
3 *Verbum Debet, quid importet.*
4 *Dictio Omnino, quid importet.*
7 *Petitio incerta an debeat admitti, vsque ad nu. 18.*
19 *Libellus, peto castrum cum suis iuribus & pertinentijs: an procedat.*
20 *Libellus, peto talem villam, vel quod possides in tali villa: an procedat.*
21 *Libellus, peto quicquid tibi obuenit ex hæreditate talis. vel, peto bona, quæ tibi obuenerunt à tali. non facta alia speciali mẽtione an procedat.*
22 *Libellus, peto quicquid Peruſij possides: an valeat.*
23 *Libellus in hypothecaria, peto te condemnari ad relaxandum mihi omnia bona tua, quæ mihi iure pignoris obligasti: sine alia expressione an procedat.*
24 *Libellus, peto castrum mihi restitui cum restitutione omniũ damnorum mihi illatorum: non facta alia specificatione damnorum: an procedat.*
25 *Libellus, peto declarari subiectionẽ mihi deberi ab hominibus talis villæ & eos, mihi condemnari ad præstandum ea, quæ subditi præstare debent domino suo: an procedat.*
26 *Libellus an valeat, si quis simpliciter petat damna sibi illata reſarciri.*
27 *Sententia quòd libello conformis esse debeat, an procedat. & nu. seq.*
35 *Sententia, licet in libello non sit certitudo rei, an valeat.*
36 *Sententia referens se ad acta, an valeat.*
37 *Sententia si iudex dicat, Pronuntio in omnibus, & per omnia vt pronunciauit talis iudex in tali causa: an valeat.*
38 *Sententia si iudex se expresse retulerit ad quoddam instrumentum, quod in causa non fuerit productum, an valeat.*
39 *Sententia si iudex dicat Cõdẽno, si est probatũ. aliàs absoluo: an valeat. 40.*
40 *Iudex si vrgeatur pronuntiare propter tempus instantiæ, seu tempus statuti, seu legis municipalis, qualiter pronuntiare posit cum iiij. seq.*
45 *Sententia, Condẽno te ad restituendas res, quæ tibi obuenerũt: an valeat.*
46 *Sententia an per incertitudinem temporis vitietur.*
47 *Sententia, Condemno te ad centum, quæ si non solueris intra tempus, man do quòd patiaris talem pœnam: an valeat.*
48 *Sententia si arbiter ad soluendum centũ intra decem dies aliquem condẽnauit, & si non soluerit, eum ad trecenta condemnauit: an valeat.*
49 *Sententia, Condẽno Titiũ in centũ, saluo eo quod infra dicam: an valeat.*
50 *Sententiæ quid si in fine apponatur clausula, saluo semper, & reseruato, quòd si præsens sententia esset in plus, vel minus, quàm requireretur ex forma statutorum, hanc sententiam nostram ad formam statutorum redigimus: an talis clausula aliquid operetur.*
51 *Sententia, Pronuntio sic, saluo in eo, quod infra dicetur: an valeat. 52.*
53 *Sententia, Condemno te in centum, nisi intra centum dies probaueris te soluisse an valeat.*
54 *Sententiæ super accessorijs quando incertæ proferri possint, & valeant.*
55 *Sententia, Talem reum absoluimus, & victũ victori in expensis (omisso verbo, Condemnamus.) an sit nulla.*
56 *Sententia, Condemno in expensis quas iurabit actor an valeat.*
57 *Interesse in libello an incertum peti posit.*
58 *Interesse an dicatur certum, vel incertum, & qua actione petatur, & qualiter in iudicium deducatur.*
59 *Interesse qualiter probetur.*
60 *Sententia quibus casibus sine scriptis proferri possit.*

§. Curare.

¶ Iste §. ponit practicam, a & instruit iudices qualiter debeant ferre sententias: & est communis ad b omnes actiones, non tantùm ad arbitrarias, de quibus loquitur §. proximè præcedẽs, sed etiã ad nõ arbitrarias, secundũ Dyn. Io. Fab. & Io. de Pla. hîc, & dixi in prin. §. præceden. & ibi continuaui hunc §. & dixi quare situatus est hîc præsens §. Et diuiditur in duas partes principales. In prima ponit dictum. In secunda dicti extensionẽ. Secunda ibi: etiã si de in-
1 certa. ¶ †Iudex, si potest, debet semper certã ferre sententiam, etiã si de incerta quãtitate actum sit. hoc dicit vsq; ad §. fi quis agẽs. Vel sic, secundùm Ang. de Are. & declarationẽ gl. nostræ primę. Iudex debet ferre sentẽtiam certã, etiam super incerta petitione, si modò certitudo sit in eius potestate. hoc dicit vsq; ad §. si quis agens. &
2 iste §. erit totus solennis. ¶ †Notate primò ex hoc text. ad corticẽ literæ, q̃ iudex debet omnino, si potest, certã ferre sententiã. Concor. l.j. & ij. C. de sen. quæ sine cert. quanti. cum multis similibus.
3 Circa † quod habetis põderare tex. hîc in ver. debet. quod regula-
b riter importat necessitatem: [b] vt per glos. l. sæpe audiui Cæsarẽ. & ibi Bar. & alios. ff. de off. præsi. & plenissimè per Bart. in repe. l. creditores. in j. col. C. de pig. & Bal. in c.j. apud quem, vel quos cõtrouer. feu. determinari debet. & glo. in cle. ij. in verbo, debeant. de stamo. legitur & not. in c.j. de despon. impu. & xxv. q.j. c. cõfidimus. in
4 glos. j. ¶ †Item habetis ponderare dictionem Omnimodo, hîc in text. ponitam, de cuius natura est importare generalitatẽ, vt omnẽ casum cõprehendat: vt est glo. in l. si cũ exceptione. §. quatenus. in ver. omnimodo. & ibi Bar. in ij. col. in j. notab. eam notat ad hoc. ff.
5 quod metus cau. Et sic habetis † q̃ iudex adstringitur ferre sentẽtiã certã in omni casu si potest. Et sententia diceret certa, siue certa sit per se, siue per relationẽ ad aliud: vt l. ait prętor. §. j. & l. in summa. in prin. ff. de re iudi. & l.iij. C. de senten. quæ sine cer. quãti. & ponit
6 hîc gl. ij. in verb. rei. & ibi reseruo opportuniùs dicẽdũ. ¶ †Secũdò notate ex hoc tex. ibi: quãtũ ei posibile est, q̃ iudex debet certã ferre sententiã, si potest. Ergo à cõtrario sensu, secundũ Io. Fab. hîc, in j. col. innuit iste tex. q̃ si nõ sit posibile ferre sentẽtiã certã, q̃ iudex ferat incertã, & quod valebit talis sentẽtia incerta: vt l.ij. C. de sen. quæ sine cer. quan. de hoc videbimus in glos. nostris, in quibus hoc melius cadit. ¶ †Tertiò notate ex vltimis verbis tex. ibi: etiam si de
7 incerta quãtitate apud eũ actũ est. hîc videri tex. & esse secundũ Io. Fab. hîc, in j. col. q̃ petitio incerta admittitur. Sed tũc dicetis, nónne in contrariũ sunt tex. aperti in l. si in rẽ. ff. de rei ven. in l.j. §. fi quis argentũ. ff. depos. & tex. no. in l. prętor edixit. in prin. & §. quod autem prætor ait. ff. de iniur. & l. in actione. ff. de furt. & c.j. ij. & iij. extra de lib. obla. Prętereà vbi petitio esset incerta, nõ posset reus deliberare an vellet cedere, vel cõtendere: ergo non admittẽda. l.j. in prin. ff. de edẽdo. Prętereà quãdo petitio est incerta, nulla potest sequi condẽnatio: vt l. Pomponius scribit, si frumentũ. §. fi. ff. de rei ven. & in l. duo sunt Titij. cũ cõcor. ibi signatis in gl. ff. de testamentaria tutela. Ex aduerso q̃ imò petitio incerta admittat, est textus hîc, vt prædixi, & in l. quæ de tota. §. fi. & quod ibi per glo. & doct. ff. de rei ven. & in l. fin. C. de anna. excep. Pro clara ergo intelligẽtia

a ¶ In §. si quis agens. Et ibi vide in nu. 14.
b ¶ Necessitatem. Adde Felin. in c. inter cæteras. in fine. vj. col. de rescript.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius not. & pro solutione horum contrariorum videamus an & quando petitio incerta admittatur: & hoc multùm confert ad intellectum tex. nostri. Io. Fab. hîc distinguit, & eius distinctionẽ ponit, & simpliciter sequitur hîc Ang. q̃ interdum obligatio contrahitur ad incertum, interdum ad certũ, iuxta l. ij. in princ. & per discursum illius legis totius, & l. seq. l. vbi autem non apparet. & per totam legem ff. de verb. oblig. Primò casu, si sit talis incertitudo, quæ nõ vitiet obligationem, admittitur petitio incerta iuxta naturam obligationis: vt si promisisti mihi hominem in genere, vel duo alternatiuè, vel constituisti mihi vsum in tuo nemore ad omnes meas necessitates: & in multis aliis exemplis per totã dictam l. vbi autem non apparet. & per glossl. hîc: & nisi tunc actor ageret secundùm naturam obligationis, succumberet: vt j. proxi §. ver. huic autem. sed vbi obligatio continet certum, vel res, pro qua agitur, est certa, tunc bene oportet q̃ petitio sit certa. d. l. si in rem. cum aliis s. alleg. Vno tamẽ casu petitio incerta admittitur, quando certificari nõ potest. l. quæ de tota. §. fi. & quod ibi per glo. & doct. ff. de rei vend. & l. in actione. ff. de fur. hæc procedunt in singularibus actionibus. In vniuersalibus autem, & generalibus res non specificantur. Et hoc vult gloss. hîc, in fi. & latiùs in l. j. in prin. ff. de eden. Hæc est doctrina Io. Fab. hîc approbata, vt dixi per Ang. de Are. hæc doctrina est vera in se, sed, iudicio meo, non est perfecta, sed in multis casibus deficit: vt clarissimè patebit ex fallentiis, quas j. subiiciam. Alia ergo fuit doctrina Bar. quam alij non referunt hîc, in l. ij. C. de sen. quæ fine cer. quantitate. vbi Bar. post gloss. distinguit, q̃ quandoq; proponitur actio vniuersalis, vt petitio hæreditatis, & actio pro dote. Quandoque proponitur actio generalis, vt tutelæ, pro socio, negotiorum gestorum: & in istis casibus procedit petitio incerta, & etiã incerta sententia: vt ibi in glo. & latiùs per glo. in l. j. in prin. in gloss. mag. & ibi Bar. & omnes. ff. de eden. & hîc in glo. j. ad finem. & dixi in §. actionum. s. eo. extra glo. in vltimo libello petitionis hæreditatis. Quandoq; proponitur actio singularis: & tunc obligatio aut erat alternatiua, aut simplex. Si est alternatiua procedit libellus, & petitio alternatiua, & incerta: vt hoc §. & l. eum, qui certarum. in fin. ff. de verb. oblig. Quod intellige, quando electio erat debitoris. Si enim electio esset creditoris, tunc, cùm sit in eius potestate dare libellum certum, non admitteretur petitio incerta. l. vbi autem nõ apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verb. obl. Quãdoq; obligatio est simplex: & hîc est aduertendũ, secundùm Bar. quia aliquando in libello nõ potest declarari certa quãtitas, sed potest declarari in sententia: vt quando petitur interesse: quod stat in æstimatione iudicis: vt l. vnica. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. & tũc procedit libellus incertus, vt clarè videbimus j. in glo. ij. in verbo, rei. & multò magis procederet libellus incertus, quando non posset fieri declaratio nec in petitione, nec etiã in sententia: vt in casu dictæ l. ij. C. de sen. quæ sine certa quan. videlicet quando aliquis promisit indemnitatẽ, quæ cùm pendeat ex futuro, nullo modo certificari potest. Ista fuit doctrina Bar. in d. l. ij. ad quam, si bene aduertatis, nõ multùm discrepat in effectu à theorica Ioan. Fab. s. relata, quamuis sit per alia verba, & alio ordine. Sed ista theorica Bar. etiam, iudicio meo, non est perfecta, & nõ supplet ad omnes casus. de quibus ego j. dicã in fallentias. †In hoc ergo puncto, an, & quando petitio incerta admittatur: ego sequar ordinem Ioan. de Pla. scilicet per regulas, & fallentias, dando vobis plures fallentias: & quamuis ipse simul misceat de libello, & de sententia, an petitio, & sententia incerta valeãt: ego ponam hîc de petitione tantùm: de sententia autem posteà de per se ponam j. in glo. j. vbi melius cadet. circa ergo petitionem regula est, q̃ regulariter petitio debet esse certa, & libellus debet esse certus. Hanc regulã fundate ex multis, quæ dixi in prin. huius notabilis. †Hæc regula primò fallit in vniuersalibus actionibus, vt petitione hæreditatis, & actione pro dote. Item & in actionibus generalibus, vt negotiorum gestorum, tutela, pro socio, & similibus: quia in istis admittitur petitio generalis, & incerta, nõ facta aliqua rerũ specificatione: vt s. latiùs dixi: & vult gl. j. hîc in fi. ¶ †Secũdò fallit prædicta regula, vbicũq; incertitudo proueniret ex facto aduersarij, vt in obligatione alternatiua, cuius electio spectat ad debitorẽ, iuxta l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verb. obl. & §. si quis agens. versi. huic autem. j. eo. vel quando esset debitum in genere, vt hominis, & nondum facta esset declaratio per debitorem, iuxta d. §. si quis agens. in versic. præterea. si quis generaliter. j. eo. vel quando reus posset soluere rem, vel interesse, vt est regulariter in obligationibus rem tradi, iuxta l. j. in princ. cum glo. magna magistra in verbo, agitur. ff. de act. emp. & l. stipulationes nõ diuiduntur. in prin. ff. de verb. obl. & l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. vel quando esset dubium an res extaret, quo casu petitur res, si extat: vel si non extat, petitur eius æstimatio, secundùm tamen l. seruum. §. fi. & ibi Bart. & alios. ff. de verb. oblig. In istis enim casibus, & similibus, vbicunque incertitudo prouenit ex facto aduersarij, semper admittitur petitio incerta. Text. est in l. j. §. quia autem. ff. quorum leg. [a] ✻ & ibi Barto. qui eum multùm no. ad hoc. & Barto. in d. l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. & in l. certi cõdictio. in prin. in v. col. ff. si cert. pe. & in l. edita. in v. col. versi. secundùm genus cumulationis. C. de eden. & in l. stipulationes nõ diuiduntur. in prin. in vlt. q. & ibi Imo. in vlt. col. ff. de verb. obli. & multùm notabiliter Bald. in l. j. in ij. opp. C. de fur. Accedat text. in c. cùm causam. extra de emp. & vend. Imo fortiùs, & adhuc generaliùs dixit Innoc. & ibi sequuntur doct. in c. ij. extra de hib. ob. quòd generaliter ex quacunq; causa actor probabiliter dubitat, admittitur libellus incertus: de quo etiam videte Innoc. & alios in c. ex literis. extra de pig. & propterea dixit etiam alibi Innoc. in c. constitutus. extra de in integ. rest. secũdùm quod eũ refert hîc Ange. quòd quotiescunq; quis probabiliter dubitat siue ex facto alieno, siue ex facto etiam proprio, quod plus est, potest eodẽ libello plures actiones proponere, nec cogitur ex eis vnam eligere, etiam si se non cõpatiantur adinuicem: vt in d. c. cõstitutus. extra de in integ. resti. & in c. auditis. extra de præscrip. Sinautem error eius non sit probabilis, tunc cogitur vnam actionem eligere, iuxta l. quod in hęredẽ. §. eligere. ff. de trib. Et pro hoc etiam dicit hîc Ang. esse bonũ text. in simili in c. j. ver. nisi quãdo probabiliter. extra de postu. præla. & est in hac materia bona glos. in c. vt quis duas. de elect. in vj. [b] ✻ ¶ †Tertiò fallit dicta regula ratione incertitudinis in repetita cõsistentis, vt quando ageretur ad factum, cùm facta sint incerta. d. l. j. vbi autem non apparet. §. qui id quod. de verb. oblig. & plenè per Barto. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in princi. in viij. q. & in d. l. j. in princ. ff. de act. emp. Similiter quando ageretur vt quis conseruetur indemnis: vt est tex. in d. l. ij. & ibi no. Barto. C. de sen. quę sine cer. quan. & l. cùm eorum. C. de sen. & interlo. om. iud. & dixi s. in distinctione Barto. vel quando ageretur ad interesse, vt videbitis j. in glo. ij. in ver. rei. Eodem modo, quando legatarius dubitat in quantum minuatur legatum suum per Falcidiam: potest enim petere in incerto, quantum sibi licet capere: vt l. quæ dotata. §. fi. & quod ibi glo. & Bart. ff. de rei vend. & ad hanc fallentiam bene facit id, quod dixi in fallẽtia proximè præcedenti. ¶ †Quartò prędicta regula fallit, vbicunq; aliquid accessoriè petitur: vt quando petuntur fructus, vel expensæ: nam in eis procedit talis libellus incertus: Peto talem fundum cum fructibus perceptis, & percipiendis. [c] non specificatis fructibus, vel eorum quantitate: eodẽ modo pro expensis factis, vel fiendis: vt est tex. no. in §. j. j. de offi. iudi. & in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. Hoc tamen non est sine scrupulo, & non transit sine dubitatione. Tetigi in §. omnium. in fin. col. s. eo. ideo hîc non tango. ibi videte, & vltra remissiones ibi traditas, videte Bal. in l. filium, quem habentem. in xvij. col. in versic. vlteriùs quæritur. C. fa. erc. & in l. iij. in iij. col. C. de re iudi. & in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Innoc. in c. si. in glo. in ver. omnes. extra de excess. præla. & in c. significantibus. & ibi per alios extra de libel. obla. & habetis latè per Io. Fab. hîc: & aliquid etiam per Ioan. de Pla. Et ad hanc fallentiam videte quæ dicam j. in illa quæstione, an procedat talis petitio, Peto tale castrum, vel talem villam cum suis

[a] ✻ Vide pro intelligentia d. §. quia autem. Iaso. in §. sed istæ. numero 71. cum seq. j. eod. Sardus.

[b] ✻ Tu vide tex. optimum in l. j. §. fi. ff. si pars hær. pet. & dictum Inno. in d. c. cõstitut. approbat latè Iaso. s. in d. §. sed istæ. numero 72. quę omnino vide. Sard.

[c] ¶ Fructibus. Ade Felin. in d. c. significantibus. in vj. & vij. col. de lib. ob. alleg. hîc per dominum Iaso.

4 *Alternatiuarum species quot in iure reperiantur.*
5 *Libellus alternatiuus an in omnibus alternatiuis fieri debeat, ne libellans incidat in pœnam.*
6 *Electio in contractibus alternatiuis an sit debitoris. 9. 10. & seq.*
12 *Argumentum est validum de contractibus ad vltimas voluntates.*
13 *Libelli conclusio qualiter semper esse debeat.*
15 *Plus petere in obligatione generis dicitur, etiam vilissimum petendo.*

Ver. Huic autẽ, qui loco.

Iste ver. fuit summatus in genere s. in prin. huius §. si tamen vultis in specie summare, hoc dicit in summa vsq; ad ver. sed & quidẽ. † Causa plus petere dicitur, qui vnum tantùm ex pluribus alternatiuè promissis petit, quorum electio est promissoris. hoc primò. Eodẽ modo qui petit in specie quid certum à reo generaliter obligata, dicitur petere plus causa. hoc dicit secundò, & vltimò vsque ad ver. sed hæc quidem. ¶ † Nota primò ex hoc text. quando quis dicatur petere plus causa. Antequam tamen vlterius procedam, pro intelligentia textus nostri quæro in quo differat, qui plus petit causa, de quo loquitur tex. noster, ab eo, qui plus petit re, de quo loquitur ver. proximè præcedens in princ. Hanc quæstionem tangit solus Nico. de Neapo. hîc, in iij. q. extra glos. & refert quosdam dixisse nullam esse differentiam: quod est falsum dicere, & de directo contra text. nostrum. Vnde ipse Nico. aliter respondet secundùm suum Rodul. de Auri. q differentia est in hoc, quia ille, qui plus petit re, petit illud, quod nullo modo est sibi debitum: ille verò, qui plus petit causa, petit illud, quod est sibi debitum, licet non eo modo, quo sibi debetur. In alternatiua enim ambo sunt in obligatione: vt l. si duo. ff. de verb. oblig. & l. illud, aut illud. in princip. ff. de consti. pecu. Subdit tamen ipse Nic. q quamuis ista sit bona responsio, quantum ad obligationem alternatiuam, non tamen est bona responsio quantum ad obligationem generalem, in qua in veritate nulla res est in obligatione. Ad l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij. nihil respondet, & rem indecisam relinquit, subiiciens de hoc etiam haberi per Spe. in tit. de plus peti. §. finautẽ. Ego credo vno verbo q ista sit propriè differentia. Nam ille dicitur plus petere causa, quando petendo simpliciter vnã rem aufert electionem debitori: & propterea dixit glossella prima hîc, q illud, quod hîc in principio vocat Imperator causam. j. vocabit electionem. Ille verò, qui petit maiorem summã, vel quantitatem quàm sit debitũ dicitur re plus petere. Et hæc differentia clarissimè colligitur ex inspectione huius text. & ver. præcedentis. ¶ † Secundò nota ex isto tex. q ille, qui in specie petit vnam ex rebus alternatiuè debitis, cuius electio sit debitoris, dicitur plus petere causa. Et ratio est, quam habetis in tex. quia aufert reo electionẽ soluendi † quod velit. verùm quia in iure nostro sex reperiuntur species alternatiuarum, [a] quas hîc ordinatim enumerant scribentes, Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. de Are. hîc, quarum quatuor ponit Bart. in l. iij. circa princip. ff. de eo, quod certo loco pulchrum est scire, nunquid in omnibus istis alternatiuis habeat locum iste §. Quædam enim est alternatiua rerũ, vt in exemplo posito in hoc text. & in l. plerunq;. §. fi. ff. de iure dotium. Quædam, & secundò, est alternatiua personarum, seu alternatiua posita inter personas, quæ quandoque stat propriè, quandoq; resoluitur in coniunctam, de qua dicendum est, vt in tex. in l. cùm quidã. & ibi per gloss. & doct. C. de verb. signifi. & in l. si Titio, la ij. ff. de leg. ij. & in l. sed & si filio. §. j. ff. de consti. pecu. Quædã, & tertiò, est alternatiua temporis: vt in Calendas Martij, aut Iunij: de qua in l. si stipulatus fuero decem aut quindecim. ff. de verb. oblig. & l. si ita relictum. §. fin. ff. de lega. ij. Quædam, & quartò, est alternatiua locorum: vt l. iij. §. j. ff. de eo quod cer. loc. Quædam, & quintò: est alternatiua locorum & rerũ simul: puta, promitto dare istam rem Papiæ, aut illam Mediolani: vt in d. l. iij. §. próinde. Quædã, & sextò, & vltimò, est alternatiua rerũ personarũ, & locorum: vt, promittis mihi dare Stichum hîc Papiæ: vel dare Titio Pamphilũ Bononiæ. Credo q possent addi plures aliæ species alternatiuarum, si considerabitis, & maximè septima species rerum, personarum, locorum, & tẽporum simul, si additis alternatiuã temporis ad exemplũ proximè dictum. † Nunquid ergo in omnibus istis alternatiuis debeat fieri petitio, & libellus alternatiuis, vt dicit text. noster, aliàs incidit in pœnam ver. sed hæc quidẽ. j. eod. Ego in hoc pũcto omissa longa serie verborum Ioan. Fab. & Ioan. de Pla. hîc: succinctè concludo cum Ange. de Are. hîc. Quòd aut in alternatiua rerum, summarum, vel locorũ est electio creditoris: & tunc alterum tantummodo ex alternatiuis petendo non incidit in pœnam huius ver. nec est necesse quòd alterum petat: imò necessariò debet ad vnum tantũ concludere. l. vbi autẽ non apparet. §. qui illud, aut illud. & quod ibi Bar. ff. de ver. obli. & l. si quis stipulatus est Stichũ, aut Pamphilũ. in princip. ff. de verb. obliga. & vnũ simpliciter petendo, istud videtur eligere: vt l. si is, cui. ff. de leg. ij. Si autem electio est debitoris, tunc debet libellus alternatiuè concipi, secũdùm hunc text. aliàs incideret in pœnã ver. sed hæc quidem. j. eo. Si autẽ est alternatiua personarum, quia stipulatus sum mihi, aut Titio: & tunc semper cessat pœna huius §. si simpliciter petatur, non facta mentione illius Titij, siue ille Titius sit adiectus solutioni tantùm, quo casu, licet ei solui possit inuito principali. §. planè. s. de inu. stipu. & l. vero procuratori. in prin. ff. de solu. tamen hoc non potest facta litis cõtestatione à principali, quia tunc solũ principali soluere potest: vt l. si stipulatus fuero decem in melle. in prin. ff. de sol. siue ambo sint principales, vt quia sint duo rei credendi siue ex cõtractu, siue ex vltima voluntate: & tũc simpliciter cessat pœna huius §. cùm vterq; reorum credendi possit ad solidum agere de persona: vt l. si Titio aut Seio la ij. ff. de lega. ij. facit l. si ex toto. §. j. de lega. j. In aliis autẽ speciebus alternatiuarũ semper dic q si electio est debitoris, habet locum §. noster. aliàs secus. Ista sunt expedita per multa verba, quæ summatim voluit Io. Fab. & Io. de Pla. hîc. Quãdo autem in alternatiuis sit electio debitoris, & quãdo creditoris, dicam vnum verbum in sequenti notabili. ¶ † Tertiò not. ex hoc text. q in contractibus alternatiuis electio est debitoris. [b] Concordat l. plerunq;. §. fi. ff. de iure dotiũ. & l. si in emptione. §. pen. ff. de contrahen. empt. De hac tamen materia, quia est semibrocardica in dubio, in alternatiuis cuius sit electio, siue loquamur in contractibus, siue in vltimis voluntatibus: recurrite ad glo. no. & magistrã in l. Lucio. in gl. j. ff. de lega. ij. & ibi videte Bart. not. distinguentem & plenè Dyn. in reg. in alternatiuis. de re. iur. in vj. & Bald. in l. qui duos. ff. de legatis secũdo. & Ioan. de Imo. in l. planè. §. penul. in eo. titu. ¶ † Quid autẽ in beneficiis, vel gratiis, cuius sit in dubio electio: quia hîc per Angel. de Aret. tangitur aliquid, videte Bald. in dicta l. Lucio. Bal. & Imol. in d. l. qui duos. & ibi allegant mirabilem tex. in l. ij. C. de castren. & ministerian. l. xij. qui tex. fecit mihi semel maximum honorem in examine publico, cui nemo sciuit respondere perfectè. & Bald. & Ang. in l. beneficium. ff. de consti. prin. & Bald. in l. si. aliàs penul. versi. quæro quid in mandato principis. C. de verb. sig. & Imo. in l. cùm res. §. sed si. ff. de leg. j. & text. in c. gratia. de rescrip. in vj. † In alternatiuis autem quid sit in obligatione, videte glos. & Bart. in l. si duo. ff. de verb. oblig. & per doct. aliquid in l. cùm quidam. de verborum significationibus. & in l. si stipulatus fuero decem aut quindecim. ff. de verborũ obligationibus. & per docto. hîc, vt per Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. de Are. ¶ † Et vsq; ad quantum tempus debitor, cuius est electio, habeat hanc facultatem eligendi: dicite quòd quandoq; etiam post sententiam, & in executione: nisi antè statutus fuisset sibi terminus, intra quem eligeret: vt l. eum, qui certarum. §. j. & ibi per gl. & Bar. ff. de verb. obliga. ¶ Vnum non omitto, quod est diligentissimè notandum ad limita-

a ¶ Alternatiuarũ. Circa hãc materiam vide latissime Felin. in c. inter cæteras. in j. col. cum seq. de rescrip.

b ¶ Debitoris. Vide Felin. in s. alleg. c. inter cæteras. circa fin. j. col. de rescrip.

ad limitationẽ tex. nostri: & nõ tradit per alios scribẽtes hîc, nec in cõibus locis, q illud quod dicitur in text. nostro, & similibus, † q in dubio in contractibus in alternatiuis electio est debitoris: fallit, nisi alternatiua esset adiecta in fauorem creditoris. Istud est, quod singulariter voluit Bar. post Gul. de Cu. in l. quamuis. in prin. per illũ text. ff. de pigno. act. Et propterea infert ibi sing. Bar. q si tu promisisti mihi soluere centum in pascha te, vel dare sufficiens pignus, q ego possum præcise te cogere ad soluendum: quia illud de dandis pignoribus fuit adiectum in fauorem mei creditoris: vnde electio non debet esse debitoris: quia aliàs illud, quod esset appositum in meum fauorem, redundaret in meam læsionem, contra illã l. quamuis. & l. quod fauore. C. de legi. Quod singularissimè notate. & sequitur Pau. de Cast. in l. iiij. §. si ex couentione. per illũ tex. in ver. quippe. ff. de re iud. & per text. no. & quasi de hoc expressum in l. causam. §. puellam. ff. de manumiss. ti. generali. Et idem tenet Pau. de Cast. in l. cùm proponas ab ea. C. de trãsac. Et ex hac doctrina Bar. ego puto q posit in terminis decidi amœna, & quotidiana questio, quam format Nic. de Neap. hîc, in viij. q. extra glo. & in ea nihil clarè decidit. Pone, † promisisti mihi q possum accipere vnum, vel duo plaustra lignorum de nemore tuo: volo accipere duo: nũquid possum? Videretur, secundùm eũ, q non: quia in alternatiua electio est debitoris: vt in hoc tex. Verisimile est ergo q promissor velit soluere vnũ tantùm, cùm nemo præsumatur velle iactare suũ. l. cùm de indebito. §. j. ff. de proba. Præterea semper in obligatione quod minus est sequimur: vt l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. Contrariũ refert decidere Iac. de Rauen. & Rodul. de Auri. hîc. arguendo de contractibus ad vltimas voluntates. † quod arg. est validum: vt l. seruum filij. §. eum, qui chirographum. & l. quæ de legato. ff. de leg. j. Sed in vltimis voluntatibus, si verba testatoris dirigãtur ad legatarium de percipiendo talẽ aut talem rem, electio est legatarij: vt l. plane. la j. §. pe. ff. de lega. j. & gloss. magistra in l. Lucio. ff. de leg. ij. Ergo cùm in quæstione proposita verba sint in stipulatorem directa, etiam quo ad executionem, certè stipulatoris erit electio. Et per hoc patet responsum ad contraria. Et cum istis concordat Pet. de Bellaper. in l. cùm quidã. C. de verb. sign. motus arg. l. si sic stipulatus. la j. & l. ij. §. j. ff. de verb. obli. & l. cũ is. in prin. ff. de cond. indeb. Nic. verò de Neap. hîc simpliciter dicit cõtra hos videri. tex. in c. in alternatiuis. de reg. iur. in vj. & nihil vltra dicit, & nihil firmat. Ego puto quod fundamentum adductum per istos in suprà scripta quæstione nihil penitus faciat ad propositũ, dum dicunt q si verba dirigantur ad stipulatorem, q electio est stipulatoris: quia dico hoc esse verisimum: sed in proposito nostro verba non sunt directa nec ad stipulatorem, nec ad promissorem, sed sumus in casu dubio, & in dubio electio est debitoris, iuxta theoricam glo. magistræ, & Bart. in d. l. Lucio. Nisi sustinendo eorum fundamentum dixeritis q verba satis diriguntur ad stipulatorem, dum dicitur q posit accipere vnum vel duo plaustra. Quicquid sit, ego credo q opi. eorũ sit verissima, & apertè decidatur ex singulari doctrina Bar. s. relata, q quãdo alternatiua est appositа in fauorem creditoris, prout est in terminis nostris, q nũquam electio est debitoris. & ista est veritas. [a] ⁂ ¶ † Quartò no. in ver. qua de causa. secũdùm Io. de Pla. & Ang. de Are. hîc generalem regulam in medio concludendi in vtroq; libello, vt semper ipsa petitio, seu cõclusio sit conformis naturæ, & qualitati ipsius obligationis: vt si pura sit obligatio, purè, & præcisè petatur condemnari. Si obligatio est in genere, concludatur in genere. Si autem est alternatiua, eodẽ modo cõclusio, seu petitio alternatiuè concipiatur: aliàs incideret in pœnam huius ver. iuncto ver. sed hæc quidem. j. eo. Et ad hoc faciunt quæ vidimus in §. curare. s. eo. Et de libello isto alternatiuo habetis etiã per Spec. in tit. de plus peti. §. finautẽ. ¶ Quintò no. ex hoc tex. in ver. præterà. q in obligatione generis electio regulariter est debitoris. ¶ † Quid autẽ sit in vltimis volũtatibus, puta in legatis in genere relictis, cuius sit electio, recurrite ad glo. magistrã in §. si generaliter. in verb. legatarij. s. de legatis. & in l. legato generaliter. in prin. in glo. mag. in ver. pessimus. ff. de legat. j. & ibi plenè per doct. & glo. in l. si hæredes. §. si incerto. in gloss. j. ff. famil. ercis. Quid autẽ sit in obligatione in re, puta in homine promisso in genere: dic quòd nullus ante solutionẽ, sed facta solutione ille qui soluetur, dicetur fuisse in obligatione: vt l. Meuius. §. duobus. & ibi per gl. & latissimè Bar. ff. de legatis ij. & l. cùm incertus. in j. charta. ff. de lega. j. & dixi in §. in bonæ fidei. in gl. in ver. iure aperto. s. eo. ¶ † Vltimò nota ex hoc textu in ver. quinetiam. q in obligatione generis petendo etiam vilissimũ, dicitur plus petere: & ideo est in textu. quia sæpenumero facilius est soluere id, quod est carius, quàm id, quod est vilius. Et quãuis gloss. hîc in ver. pretij. alleget ad hoc multas leges, nihil tamen faciunt, præter l. fin. ff. de vsu & habi. ¶ Glos. in ver. electio. diuido in tres partes. In prima ponit vnam fallentiam ad hunc text. in secunda allegat concordantem. In tertia quærit, & soluit. Secunda ibi: & facit ad hunc §. Tertia ibi: quare si promissor. Et aduerte ad illam tertiam partem, quæ incip. ibi: quare si promissor. & finit ibi. ff. de solu. l. Stichum. circa princip. quam multi libri non habent. & secundùm Ioannem Fabr. hîc in princip. est vna additio: &, secundùm eum, qui eam non habet, illam scribere debet. ¶ In fi. gl. de hoc, an, & quando perempto vno ex alternatiuè debitis, alterum tantùm præstandum sit. Et an & quando præstanda sit æstimatio mortui: quia gl. nostra in vtroq; minùs perfectè locuta est, nec etiam de hoc perfectã theoricam posuit Ioan. Fab. hîc, in ij. col. videte Barto. plenè distinguentem in dicta l. Stichum aut Pamphilum. in princip in ij. aliàs vltima col. in ver. reassume ergo. ff. de solu. cuius distinctionem formaliter refert, & sequitur Angel. hîc. vos eam habete pro hîc expressa, ne frustrà membranæ denigrentur.

LAVS DEO.

1 *Plus petens tempore, re, loco, vel causa, qualiter puniatur. 11.*
2 *Clausula, salvo iure superfluit: in libello apposita quid operetur.*
3 *Pœna de duplicandis induciis, an locum habeat in vera conditione.*
4 *Duplicandum quid sit, quando ante conditionem petatur cùm sit incertum quantum ante tempus petatur. & nume. sequen.*
8 *Fiscus agens ob necessitatem fiscalem contra debitorem suum, non tenetur aliqua pœna; licet plus petat.*
9 *Gabellarum emptores an ante tempus exigi possint.*
10 *Debitor fugitiuus ante tempus, vel ante diem capi potest.*
12 *Pœna petentis debitum iam solutum quæ sit.*
14 *Plus petitum simpliciter negari potest.*

Ver. Sed hæc quidem.

Iste ver. negligitur per alios scribẽtes, qui nihil, aut parum addendum super eo dicũt. Ego autem reddam eum valde singularem. Iste ver. summatus fuit in genere in prin. huius §. si tamen vultis summariũ in specie, hoc dicit vsq; ad §. si minus. † Hodie plus petens tempore, punitur in duplicatione induciarum. Plus autem petens, loco, vel causa, punitur in triplum expẽsarum in sportulis erogatarum. hoc dicit vsq; ad §. si minus. ¶ Diuiditur in duas partes principales. In prima ponit qualiter hodie pu-

T

2 ⁂ Adde q quãuis Iaf. dicat istã esse veritatẽ, mihi hęc decisio nõ videtur tuta, nec verũ videt q verba illa dicãtur taliter fauorẽ stipulãtis respicere, q ei tribuant electionẽ. Et videtur hæc decisio cõtra tex. in l. si stipulatus fuero decẽ. aut quindecim. ff. de verb. ob. Primò est cõtra rationẽ illius legis. Secũdò cui dubiũ est q illa adiectio de quindecim, & sic maioris quantitatis respiciebat fauorem stipulantis, nec per hoc illi datur electio: ergo nec etiã in casu q. nostræ. Non obst. doctrina Bar. in d. l. quãuis. ff. de pig. act. quia Bar. loquit nõ in mera alternatiua, vbi vtrũq; est in obligatiõe, licet aliud tantũ in solutiõe. l. si duo. ff. de verb. oblig. l. illud, aut illud. ff. de consti. pec. sed loquitur vbi vnũ est in obligatione, & illud idem in solutione. Et istud est, quod ponderat ibi Bar. & cõstitutio pignoris sit, vt cautior sit creditor, nõ vt duplum cõsequatur, vt in q. nostra. Difficultas est respõdere ad l. si sic stipulatus. la j. ff. de verb. oblig. cui primò possum respõdere q ibi expressè reseruauit sibi stipulator electionẽ secundùm glo. ibi, quæ exponit sumã id est eligam. Vel aliter, & secundò, respondeo q in d. l. si sic stipulatus. nõ agebatur de multiplicãdo debito, seu duplicãdo ex electione, nimirũ si habet electionẽ: secus est in casu nostro, vbi agitur de duplicando debito, nec verò simile videtur, debitorẽ in quæst. nostra ita promisisse, vt creditor haberet electionẽ, cùm ad sensum pateat q stipulator semper duo plaustra acciperet, non vnũ in dubiis ergo stipulationibus quod minimũ est sequa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur d.l.semper in stipulationibus.ff. de reg.iur. Et hæc opi. maiorem sapit æquitatē. Cogitabis tamen interim. Carcassona Sardus.

a ⁂ Sed aduerte, qa opi. Bar.verior videtur. Primò quia absurdum esset ꝙ agens puniretur respectu temporis elapsi ante petitionem, cuius respectu non videtur deliquisse, sed parum, aut nihil, & respectu temporis futuri post petitionem ante existentiā cōditionis, cuius respectu plus petiit, immunis esset: cum regula iuris sit in eo, quē esse puniēdum, in quo deliquit. c. literas. extra de tēpo. ordi. c. pastoralis. extra de iure patr. cum aliis similib⁹. Ergo etiā tempus post petitionē vsq; ad existentiam cōditionis, erit duplicandum. Præterea, & secūdò, arguo sic: Vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter debet illa determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. l. quāuis. C. de impub. & aliis substit. sed in §. hodie. j. de except. & in c. j. extra de pl[a] pet. pariformiter & vna determinatione cōprehenditur petēs ante tēpus certum, sicut petens ante conditionē. Sicut ergo in plus petente tēpore certo duplicatur tempus post petitionē currens. (siue Bar. siue cōmunē sequar opi. de qua statim ponit Ias.) ita etiam in petente ante cōditionis purificationem. Tertiò cō tractus conditionalis continet totum illud tēpus, quod est ante, & post petitionem vsq; ad existentiā conditionis, vt ad sensum patet. Ergo totū est duplicandum, vt videtur casus apertus in §. hodie. j. de except. ibi: vel quasi natura actiōis cōtinet, &c. & cōmuniter in seq. q. doctor. ita intelligūt illū tex. Nec obst. fragile auersantium argumentū, quia si constat de tempore celebrati contractus, & de tempore existētis conditionis, vtiq; cuicunque quāuis imperito arithmetico facilis erit temporis inter medij cōputatio: nec si difficilis esset, à proposito discedere: quia difficultas præstatiōis nō reddit inutilē dispositionē. l. ij. §. ex his igitur. in fi. ff. de verb. obli. & sic iste condemnabitur ad inducias duplicandas, quæ (vt inquit Bar. in d.l. pecuniam) ex euentu cōditionis certificabūtur. Et pro hoc allego optimum text. in argu. in l. in lege Aquilia, si deletū. ff. ad legē Aquili. Et hoc mihi verisimū videt, quicquid Iaso. & alij dicant ressellendo Ant. Ang. Carcassona Sardus.

b ⁂ Sed ille tex. mihi parū probat, & in contrarium videtur casus in l. non solum. Ia ij. §. tale. ff. eod. titu. de lib. leg. ibi exigere debitum tentauit, &c. Cogitabis. Sardus.

c ⁂ Remisso tamen eis medij tēporis interusurio, secundùm Bald. ibidem post glo. Sardus.

niatur petens plus tempore. In secunda ponit qualiter puniatur petēs plus aliis tribus modis. Secunda ibi: sinautem quantitate. Et ad hunc ver. addite quæ traduntur per gl. Inno. & alios in c. j. extra de plus petitio. & Io. Fab. & alios in §. temporales, ℣. de excep. Et mementote vt euadatis has pœnas, † ꝙ in libello semper adiiciatis illam salutarem clausulam, Saluo iure superflui. secūdùm quod dixi in principio huius §. si quis agēs. & ibi vidistis. Hodie tamē punitur tantùm in duplicatione induciarum, secūdùm formā §. temporales. ver. hodie. ℣. de excep. & iste text. siue ista pœna præcedit siue dies sit appositа ab homine, siue dies insit ex natura rei, siue dies insit à lege, prout dixi, & declarauī in ver. plus autem. in ij. not. S. eo. ¶ An autem hîc text. & hæc pœna de duplicādis induciis habeat locum in vera conditione, & sic in eo, qui petit ante euentum conditionis: dicite ꝙ sic, prout tenet Bar. cōtra Gul. de Cug. in l. pecuniam. si certū peta. per tex. apertum in c. j. in fi. extra de plus pe. vbi text. dicit ꝙ tempore plus petere dicitur qui ante diē vel cōditionem egerit. & ita tenet Bar. in l. si ita stipulatus. magna. in xiij. col. ff. de verborum obligatio. & Bal. in l. j. in vlti. col. C. de fideicom. & Ang. de Are. in princ. huius §. si quis agens. in glo. in ver. plus cōplexus. ¶ † Quid autem duplicandum sit, quando petitur ante conditionē, cùm sit incertū quātum ante tempus petatur? Dicebat Bar. in l. pecuniam. ꝙ incertum simpliciter nō posset duplicari: sed ista incertitudo tēporis in conditionibus venit certificāda ex futuro euētu. Et per ista simpliciter trāsit Ang. in prin. huius §. si quis agens. in ver. plus cōplexus. & Ang. de Are. in ver. plus autē. S. eo. §. & sic vult Bar. ꝙ in duplicatione induciarū faciēda petenti ante conditionem sit expectandus cōditionis euentus, qui habeat certificare quātum duplicādum sit. quod, iudicio meo, absurdum est dicere, cùm posset adeò differri euentus cōditionis, ꝙ vix, aut nunquàm sciremus quid esset duplicādum. Vnde credo ꝙ melius sit dicere, secundùm Iac. de Rauen. & Nic. de Neapo. in ver. plus autem. in j. q. extra gl. & Io. Fab. in ver. tempore. S. eo. ꝙ ad imponendam hanc pœnam duplicationis petenti ante conditionis euentum non sit expectandus euentus conditionis: sed erit videndum quantum tempus fuerit à tempore celebrati contractus cōditionalis vsq; ad tēpus petitionis, & illud erit duplicandū. Et credo ꝙ ista sit veritas. [a] ⁂ † Et successiuè iuxta prædicta, & iuxta hunc tex. in quo habemus ꝙ hodie pœna petētis ante tempus, est duplicatio induciarum: pulchrum est inuestigare, nunquid solum duplicabitur istud modicū, quod restat de dilatione à tēpore petitionis, an verò duplicabitur totum tempus totius integræ dilationis vsq; ab initio. Bart. in l. iustas. C. de iur. fisc. lib. x. tenet ꝙ fiat duplicatio solum de tempore, quod supereſt, per text. in l. aut damnum. §. quisquis. ff. de pœn. & ibi hoc idem tenet Bart. & cùm Bar. simpliciter tenet Ioan. de Platea in versicu. plus autem. in j. col. S. eod. Contrariam opi. ꝙ imò tota dilatio debeat duplicari, & nō tantū illud, quod supereſt, tenet Nic. de Neap. hîc in apostil. tex. in ver. loquitur cōstitutio. Idem etiam tenet Ioan. Fab. in §. temporales. ℣. de excep. & Ang. de Are. in prin. huius §. si quis agens. in gl. in ver. amittebant. Idē etiam tenent cōmuniter doct. Cano. vt Ioan. And. & do. Ant. de But. in c. j. extra de plus peti. & ita se habet magis cōmunis opi. per tex. apertū in d. §. tēporales. ver. hodie. ℣. de excep. nisi illum text. intellexeris ꝙ ibi à principio dilationis petierit, quare esset nimū diuinare. Nec obst. l. aut damnum. §. quisquis. alle. S. per Bar. quia respondet Nico. de Neapo. hîc, quòd ille tex. loquitur in pœna corporali: nos autē loquimur in pœna pecuniaria: quare secus, arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. iuncta l. interpretatione. ff. de pœnis. Aduertite tamē diligēter ꝙ maxima declaratione text. nostri ad id, quod signanter dixit Spe. in tit. de fru. & lit. expen. §. fi. ver. vt hîc articulus. vbi sing. dicit † ꝙ si agitur ante tempus, & nō opponitur per partē, ꝙ valet processus. Dicit tamen ꝙ sibi debet imponi pœna, quæ imponitur plus petenti tempore: vt in hoc tex. † Et nota diligenter quòd talis exceptio debet opponi ante litem contest. non autem post, secundùm Bal. in l. si extraneus. in prin. ff. de cōdi. ob cau. vbi etiam ponit quæ sunt partes iudicis in condemnatione, si petatur ante tēpus. An autem, & quando admittatur pœnitentia ad hoc vt actor euitet has pœnas videte gl. in c. j. extra de plus pet. quę tenuit ꝙ vsq; ad litē cōtestatam admittatur pœnitētia, per l. vnicā. C. de plus pet. iuncta l. amplius nō peti. ff. rem rata. habe. & dicit Angel. in princip. huius §. si quis agēs. in gl. in ver. cadebat. quòd istud probatur in l. non solum. la j. §. fi. ff. de lib. leg. ⁂ quod est verum, secundùm do. Ant. de But. in d. c. j. nisi reus interim etiam ante litem contest. fecisset aliquas expensas: quia in illis reficiendis actor veniret condemnandus, cùm non sit iustum quòd iniustè vexatus fuerit, & in expensis læsus, secundùm Hostien. facit l. eum, quem temerè. cum ibi not. ff. de iudi. † Vltimò diligentissimè aduertite pro maxima limitatione suprà scriptorum, & textus nostri quòd suprà scripta text. nostri fallunt in fisco agente ob necessitatem fiscalem contra debitorem suum, vel debitorem debitoris sui ante diem: quia potest agere ante diem, etiam, quod est fortius, si oppo natur, nec incidit in pœnam huius textus, & hoc est speciale in fisco. Casus est de hoc valde sing. in l. j. C. de condi. ex lege. Et ita ibi Bart. dicit, quòd ille casus est sing. Et quòd hoc casu non duplicentur induciæ, & consequenter non habeat locum pœna huius ver. tenet ibi expressè Bald. in prima oppositione dicens hoc esse speciale in fisco, propter publicam necessitatē, quæ semper videtur fiscum vrgere, quia semper est in sumptu. ¶ † Dicit etiam ibi Bald. quòd illa lex sit valde not. contra emptores gabellarum, vt pro necessitate Reipublicę possint exigi ante tempus, ⁂ & tota die propter repentinas necessitates publicas hoc fieri videmus, & non est iniustum, secundùm eum, quod reputat multùm notandū. † Dicit etiam in vltimis verbis ibi Bald. quòd omnis debitor fugitiuus potest etiam capi ante tempus, vel ante diem, per text. in d. l. quæsitum. ff. de pigno. quam legem dicit esse notabilem ad hoc, vbi est text. quòd si debitor est suspectus ante diem, vel conditionē competit persecutio pignoris. quem textum in proposito tex. nostri singulariter nota pro secunda singulari limitatione ad hunc text. vt

non

non procedat in agente ante tempus cōtra debitorem suspectum.

11 ¶ † Secundò principaliter not. ex isto textu quòd hodie pœna plus petentis re, loco, vel causa, est triplum expensarum in sportulis factarum: vt isto §. & §. omnes. ver. tripli. S. eo. & petitur triplicatio expensarum per condictionem ex lege: vt hîc, cum glossella in ver. punitur. & gloss. in d. ver. tripli. in verbo, consequitur. Pro aliis autem expensis condemnabitur in simplum reo, secundùm Ioan. de Plat. hîc. Est tamen casus, in quo etiam hodie plus petens cadit à causa, & sic causam perdit, quando duo copulatiuè interueniunt, quòd dolosè plus debito petat, & etiam dolosè de pluri exigat cautionem: vt est text. in d.l. vnica. & ita ibi declarat Bartol. C. de plus peti. Si autem petiisset plus debito dolosè, non haberet locum illa lex vnica, sed solùm condemnaretur in triplo expensarum, iuxta d. ver. tripli. & hunc tex. nostrum. Et hoc notate pro declaratione, &

12 limitatione ad tex. nostrum. ¶ † Quæ autem sit pœna petentis debitum iam solutum, videte tex. notabilem, quem ego reputo singularem in iure. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mandati. vbi est text. quòd ille, qui petit debitum solutum, vel semel solutum, iterum recipit, committit crimen stellionatus. Et ita no. ibi Bartol. in

13 j. notabili. ¶ † Quid autem ad text. nostrum dicemus, si actor plus debito petiit, & reus conuentus etiam eodem modo plus debito negauit: quid erit hoc casu? Dicunt quidam quòd fiat compensatio adinuicem: argu. l. si duo. ff. de dolo. Sed Ioan. de Lig. in c. j. extra de plus peti. dixit † quòd reus nullam pœnam patitur: & quòd propter plus petitum potest simpliciter negare: arg. notatorum in c. j. extra de litis contesta. & cum eo tenet Ange. de Aret. in princ. huius §. si quis agens. in gloss. in ver. cadebat. Videte tamen do. Anto. de Butr. in d. c. j. extra de plus peti. vt saltem quo ad expensas fiat adinuicem compensatio: quantum verò ad alias pœnas verum dicat Ioan. de Lig. ¶ Gloss. huius ver. sunt interlineales, & claræ: & ideo remanebit expeditus iste versiculus, & per consequens iste §.

LAVS DEO.

1 *Petens aliud pro alio per errorem, an in eodem iudicio errorem suum corrigere possit.*

2 *Creditor petens certam quantitatem an per hoc confiteri non videatur se in maiore quantitate non esse creditorem.*

3 *Creditor si debitor ei dicat, ecce centum, quæ tantùm tibi debeo: & simpliciter accipiat, & nihil dicat: an sibi præiudicet, & fundata sit intentio rei.*

4 *Libellanti an eius assertio noceat. cum tribus seq.*

8 *Donatio præsumpta an traditionem requirat. 10.*

9 *Libellum emendare quando propriè quis dicatur.*

11 *Libellum mutare quando quis dicatur.*

12 *Cumulatio, quid de materia cumulationis. 26.*

13 *Libelli emendatio vsq; ad quantum tempus permissa sit. 14. 22. 23. & sequen.*

15 *Iudex an secundùm conscientiam, an verò secundùm allegata, & probata iudicare debeat.*

16 *Executor sententiæ si conscientiam suam habeat contra sententiā, quam exequi debeat, an nihilo minus eam executioni mandare teneatur.*

18 *Iudex videns Titium occidere Sempronium coram multis, an absq; alia probatione eum de homicidio condemnare possit.*

19 *Potestas vel capitaneus videns à fenestra aliquos rixantes, an eos ex hoc absque alia probatione punire possit. 20.*

21 *Potestas si filium rixosum habeat, & non prouideat, an licitè de officio suo expelli possit.*

25 *Dilationes quæ causæ cognitione concedantur.*

§. Si minus.

¶ Iste §. multùm bene continuatiuè procedit, secundùm Dyn. Io. Fab. Nico. de Neap. & Ioan. de Plat. Nam S. proximè loquutus est Imperator quando petitur plus, quàm debeatur, qualiter actor puniēdus sit: & sic qualiter prouideatur reo cōtra actorē plus debito petentem: hîc verò loquitur in casu econtrario, quādo petitur minus, quàm debeatur qualiter subueniatur huic minus petēti. Posteà in ver. seq. ponitur quādo petitur aliud pro alio per errorē, an liceat errorē suum corrigere. ¶ Iste §. vsq; ad §. fi. sunt prætereà, cō-

a ¶ Libellanti. Vide Fran. Aret. in l. cū te. C. de trāsac. & in l. ij. C. de insti tu. & substi. in fi. & quod dixi in apostil. in d. l. cum te. ad Fran. Aret.

muni diuisione, vt Nic. de Neapo. & Angel. de Are. diuiditur in duas partes principales. In prima loquitur in eo, qui minus petit, quā sibi debeatur. In secunda loquitur in eo, qui petit aliud pro alio per errorem. Secunda ibi: si quis aliud. Vel si vultis elegantiùs & fundamentalius diuidere ex his quæ dicturus sum. ℣. in glo. ij mag. in ver. iudicio. in prin. diuidite in duas partes principales. In prima loquitur de emendatione libelli. In secunda loquitur de mutatione libelli. Partes non mutantur. Hanc diuisionem optimè intelligetis ex his, quæ tradam in gl. prædicta, hoc dicit in summa vsq; ad §. fi. sunt prætereà. Quamuis actor minus petat, quam sibi debeatur, tamen iudex in iudicio debet aduersarium in reliquo condemnare. hoc dicit primò. † Item petēs aliud pro alio per errorem, potest in eodem iudicio errorē suum corrigere. hoc dicit secūdò, & vltimò literaliter, & ad corticem vsq; ad d. §. fi. Et dicit Ioan. Fab. hîc, in iij. col. ꝙ iste §. in princ. & in ver. si quis aliud. est gl. & declaratio l. edita. C. de eden. & quāuis aliqui hîc, vt Ange. de Are. congregent hîc quasi omnem materiam, quæ ponitur in l. edita. videlicet de emendatione libelli, an, & quando sit permissa. Item & de mutatione libelli, necnon & de cumulatione: ego tamē non attingam nisi ea, quæ necessaria sunt ad text. & gl. tum quia ista est propria, & ordinaria materia d. l. edita. tum etiam quia angustia tēporis me vrget, & proximæ generales vacationes à tergo instant, &

2 premunt. ¶ † No. in primis Ang. de Are. hîc vnum, ad quod reputat hunc text. multum menti tenendū: quia licet quis petat certam quantitatē, non tamen per hoc videtur confiteri se in maiore quātitate non esse creditorē, siue ignoranter petierit, siue scienter. Facit l. si quidem. C. de transact. & hoc nisi apposuerit dictionem taxatiuam tantùm, vel solummodo, secundùm Bart. & alios in d. l. si quidem. per glo. not. in l. rationes. in glo. fi. in ver. quantitatem. & etiam per Bart. & alios. C. de proba. & per l. iij. §. cum Titio. ff. de adimen. leg. Adde Bart. eadem dicentem in l. si cùm duos. in princ. ff. rerum amo. & ibi etiam ponit Bar. † quid si debitor dixit creditori: Ecce centum, quæ tantum tibi debeo: & creditor simpliciter accepit, & nihil dixit: an sibi præiudicet, & per hoc sit fundata intentio rei? Determinat Bartolus quòd non præiudicat: & de hoc

4 dicit esse casum nota. in d. l. si quidem. ¶ † Secundò, & vltimò notate in ver. si quis aliud. quòd quamuis vulgò dici soleat, quòd assertio libellantis noceat libellanti. vt l. cùm precum. cum glo. j. & ij. & ibi Bald. C. de libe. cau. & l. ij. & ibi not. Bald. ex illo tex. C. de insti. & substi. sub condi. fac. in tantum quòd per ista iura dicit Barto. in l. certum. §. si quis absente. ver. item quod dixi. ꝙ valet confessio parte absente, intelligendo, &c. ff. de confessis. quòd cōfessio facta in libello, etiam absente parte, probat. De quo etiam per Bart. in l. ij. in vltimis verbis. ff. de iure fisci. & Bald. in l. vnica. in penulti. col. C. de confessis. & do. Anto. de Butr. in c. fin. extra de confessis.

5 ¶ † Tamen illa regula limitatur primò per hunc text. nisi interueniſſet error quia errore interueniente talis assertio non noceret libellanti: imò potest talis error reuocari: vt hoc tex. Addo text. in l. rura. & ibi Bart. in fi. illum no. ad hoc. C. de omni agro deser. lib. xj. Intelligite tamen, dummodo lis nondum sit contestata, secundùm glos. not. in l. qui familiæ. in glos. vnica. in fi. ff. fami. erci. & hîc, in gl. ij mag. in ver. iudicio. ¶ † Secundò prædictam regulam, quæ habet quòd assertio facta in libello nocet libellanti [a], limitat Ang. de Are. hîc in xx. col. in gl. in ver. corrigere. vt procedat quando confessio facta in libello esset assertiua. Secus autem si esset narratiua, seu nuntiatiua: vt si dicerem in libello me mutuasse decem Titio hæredi Seij. Nam per hoc non viderer confiteri illum hæredem Seij. Allegat Bald. in d. l. qui familiæ. qui, secundùm eum, ita intelligit illam legem. Vos autem pro veritate huius limitationis videte in terminis Bart. in l. ex hac scriptura. ad fin. in vlt. q. & ibi omnino Ioan. de Imol. ff. de dona. Bald. in d. l. cum precum. C. de lib. cau. & in l. ex his verbis. in vlti. col. C. de restitu. mili. & in l. j. in penultima & vltima col. C. de fal. cau. adie. lega. & in l. vnica. in xix. col. C. de confes. & in l. error. in vj. col. C. de iur. & fac. igno. do. Ant. de But.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✱ Videas do. Alexand. in d.l.nuda. in addi. ad Bart. qui allegat tex. in d.l. diuus. §. senatus. ff. de fal. quem hîc allegat Iaſ. & ibidē refert Imol. reprobātem Bart. Sardus.

b ✱ Adde q̄ ſola abſtinentia decennij à petendis vſuris inducit remiſsionem præteritarū vſurarum. Caſus eſt notab. in l. cùm quidā. §. diuus. ff. de vſur. intelligēdo illum tex. ſimpliciter, ſecūdùm quod in litera eſt gratior: vel etiā ſecūdùm aliā literā, quę dicit grauior. & ibi illud eſt ſpeciale: & pōt adduci p̄ limitatione iſtius glo. de cuius legis intellectu vide quæ dixi ē. in §. fuerat. col. iij. in addi. Carcaſſona Sardus.

c ¶ Cumulare. Pro qua materia vide Felin. in c. ſignificantibus. xij. col. verſi. circa materiam. de lib. ob. & q̄ ibidē ad eſi dixi in apo. Quibus adde duo verba per Fran. Are. in l. ex duobus. de duo. reis. in fi. v. col. & in l. j. C. de fur.

7 in c. fi. in antepe. col. extra de confeſsis. ¶ †Ter tiò vltra Angel. de Aret. ego reperio q̄ ſuprà ſcripta regula, quòd aſſertio facta in libello non ceat libellanti: limitatur ſingulariſsimè per Io. de Imol. in c. ſi cautio. ante mediū. extra de fide inſtru. Et ſi hæc limitatio eſſet vera, eſſet ſcribēda literis aureis, q̄ ita demū libellus probet & p̄iudicet libellanti, ſi eſt ſcriptus manu propria ipſius libellātis: ſecus ſi manu notarij, vel alterius tertij. Et ita dicit ſentire. Bar. in l. nuda ratio. in ij. col. ff. de dona. Sed certè Bar. ibi nō loquitur in libello, ſed loquitur in libro rationum: & dicit, q̄ liber rationū facit fidē, quāuis ſcriptus parte abſente, quando eſt ſcriptus manu propria: ſecus ſi manu alterius. Quinimo Bart. in d.l. nuda ratio. [a] ✱ cōmuniter reprobatur in hoc per doct. ibi: & contra eum tenet etiam Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de inſtru. edi. §. reſtat. Et cōtra hanc limitationem Imol. ego allego text. ſolēnem in l. diuus Claudius. §. item Senatus. ff. ad legem Corne. de fal. vbi eſt text. quod nō refert, an aliquid ſit ſcriptū manu propria alicuius, an manu alterius de eius volūtate: &, vt formaliter inquit iuriſcōſultus, videri enim hæc ipſius manu ſcripta, cuius voluntate ſcripta ſunt. ¶ Glo. j. in ver. intētione. q̄æ eſt ſingularis gl. ibi: intentione. ſcilicet libello intentionis: & ſic ponitur contentū pro cōtinente: prout etiā vidiſtis tex. in §. ſi quis agēs. in prin. & ibi dixi in apoſtillatiōe tex. s̄. eo. ¶ In fi. gl. notate perpetuò hanc gl. quæ eſt vnica & ſingu. in iure, & q̄ nūquàm præſumitur donatio, niſi quando traditio interuenit. Et ſi eſt vera, eſt magna limitatio ad l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Et ſic habetis ſingulariter colligere, q̄ præſumpta donatio requirit traditionē. Vos autē dicite quòd glo. verum dicit in ſe, & ad text. noſtrum: ſed non in eo, inquantum dicit non præſumi donationem, niſi quando traditio interuenit. In hoc repræhēditur per do. Io. Fab. & Ang. de Are. hîc: quoniā imò præſumitur donatio per ſolam ſimplicem promiſsionem ſcienter factā: vt l. Cāpanus. ff. de ope. libe. Accedāt quod vulgò dicimus paria eſſe promittere, & ſoluere. l. fi. C. ad leg. Fal. & l. ſi patronus. §. j. ff. de dona. Suſtinendo gl. in ſe quantum ad tex. noſtrum, vt ex petitione in minus, quàm debeatur, facta à ſciente, non præſumatur donatio in reſiduo: dicunt ſuprà ſcripti doct. quòd præallegata nō faciunt ad propoſitum §. noſtri: quia prædicta loquuntur vel quādo traditio fuit facta à ſciente ſe non teneri: quo caſu procedit d.l. cuius per errorem. vel quando interuenit promiſsio à ſciente ſe non teneri: quo caſu procedit d.l. Campanus. & regula, quòd paria ſunt promittere, & ſoluere. Et ſic qua ratione ſoluendo ex certa ſcientia ſciens me non teneri videor donare, eodem modo promittens ex certa ſcientia ſciens me non teneri, ſimiliter videor donare: ſed in caſu §. noſtri nō interuenit traditio, nec promiſsio, nec aliquid, quod inducat donationem: & cōſequenter hîc non agitur de traditione, vel promiſsione ſimpliciter facta, ſed de quadam abſtinētia, prout dicit gl. noſtra, de qua nunquàm auditū, & nunquā

b relatū extitit quòd induceret donationē, vel remiſsionem. [b] ✱ Et cum iſta opinione, ſeu defenſione, quæ fuit originaliter Dy. vt præ dixi, imò verius gl. noſtræ, tranſit Nic. de Neap. hîc in prima opp. glo. & cum iſta gloſ. ſic declarata adducit ipſe quòd non eſt tanta præſumptio in patiente, quanta eſt in tradente: quia grauius eſt tradere, quàm pati. Et ſi diceres quòd paria ſunt aliquid tradi alicui, vel quòd res ſit apud eum: vt §. interdum. s̄. de rerum diui. & l. qua ratione. §. interdum. ff. de acqui. rerum do. Reſpondebat Nic. de Neapoli. hic, quòd illud habet locum in eo, qui eſt ad traditionem obligatus: aliās ſecus, vt in terminis noſtris: quia tunc nō ſunt

9 paria, tradere, & pati. ¶ † Ego vltra doct. & præallegata contra gloſ. hîc, quòd imò præſumatur donatio, etiam non interueniente traditione, allego gloſ. contrarium tenentem in l. vnica. C. de plus peti. in gloſ. fi. in ver. tranſactionibus. circa medium. vbi dicit illa gl. & quamuis contra plus debito petentem per dolū, & dolosè exigentem cautionē ſuper plus debito ſuccurratur per remedium illius l. vnicæ: quia cadit à cauſa, tamen ſi poſtea ille, à quo fuit exacta illa cautio, ſponte, & ſcienter confiteatur in tanta quantitate, in quanta fuit exacta cautio, quòd ſibi tunc non ſuccurritur: quia videtur donare, per dictam l. cuius per errorem. & ſic illa præſumpta donatio non requirit traditionem. Sed dicite prout dixi ſecūdùm docto. hîc, quòd gloſ. in d.l. vnica. loquitur quando interuenit promiſsio, ſeu confeſsio, quæ bene induceret præſumptam donationem. Noſtra autem gloſ. & §. noſter loquuntur, quando nō interuenit traditio, nec promiſsio, nec etiam confeſsio, ſed ſolum quædam abſtinentia, vt prædixi. ¶ Gloſ. magna in ver. in iudicio. diuiditur in quatuor partes principales. In prima declarando text. ponit opi. quorundam, vt Martini. In ſecunda ponit aliam opi. Ioan. quam approbat. In tertia reſpōdet tribus fundamētis adductis per Martinum. In quarta quærit, & ſoluit. Secūda ibi: ſed certè ſecundùm Ioannem propoſitum eſt falſum. Tertia ibi: nec obſtat quod hîc dicitur. Quarta ibi: quia poteſt emendare libellū quandocunq;. Hæc gloſ. inaduertenter promiſcuè vtitur iſtis terminis Emendare. & Mutare. Nam quod hîc in princ. glo. dicit emendare. ſ̄. dum refert opinio. Ioan. dicit mutare: & ſic videtur velle gloſ. quòd non ſit differentia inter emendare & mutare, & tamen quòd ſit differentia, præſupponit apertè text. in l. edita. C. de eden. dum dicit, emendari, vel mutari. & ſic ponit alternatiuam inter hæc duo verba, quaſi ſit diuerſitas. & ibi glo. magna in ver. emendari. & ibi doc. conſtituunt magnam differentiam inter emēdare, & mutare. Pro clara ergo intelligentia horum terminorū, & eorū, quæ ſ̄. dicētur, dicite quòd in materia iſta reperiuntur in iure tres termini, emendare, mutare, & cumulare: qui tres termini inter ſe valde differunt, vt declarant Ioan. Fab. Angel. de Are. Ioan. de Platea hîc, &

10 clarius Bartol. in dicta l. edita. C. de edendo. † Emendare ergo libellum quis propriè dicitur, ſecundùm Ioan. Fab. & Ange. hîc, quando aliquid corrigit in eo abſq; mutatione ſubſtātię materialis. Bar. verò in dicta l. edicta. in j. col. verſic. pro declaratione. latiùs quàm Ioan. Fab. hîc, & latiùs quàm gl. ibi dixit quid ſit emēdare. Declarat per textum. C. de emendatione Iuſtiniani Codicis. per totū. & §. quibus. in prima conſtitutione Codicis. & C. de emenda, propinq. & ſeruorum. per totū. ex quibus colligitur quòd emēdare libellū, eſt ipſum corrigere, ſuperflua reſecare, mutare verba: (ſententia tamen permanente) addere, vel detrahere, vel declarare obſcura. Intelligite tamen ſemper ſubſtantia materiali ſalua permanente. Tolite vnum exemplum, & ſufficiat. Egi contra te in libello actione ex mutuo ad centum: volo poſteà addere libello quantitatem, & petere ducenta eadēmet actione: iſta propriè eſt emendatio libelli: quia remanet ſalua ſubſtantia materialis, eademmet actio, idemmet cōtractus, eademmet obligatio. Et de hac emendatione propriè loquitur tex. noſter in prima parte. & l. accuſaturus. ff. ad legē Iuliam de adulter. bonus textus in l. actorum verba. ff. de re iudicata. † Mutare verò libellum, eſt alterare ſubſtantiam ipſius libelli. vt ſatis patet in dicta l. alterum verba. cum gloſ. iuncta l. iudex poſteaquam, & iunctis vtrobiq; notatis. ff. de re iudicata. Vel meliùs, & clariùs ſecundùm Ioannem de Platea hîc, mutare libellum, eſt, veteri actione relicta, nouam allegare, vel relicta prima repetita aliam petere. Exemplum: egi contra te in libello actione ex teſtamento ad centum, volo nunc agere actione ex ſtipulatu, & ſic alterare libellum. Iſta propriè eſt mutatio: quia ſubſtantia materialis ipſius libelli alteratur. De hac mutatione propriè loquitur text. noſter in ſecunda parte principali in ver. ſi quis aliud. & l. cùm fundum. §. finali. ff. de vi & vi arma. ¶ † Cumulare [c] verò, ſiue cumu-

12 c latio, ſecundùm quod definit Bart. in d.l. edita. in iiij. col. eſt vnius actionis cum alia coaceruatio. Nam cumulare, idem eſt, quod coaceruare plures actiones in eodem libello contra eundem: Exemplum, agi contra te actione depoſiti, poſteà dubitans nō poſſe probare depoſitū, volo aliam actionem cumulare in libello: & ſic volo plures actiones ad idem, ex diuerſis cauſis competentes. Coaceruatio iſta, eſt cumulatio. Et de iſta cumulatione nihil loquitur tex. noſter: ſed hanc materiam cumulationis ponit Cy. Bart. Bal. Ang. & Sali. & alij ſcribentes in d.l. edita. & ampliſsimè per Cy. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. & aliquid per Ioan. Fab. &

a Ioan. de Plat. & Ange. de Aret. in antepe. & vlti. char. [a] ✱ ¶ An autem, & quibus caſibus, & vſq; ad quantum tempus permiſſa ſit iſta emendatio, vel mutatio libelli, de quibus duabus loquitur text. noſter, vt prædixi, dicam aliquid ſtatim in fi. huius glo. ¶ In ead. gloſſ. ibi: vt in authen. de litig. §. omnem. dicite, & tranſſumptiuè in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Teneatis ergo extra gloſſ.

13 † q̄ hodie de iure Authenticorum non eſt licitum emendare libel-

b lum [b] etiam vſque ad litem conteſtatam, & ex hoc ſequitur gloſſellam velle q̄ §. noſter, & l. edita. C. de eden. quæ leges permittunt emendationem libelli vſq; ad litis conteſtationem vt ſtatim ſ̄. dicetur, ſint hodie correctæ. Et hoc aperta fronte firmauit Pet. de Bellaperti. in d.l. edita. in viij. q. & Spe. in tit. de lib. cōcep. §. nunc oſtendamus. circa prin. In hoc puncto Nic. de Neap. in j. q. refert plures, & varias opiniones antiquorum: de quibus, quia non expedit, non curo, facere mentionem. Ego indiſtinctè teneo contra hanc gloſſ. q̄ tex. noſter, & l. edita. non ſint vllo modo correcti: & conſequenter q̄ etiam hodie quis poteſt emendare libellum vſque ad litis cōteſtationem: ſecundùm tamen quod ſ̄. dicam. Et etiam tenēt Ioan. Fab. & Ioan. de Plat. & Ange. de Aret. hîc, & Iaco. de Belui. in d. §. omnem. in auth. de litig. Nec obſtat d. §. omnem. & tranſſumptiuè dicta auth. qui ſemel. quia reſpondet Ang. q̄ verum eſt, q̄ actor debet perſiſtere libello vſq; ad finem iudicij, ſupple, ſecundùm eū, niſi vſq; ad litem conteſtatā lege permittente mutauerit libellum: vt hoc tex. Vos autem abſque vlla ſuppletione melius reſpondete, ſecundùm Ioan. Fab. hîc, cuius ſolutionem etiam ſequitur Ioan. de Pla. q̄ ille §. omnem. & auth. qui ſemel. nihil habent cōmune cum §. noſtro, & l. edita. quia illæ leges loquuntur in caſu, quando actor non vult proſequi cauſam: quo caſu per dictas leges cogitur proſequi, & perſiſtere in libello dato. hîc autem §. noſter, & l. edita. loquuntur in caſu valde diuerſo: imò e contrario, quādo actor inſtat, & proſequitur cauſam, veruntamen vult aliquid emēdare de propoſitis in libello: & ſic illæ leges occurrunt calumniis non proſequentium cauſam: iſtæ autem leges ſubueniunt vigilantiæ proſequentiū. Et ſic luculēter apparet q̄ hæ materiæ nihil habent commune ad inuicem: & conſequenter q̄ iſte §. & l. edita. non ſunt hodie correcti, cùm loquantur in materia prorſus extranea. ¶ In ead. glo. ibi: tamen dicitur iudicium idem: vt ſ̄. proximo §. An hæc ſo-

14 lutio ſit bona dicam ſ̄. latè. ¶ † In ead. glo. ibi: vt ſ̄. de noxa. in princ. verſi. in ſumma. voluit dicere glo. q̄ in d. §. ſi detracta. ſolùm fiebat emendatio circa qualitatem nō contingentem actionem, vel cauſam agendi: & conſequenter fiebat emendatio in qualitate, ſuper qua non fundabatur iudicium, ſed rei conuenti beneficium: & ideo fieri, poteſt etiam poſt litem conteſtatam: vt in d. §. ſi detracta. Et ita ibi declarat Flo. Et de intellectu illius §. ſi detracta. ſi vultis latiùs videre, videte Inno. in c. j. extra de libel. obla. & omnino Ioan. de Imo. in l. j. §. j. ff. de publi. Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de accu. in quarta parte. & Bald. in repe. Perufina. l. edita. in xx. & xxix. col. ¶ In ead. gloſ. ibi: niſi habeat conſcientiam vt iudex. Teneatis ergo

15 q̄ cùm quæritur † an iudex debeat iudicare ſecundùm conſcien-

c tiam ſuam, an verò ſecundùm allegata & probata, [c] q̄ ſic eſt diſtinguendum. Aut id, quod iudex habet in conſcientia, eſt notum ſibi vt iudici: & tunc debet iudicare ſecundùm cōſcientiam ſuam. Et dicitur conſtare iudici vt iudici, quando ſibi conſtat ex actis coram eo factis. Et ita loquitur l. ſi irruptione. §. ad officiū. ff. finium regun. Aut verò id, quod iudex habet in conſcientia ſua, eſt ſibi notum tanquam priuatæ perſonæ: & tunc debet iudicare ſecundùm allegata & probata. & ita loquitur l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præſidis. non autem debet iudicare ſecundùm conſcientiam ſuam. Nec dicitur iſto caſu peccare, aut conſcientiam facere: vt no. in c. j. extra de officio ordina. vbi ſi iudex iudicat ſecundùm legem non peccat, quamuis contrarium cognoſcat: exemplo Saluatoris noſtri, qui quamuis noſceret omnia ſecreta no a ſtra, tamen noluit iudicare ſecundùm ſuam conſcientiam, ſed ſecundùm probationes: vt ij. quæſt. j. c. Deus omnipotens. Et theoricam glo. noſtræ formaliter ſequitur Bart. poſt anti b quos in d.l. illicitas. §. veritas. Quid autem ſit conſcientia, & infinita ſingularia dicta in materia conſcientiæ, dixi vobis in §. ſed iſtæ. [d] in d glo. magna. in verb. dicit. s̄. eo. De puncto autē gl. noſtræ, an iudicādum ſit ex allegatis & probatis, an verò ſecundùm conſcientiam, videte plures gl. vt in §. ſit tibi quoq; tertiū ſtudium. in auth. de man. princ. & gloſ. s̄. quibus mo. tu. fini. in prin. ſuper ver. ex habitu. & in l. ij. in gl. fi. ſuper verbo, quanti in litē. ff. de in litē iuran. & in d.l. ſi irruptione. §. fi. in gl. fi. in ver. ſubiectis. & gl. no. in l. j. in gloſ. j. C. qui & aduerſus quos. & in l. lex, quæ tutores. in ver. teſtificatione. C. de admi. tuto. & in l. ij. in gl. penūl. in ver. atrox. & ibi Ang. ff. de fer. & ibi etiam glo. not. declarat quādo aliquid dicatur eſſe notum iudici vt iudici: quia eſt, quando ſibi conſtat ex actis: quia illud eſt in actis productum: vt quia eſt ſibi probatum per teſtes vel inſtrumēta coram eo producta. Et fertur ita Azo. reſpōdiſſe Poteſtati Bononiæ. Ad iſta etiam videte gl. in l. bonorum. in ver. ſciens. C. qui admi. per gloſ. notabilem, quæ latè diſputat, & examinat in c. j. in gl. magna, in ver. cautiones. circa medium, extra de offi. ordi. & in c. paſtoralis. §. quia verò. in ver. eandem. extra de offi. deleg. & in c. iudicet. in gloſ. in ver. audit. iij. q. vij. Verùm quia iſte paſſus eſt multùm dubitabilis apud Theologos & Canoniſtas, nec tranſit cum tam modica diſtinctione, an ſi iudex habeat conſcientiam indubitatam, & ex conſcientia ſua indubitanter ſciat, puta quia vidit aliter eſſe, quam ſit probatum, an debeat iudicare ſecundùm conſcientiam ſuam, & maximè in criminalibus, in quibus veniret imponenda pœna corporalis, cùm damnum non ſit poſteà reparabile: vt puta ſi indubitāter ſcit iudex quòd Sempronius occidit Caium, quia ipſe infallenter vidit: & probatur pleniſsimè per teſtes quòd fuit Titius, qui eum occidit: an cogatur ex probationibus corā eo factis condemnare Titium innocentem. Varij varia dixerūt: ideo videte Spec. in tit. de ſenten. §. gēneraliter. ver. item debet. & in titu. de notorio cri. §. fi. in ver. quia. & in ti. de allega. & diſpu. §. ſatis clarè. ver. vt autem. & ver. item ad eius. & ver. item ſi. & ibi Ioan. Andr. in addi. & latiſsimè do. Abb. Panor. & Imo. poſt do. Ant. de But. & alios in d.c. j. extra de offi. ordi. & in d.c. paſtoralis. §. quia verò. extra de offic. delega. per doct. in c. j. vbi pulcher text. de re iudi. in vj. & in c. ij. quod incipit, ſi c facerdos. per tex. & glo. ibi in verbo, ſciat pro certo. extra de offic. ordi. per Inno. in c. venientes. extra de iureiur. & latiſsimè per do. Ant. de But. in repetitio. c. veſtra. in vltima charta. extra de coha. cleri. & mul. Pet. de Anch. in repetitio. c. canonū ſtatuta. circa quartā chartā. extra de cōſtit. per eundē in regula poſſeſſor. in xxvj. d col. verſi. ſextò circa iſtud. de regulis iuris in vj. & latè per Bal. in d.l. ſi irruptione. §. fi. & ibidē per Flo. & Bal. in l. j. C. de ind. vidui. tol. per Ang. & Imol. in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudi. & latè per Angel. hîc ſuper j. gloſ. in vij.

✱ Vide Bartol. & alios in l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acq. poſ. Sardus.

¶ Libellum. An, & quādo libellus emendari poſsit, & quando non, & quid in ciuili, & quid in criminali, vide Felin. in c. ſignificantibus. in j. col. ver. ad illam materiam. de lib. ob. & ibidē. in xj. col. in ver. circa mutationem habes: an, & quando mutari poſsit. Et quid ſit mutatio, & an q̄ addit, vel detrahit libello, dicatur mutare. de quo etiā ibidē in xij. col. ver. vnum vltra. Et quid de expenſis factis, an in caſu licitę emēdationis vel mutationis reficiātur reo. Et dicit q̄ ſic quo ad expēſas ſecundo loco factas: quia in illis grauatur. quod nota, & tene mēti, cùm iſta quæſtio eſſet de facto in ciuitate fori Sempronij, fuit per quendam doct. aliter iudicatū, reus grauatus fuit quo ad expenſas primò loco factas. quod contrariū ſemper tenuit, ſed obſtinatio cū ignorātia ſępe malū iudiciū producit, & iniuſtitiam. Et adde q̄ iudex emēdationē libelli non admittet, niſi primo actu denſ expenſæ, ſecundo loco factæ reficiātur: vt per Feli. habes loco allegato. vbi etiam vide remiſsiōes, quas ibi dedi ad eū in apo. Et quid de ruſtico, vide do. Alex. de Imo. in l. edita. C. de eden. in vlti. col. & Ful. & omnino eundē in vlti ma col. hodie defendentem opini. Bar. & ſequaciū.

¶ Et probata. Vide latè Felin. in c. paſtoralis. §. quia verò in ij. col. gl. in ver. tenetur. de offi. deleg. vbi ponit nōnullas not. limitationes.

¶ Sed iſtæ. Quem vide in nu. 9. cum pluribus ſequen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Peccaret. Et hoc idem dixit idē do. Ias. s. in §. sed iste. nume. 185.

b ¶ Theologos. Videtu Feli. in c. quę in eccles. in xxj. col. in ver. quinta cōclusio. de cōstit. vbi ponit de principe mandante alicui fine alia causę cognitione, q̄ aliquem in furca suspendat an ille sine peccato exequi possit. & ibi dicit quòd sic: quia pro principe præsumitur q̄ iustè procedat. Et ad hoc allegat quàm plurimas remissiones, quas ibi vide per eum. & latè in c. consanguinei. el j. in j. col. ver. ad vltimū. quod tangit de re iudi. & in c. a pastoralis. §. quia verò. de offic. delega. vbi dat remedia theologorum maximè Girardi de Odone in secundo Ethicorū, vbi vult inter alia q̄ potius cedat officio, quàm exequatur. Tamen non omittas omnino videre eum in locis ſ. allegatis.

in viij. & ix. col. In prædicta tamen difficultate consiliū est, & cautela, q̄ iudex, quātum ei possibile est, se exoneret ab onere sententiandi: &, si potest, deleget alij causam, vel instet apud superiorem, vt eum remoueat, vel saltem à dicta causa exoneret, vel maximè etiam in causa capitali instet cum parte, quòd ipsum recuset, allegata hac causa quòd intendit ipsa pars ipsum iudicem in testē producere: & ista est iusta causa remotionis: vt in c. dilecto. de testi. Et hæc consilia inuenietis tradita in locis præallegatis. De quibus etiam consiliis videte etiam Angel. hîc ponentem etiam aliud cōsilium, quòd iudex istas probationes, tanquam falsas reiiciat cùm ipse sciat falsas: tamen, vt etiam ipse dicit, hoc consiliū posset esse nociuum iudici in syndicatu. ¶ Duo tamē peregrina dicit in hac materia. notate. Primū, quòd iudex, qui est ſ. legē, vt papa Imperator, vel princeps, cuius dictū habetur pro lege, debet semper secundùm suā conscientiā iudicare, qualitercūq; habeat illam conscientiam, siue ex actis, siue nō: aliàs peccaret. [a] Istud est, quod dixit singulariter Bart. in l. vnica. ad fi. C. vt quæ desunt aduo. referens sic dicere, & tenere theologos, referens etiam notata per Cy. & Bal. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. & quod notat Inno. in c. cùm inter.
16 in vltima glos. extra de elect. ¶ †Secūdò aduertite quòd licet executor habeat conscientiam suam contra sententiam, quam debet exequi, & illam videat iniquam, tenetur tamen eam executioni mādare, Quod notate: quia millies contingit. c. præterea. & c. pastoralis. §. quia verò. & ibi do. Ant. de But. extra de off. deleg. Et illud ideo est, secundùm do. Anto. ibi, quia qui non habet cognitionem aliquam, non potest retardare executionem, licet habeat conscientiam in cōtrarium. Cùm ergo merus executor regulariter non habeat cognitionem, l. si vt proponis. & l. executorem. & quod ibi per gl. & Bald. C. de execu. rei iud. Quod intelligite in causa ciuili: secus autem in causa criminali, & corporali, quia tunc iudex non debet exequi contra conscientiā suā: arg. l. j. in fi. & quod ibi not. per Bar. ff. de quæstionibus. & notat in terminis Innoc. & doct. in d. c. pastoralis. §. quia verò. Et hoc ideo est, quia damnum talis executionis est irreparabile: ergo non debet ex arrupto executioni mandare. arg. l. si quis prouocatorie. cum glos. C. de appel. notant Paul. de Eleaza. & Petr. de Ancharano in cle. j. extra de re iudi. & Bald. in l. auditor. C. de epi. audi. & hoc per Angel. de Aret. Accedat illud Satyrici: Nulla vnquam de morte hominis contentio longa est. & ista bene notate: quia quotidiana sunt.
17 ¶ † Nunquid autem licitum esset iudici mandare executioni sententiam capitalem contra aliquem, quam videt esse iniquam, si hoc faceret fauore tyranni, qui hoc sibi percepisset, ita q̄ per hoc excusaretur apud Deū. Non audeo decidere: cōsulite theologos. b Reperio tamen apud Legistas quòd occidens aliquem etiam non culpabilem, & scienter pro conseruatione vitæ suæ non dicitur in aliquo delinquere, puta si tyrānus habeat duos incarceratos, & dicat vni, nisi suspendas consociū, ego faciam te trucidari. Ista est iustissima causa occidendi etiam innocentem, vt se liberet ab instanti periculo: nec per hoc dicitur in aliquo delinquere. Istud est, quod in terminis tenuit glos. singu. & aurea in l. si familia. in ver. agi poterit. ad
18 fin. ff. si fami. fur. fe. dica. ¶ † Nunquid autem iudex videns occidere Sempronium coram multis possit absq; alia probatione Titium condemnare de homicidio: videte glos. not. ij. queſt. j. §. quando autem. & altius omnibus tetigit do. Anto. de But. in repetitione c. vestra. in vltima char. extra de cohabi. cle. & mulie. & ibi omnino vi-
19 dete per eum. ¶ † Et an capitaneus vel Potestas videns à fenestra aliquos rixantes possit eos ex hoc punire absq; alia probatione, videte Gul. de Cu. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduoca. & Bald. in l. nullus. C. de summa trinitate & fide catholica. & Bal. in l. j. §. qui es-
20 ff. de offic. præfect. vrb. ¶ † Et in istis locis ponit etiam Bal. an hoc casu, si Potestas, vel capitaneus videns rixantes per fenestram, si non mittat familiam suam, sit priuandus officio suo, ita quòd ista sit iusta causa priuationis: & determinat quòd sic, per dictum illud singulare Cy. in l. si seruus. C. de noxa. vbi voluit singulariter, † q̄ si
21 Potestas habeat filium rixosum, & non prouideat, licitè potest expelli de officio suo. Quæ omnia perpetuò notate: quia quotidiana sunt, & non habentur per alios hîc, nec etiam in communibus locis. ¶ In ea. gl. ibi: & hoc in singularibus iudiciis. Teneatis ergo ex hac glo. quòd emendatio libelli, de qua emendatione propriè loquitur principium §. nostri. & intelligi debet hæc glos. vt declarauit in princip. huius glo. †
22 potest fieri vsq; ad litis contestationem & non vltra, reprobata opinione Mar. qui nunquàm dixit verum, & quorundam aliorum asserentium quòd poterat fieri quādocunq; ante sententiam: nec requirebatur noua litis contestatio: quinimò etiam si actor non emendaret, quòd si iudex hoc sciebat, debet ex eius conscientia condemnare. & cum glos. nostra in terminis, in quibus loquitur, videlicet quādo fit emendatio circa rem petitam, vt in prin. §. nostri, transeunt Bar. & communiter doct. in d. l. edita. post gl. ibi: & ita tenent vbiq; glos. & cōmuniter doct. Et de hac materia, videlicet an, & quando & vsq; ad quantum tempus sit licita emendatio libelli, si loquamur circa substantialia ipsius libelli, & quando circa aliquam qualitatem, & quando circa aliqua verba obscura libelli, & quando circa accessoria, vt puta fructus. Videte singulariter per omnes in dicta l. edita. de quibus omnibus habetis etiam hîc per Ioan. de Pla. latiùs per Ang. de Aret. & aliquid etiam per Ioan. Fab. Sed certè quia ista non conferūt ad intellectum textus nostri, & gl. ideo cōsultò omitto, maximè cùm hæc omnia ordinariè habeantur in d. l. edita. C. de edend. ¶ †
23 Vnum tamen non omitto, quamuis communis opi. vt prædixi, se habeat cum glos. nostra, quòd emendatio circa rem petitam possit fieri vsq; ad litem cōtestatam, in quibus terminis loquitur principium §. nostri, non autem post litem contestatam, nisi fiat nouum iudicium, & noua instantia. Contra hanc conclusionem multùm vrget text. noster in ver. in eodem iudicio. ergo in eadem instantia. Nec obstat expositio glos. nostræ exponentis in eodem iudicio, id est, coram eodem iudice: quia hæc expositio multùm violat hanc literam, præterea non potest dici idem iudicium, vbi mutatur instantia iudicij: sed tunc, quando vna agitatur: prout textualiter habetis in d. l. in delictis. §. si detracta. ver. donec autem. & ver. sequen. ff. de noxa. & in l. cùm apud. ff. iudi. sol. Præterea iudicium non dicitur esse idem, vbi res, vel actio mutatur. vt l. cùm quærebatur. §. fin. ff. iudi. sol. Cùm ergo hic text. dicat in eodem iudicio, oportet quòd necessariò intelligatur, id est, in eadem instantia: aliās non diceretur idem iudicium mutare, vel actionem: quamuis personæ iudicis, vel partium essent eædem, per iura prælegata. Fortificat ista, & vrgentiùs Ang. de Aret. ſ. in glos. sequēti. in ver. iudicio. post Raph. Fulg. in d. l. edita. quia si textus noster exponeretur, in eodem iudicio, id est, coram eodem iudice: prout gl. nostra exponit, & sequuntur cōmuniter doct. sequeretur quòd iste tex. esset superfluus, & bis idem diceret, cùm statim dixerit text. de iudice quòd nihilo minus debet iudex, &c. Præterea & fortiùs intelligeremus hunc tex. in hunc fatuum sensum, quòd vellet dicere quòd nihilo minus aduersarium iudex condemnet coram eodem iudice: quo nihil absurdius. Præterea per ista, quæ in veritate multùm vrgent. Ioan. Fab. hîc recessit à prædicto communi intellectu glossarum, & doct. ad hunc tex. nostrum, & habuit alium intellectum ad hunc tex. profectò non contēnendum. Dicit enim se putare quòd iste textus sit planè, & simpliciter intelligēdus, prout literaliter iacet: quòd si minus petij, possum in eodem iudicio, & in eadem instantia petere plus si debeatur ex eadem causa, & eadem actione sine nouo libello, & sine nouo processu: quia hoc casu nec causa agendi, nec actio mutantur, nec prima petitio deseritur. Et hoc expressè, secundùm eum, dicit etiam tex. in d. §. si detracta. vbi durāte eadē instātia augetur, & diminuitur petitio: quia nec causa radicalis agendi, nec actio

mutantur

mutantur, quāuis condēnatio possit esse minor, vel maior. Et hoc etiā expressè probat, secūdùm eū, per tex. expressum in l. apud Celsum. §. item quæritur. el j. ff. de excep. doli. Super quo tex. multùm dubitauit hîc Dy. & post eū Nic. de Neap. in prima oppo. extra gl. Apparet ergo, secundùm Ioan. Fab. hunc §. simpliciter procedere, vt in eadem instantia sine alio libello possit fieri condemnatio de adiuncto, cùm sit modica mutatio, cùm sit eadē res, causa, & actio. Et pro hoc intellectu facit, secundùm eum l. ampliorem. §. fin. C. de app. quæ lex non est restringenda ad vniuersalem actionem: vt l. Ofidius. in fi. ff. de leg. iij. quamuis gloss. nostra hîc in fi. restringere videatur. Si autem mutaretur vel res, vel actio, vt in hoc §. ver. si quis autem. tunc ratione erroris interuenientis est idem, scilicet vt in eadem instantia similiter possit fieri condemnatio, probato errore, qui potest reuocari, & corrigi vsq; ad sententiam: vt l. de ætate. §. qui iusto. ff. de interro. act. & l. error cū sua materia. C. de iur. & fac. igno. Et iste sit proprius intellectus ad hunc ver. si quis aliud. Aliās autem nō probato errore iste versi. non obtineret, per suprà scripta. Et in veritate iste intellectus multùm amicatur literæ text. nostri, & credo q̄ nunquam voluerit tex. aliud dicere. Et sustinendo hunc intellectum, qui est peregrinus, potestis vltra eum respondere ad tex. in l. non potest. ff. de iud. hîc allegatū in glo. super quo tex. tanquam sub cardine fundatur communis opi. q̄ illa lex habet locum in iure, q̄ non habet exordiū ante litem contestatam. si autem prius competebat, & sic habebat exordium, & consequenter ius iam erat quæsitum actori ante litem contestatam, vt in terminis tex. nostri, tunc etiam illud, quod venit post litis cōtestationem potest in eodem iudicio, & in eadem instantia deduci: vt l. si rem alienam. §. fi. cum ibi no. ff. de pig. act. Et ita etiam respondet Ang. hîc. Et de intellectu d. l. non potest. dixi latè ſ. eod. titu. in princip. in glo. fi. magna. in ver. debetur. Ioan. de Pla. hîc dicit q̄ quamuis prædicta fundamenta Ioan. Fabri sint subtilia. q̄ tamen do. nostri Bart. Bal. Sali. & communiter alij in d. l. edita. sequuntur opi. glo. nostræ, à qua dicit ipse nō esse discedendū, & q̄ ad argumenta Io. Fab. studiosus indagator faciliter potest respondere. Ipse tamen nihil respondet. Ange. verò de Aret. adscribit hanc opi. Rapha. Ful. in d. l. edita. nullam faciens mentionem de Ioan. Fab. & Dy. & dicit quòd quamuis ista opi. multùm comprobetur per hūc tex. tamen communis sententia glossarum, & doc. tenet oppositum, & q̄ ista communis opi. seruatur in practica. Mihi autem in puncto iuris mul-
24 tùm placet consideratio Ioan. Fab. ad hunc tex. ¶ † In eadem glo. ad fin. idem tenuit glo. in d. l. edita. in princip. glo. magnæ. Et ratio est propter naturam iudicij vniuersalis, in quo vniuersalis petitio, & generalis admittitur: quòd sufficit, quòd quis simpliciter petat se declarari hæredem. Bonorum autem restitutio venit officio iudicis: vt per glos. in §. curare. in gloſſ. j. in ver. possibile. ſ. eo. & dixi latiùs in §. actionum. extra gloss. in vltimo libello petitionis hæreditatis. ſ. eo. Et ad hanc gloſſ. erit ratio, secundùm Bald. in d. l. edita. relatum hîc per Angel. de Aret. quia in vniuersali iudicio sufficit reum possidere tempore executionis, etiam si non possideat tempore sententiæ propter ipsius iudicij vniuersalis naturam: vt patet in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. x. vel secundùm Ioan. Fabr. in vltimis verbis istius §. in vniuersalibus, vel generalibus actionibus, non sit aliqua mutatio, sed illæ sui natura etiā comprehendunt quæ sint in hæreditate: & ideo si aliqua superueniant, non censetur augmentum in vniuersalibus & generalibus, sed est quædam declaratio, seu specificatio, secundùm eum. Et hanc gloss. nostram ego teneo cum ista limitatione quam nunc subiicio, vt procedat, quando esset generaliter actum vniuersali iudicio: puta, peto à te quicquid de hæreditate Titij possides. & ita loquitur l. iiij. & l. ampliorem. hîc allegata in gloss. Si autem actum esset specialiter, vt quia egisset petitione hæreditatis contra te ad certum fundum, quem possides, qui fuit Titij, cuius ego sum hæres: certè tunc in vniuersali iudicio nō posset fieri additio post litē contestātā, sicut nō potest fieri in singulari iudicio. l. nō potest. ff. de iud. quia tunc eadem est ratio, quæ est in singulari iudicio. Vnde si tu conuentus petitione hæreditatis ad certum fundum: & sic in specie, inciperes posteà post litem contestatam possidere alias res, er-

a ✱ Adde q̄ glos. nostra in distinctè sine hac declaratione, seu limitatione, quam ponit Ias. post alios, verum dicit: quia si egi petitione hæreditatis ratione fundi, quem possidebas, & postmodum lite pēdente alias res cœpisti possidere, illas eodem iudicio consequar: nonne de hoc est casus in l. iiij. ff. de peti. hæredi. alleg. in glo. ibi, de qua sola controuersia erat. & aliter dicere, nihil aliud est, quàm violare illū tex. præterea dicere q̄ agā actione vniuersali specialiter ad certarem, videtur in se continere repugnantiam, cùm in ipsa peto principaliter me declarari hæredē. l. licet minimam. & ibi Bar. & in l. ij. ff. de pet. hæredi. & restitutio fit iudicis officio. Nec dicitur hoc casu addere aliqd, sed potius declarare, quæ ab ipso reo restituenda veniunt. Non obstat l. nō potest. ff. de iud. & doctrina Bar. in d. l. edita. quia loquuntur in particularibus, non autem in vniuersalibus iudiciis, prout est quæstio nostra. & parum quippe reo prodesset, aut nihil, q̄ nō cōprænderētur, cùm mox alio iudicio accepto veniret condēnandus. c. abbate sanè. de re iud. lib. vj. Item pro glos. nostra facit, quia istud, quod post litem contest. cœpisti possidere, debetur mihi ex causa de præterito, & est habile compræhendi in actione propositā: ergo hoc iudicio continebitur. l. si rem alienam. la j. §. fin. & ibi Bartol. ff. de pig. act. & videbo nam gl. in l. q̄ si in diem. in princi in gl. j. ff. de pet. hæredi. & p hoc arg. & per text. in l. ij. §. fi duo. ff. de sectis. tab. & p l. Ateius. §. fi. cum l. seq. ff. de aq. plu. arcen. tenui in l. edita. C. de eden. q̄ si egi petitione hæreditatis pro parte dimidia, ex qua hæres institutus erā, & lite pēdente altera mihi accreuerit, non egeo noua instantia pro portione accrescente, contra do. Alex. in d. l. edita. Et ita publicè disputando Bononiæ sustinui respondendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad extraria, vt ibi dixi. Carca. Sard.

a ¶ Cumulationis. Vide ſ. eo. §. numero 12.

b ⁎Teneas opi. quã volueris: quia huiuſmodi diſceptatio non eſt de pane quærẽdo. Sardus.

ibi: ſed hodie contra. in auth. de litigio. §. omnẽ. dicite trãſſumptiuè in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. & ſic vult gloſ. quòd hodie iſte §. ſit correctus: quod reprobaui ſ. in gloſ. ij. magna. in ver. iudicio. dicite vt ibi dixi.

26 ¶ † Ad fi. huius gl. gl. ſubintrat materiam cumulationis, [a] quando cumulatio, ſiue coacervatio plurium actionum ad idem ex diuerſis cauſis tendentium ſit in eodem libello permiſſa: & vult quòd regulariter ſit permiſſa, niſi in duobus caſibus, de quibus hîc per eam. Hæc materia egeret vna repetitione de per ſe. Non expedit eam hîc ponere, cùm illam ordinate habeatis per gloſ. Cyn. Bart. Bald. & Salic. in dicta l. edita. & amplisſimè per Dy. in regula, nullus pluribus. de regul. iur. in vj. & dicit etiam Ioannes Faber hîc, quòd non poſſet in hac materia melius ſcribere, quàm ipſi ibidem fecerint. Ponunt etiam hanc materiam Ioan. de Platea. & Angel. hîc, ad quos, ſi vultis, recurrite. Et per iſta remaneat expeditus iſte §.

LAVS DEO.

1 *In ſolidum an pater, & dominus teneantur pro filio, & ſeruo.*
2 *In ſolidum an pater & dominus in actione de peculio condemnetur. 3.*

§. Sunt præterea. ¶ Iſte §. quãuis videatur extra-

neus, & impertinens à præcedentibus §§. tamen poteſt ita continuatiuè ordinari ad præcedentem ex mente Nic. de Neap. hîc viſum eſt in præcedenti §. de eo, qui minus petiit in libello, quam ſibi debeatur, qualiter ſibi conſulatur: verùm quia ſunt quædam actiones, quibus aliquando quis cõſequitur minus, quàm ſibi debeatur, ideo congruenti ordine poſt §. præcedentem ſituatus eſt iſte §. in quo ponitur alia diuiſio actionum, quæ eſt vltima huius tituli. ¶ Iſte §. vſq; ad finem tituli communi diuiſione, vt Nicol. de Neapol. & Angelus de Aretio diuiditur in duas partes principales, ſed aliter, & alio modo. Vos dicite quòd in prima ponitur quædam diuiſio actionum, quæ eſt vltima huius tituli. ¶ Iſte §. vſq; ad finem tituli communi diuiſione, vt Nicol. de Neapol. & Angelus de Aretio diuiditur in duas partes principales, ſed aliter, & alio modo. Vos dicite quòd in prima ponitur quædam diuiſio actionum. In ſecunda illam diuiſionem in ſpecie per exempla declarat. Secunda ibi: vt ecce ſi in peculium. Illa ſecunda principalis ſubdiuiditur in ſeptem particulas, prout in hoc textu ſeptem ponuntur exempla. Partes de ſe patent. Hoc dicit in ſumma, & in genere vſq; ad finem tituli.

¶ Quædam ſunt actiones, per quas aliquando ſolidum, quod nobis debetur, conſequimur: aliquando verò minus, quàm debeatur;

1 vt in ſeptem exemplis poſitis in hoc textu hoc dicit. ¶ † Et aduertite pro intellectu, & maximo fundamẽto iſtius textus quòd in ſeptem exemplis poſitis in hoc textu in primo exemplo pater, & dominus non tenentur inſolidum: quia nec inſolidum obligati ſunt pro filio, & ſeruo: quamuis alij omnes, de quibus hîc dicit inſolidum teneantur. text. eſt no. in l. quoties. §. ſi ſemel. & ibi gloſ. in ver. vniuerſum. ff. de peculio. Et hoc reputat Nico. de Neap. hîc in apoſtillatione text. eſſe multum tenendũ menti. Et ex hoc ſequitur notabilis effectus, quod in hoc exemplo primo huius tex. nedum non conſequimur ſolidum à patre, vel domino, quãdo ſolidum nõ eſt in peculio, imò neceſſario ad ſolidũ agere nõ poſſumus: cùm nec ad ſolidum ſint obligati, vt prædixi. quod ſecus eſt in aliis ſex exemplis text. noſtri: quia in eis quamuis aliquando ſolidum non conſequamur, ad ſolidum tamen agere poſſumus, cùm ad ſolidum teneantur. ¶ Iſte §. ſecundùm communem ſtylum ſcribentium hîc, vt Ioannes Faber, Ioannes de Platea, & Angelus de Aretio legitur per verſiculos: & ita ego obſeruabo. Et iſtud principium vſq; ad

2 ver. item ſi de dote. quamuis ſ. fuerit ſummatus in genere, tamen in ſpecie poteſt ſic ſummari: † In actione de peculio pater vel dominus pro filio, vel ſeruo condemnantur in ſolidum, quando tantum eſt in peculio, quantum eſt id, quod debetur: aliàs condemnantur eatenus, quatenus eſt in peculium, quamuis minus ſit debitum. hoc dicit vſq; ad ver. item ſi de dote. ¶ Et circa id, quod ſtatim dixi ſecundùm Nicolaum de Neapol. cogitate: quia non eſt ſemper verum quòd in omnibus aliis ſex exemplis præter primum ſolidum debeatur mero iure: vt patet in ver. propter retentionem. ſ. eod. Bene verum eſt, quòd ex ſeptem exemplis hîc in textu poſitis aliqua ſunt, in quibus ſolidum non debetur mero iure: vt in hoc principio, per d. l. quoties. §. ſi ſemel. Quando vero ſolidum debetur iure. ſed conuentis competit hoc beneficium ne conueniatur niſi inquantum facere poſſunt: vt in marito ſocio & ſimilibus perſonis: quamuis Angel. de Are. hîc ſimpliciter & inaduertenter: vt puto: dixerit in omnibus iſtis de quibus in hoc textu poſſe fieri petitionem etiam inſolidum: licet executio debeat fieri inquantum poſſunt: quod eſt notorie falſum ſaltem in primo exemplo huius tex. per d. l. quoties. §. ſi ſemel. ¶ Notate ex hoc textu † quòd quãdo peculium filij vel ſerui non eſt tantum quãtum aſcendit eorum debitum: pater vel dominus non condemnantur inſolidum: ſed eatenus quatenus eſt peculium. facit §. prætereà. ſ. titu. j. Limitate tamen hunc textũ non procedere quãdo pater vel dominus fuiſſent in dolo: quia tunc non ſolùm de peculio: ſed inſolidum tenerentur

3 l. in bonæ fidei. ff. de peculio. facit in ſimili l. iiij. §. interdum. & §. quanquam. & l. eum, qui. ff. quod cum eo. & l. ſi rerũ. ff. de re iudi. & idem in marito, qui dolo facit, quo minus poſſet: vt l. etiam. §. j. ff. ſoluto matrimonio. & per gloſ. ij. ſ. in ver. ſeq. materiam autem iſtius actionis de peculio dixi plenè infra §. actiones autem de peculio. ſ. eod. titu. ¶ Gloſ. in ver. actiones. ibi: & non eſt iſta de duodecim diuiſionibus. Pet. de Bellapertica relatus hîc per Ioan. Fab. dicit hanc gloſ. vehementer errare, dum dicit hanc diuiſionem in text. poſitam eſſe extrauagantem: cùm text. ponat hîc eam vt principalem. Vos autẽ ſaluate glo. quòd iſta nõ eſt de duodecim diuiſionibus. Intelligite de illis duodecim diuiſionibus, quas poſuit Ioan. Cremo. in arbore ſua actionum, ad quam arborem ſe refert hîc gl. noſtra, vt ſ. dicam. ¶ In ead. glo. ibi: tertia fuit ſ. eod. §. ſequens. vos dicite poſſe teneri ꝙ imò tertia diuiſio fuerit in §. præiudiciales. ſ. eod. vt ibi dixi in gloſ. j. mag. in princip. & hoc modo illa diuiſio §. ſequens. eſſet quarta. ¶ In ead. gloſ. ibi: not. ꝙ aliæ ſunt directæ, alię vtiles: & ſic glo. ſentit ſecundùm Nicolaum de Neapoli. hîc quàm directa: & vtilis differat in ſubſtantia. De quo vos videte latè per Bart. in repe. l. ij. quam aliquæ lecturæ habent. C. de actio. & oblig.

b ¶ In fi. gl. hanc glo. per omnia ſecutus eſt Dyn. in rub. huius titu. Pet. verò de Bellapertica. ſecundùm quod hîc refert Ioan. Fab. dicit ſe neſcire quid gloſ. iſta voluerit dicere hîc, quæ tantùm ponit duodecim diuiſiones actionum: quia imò ſunt quindecim: nam duodecim ſunt hîc in gl. enumeratæ. Eſt & alia diuiſio quòd quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi, quædam non. quam glo. ſ. in prin. huius tit. dicit non eſſe de duodecim diuiſionibus. Itẽ eſt alia, quædam ſunt datiuę, quædã natiuę: prout dixi in §. rurſus. ſ. eo. Itẽ alia, quia quędã ſunt arbitrarię: quędã nõ. §. prętereà. ſ. eo. itẽ alia, quia quædam actiones ſunt ex cõtractu, quædã ex facto, quædã in factũ. d. l. quoties. §. fi. & l. obligamur. ff. de act. & obl. Vnde gl. ſecũdùm eum videt errare, cũ ponat ſolũ duodecim diuiſiones, cũ ſint ſexdecim. Io. Fab. hîc dicit, & bene, ſuſtinẽdo gl. noſtrã ꝙ gl. noſtra intẽdit loqui de diuiſionibus duodecim, quę ſunt in arbore Io. & ad illã ſe refert, nõ autẽ ad diuiſiones huius tituli, vel quę alibi habẽtur. Petrus verò nõ retulit ſe ad diuiſiones huius ti. nec etiã ad diuiſiones, quæ ponũtur in arbore Ioannis, ſed ad omnes, quæ largo modo poſſunt dici diuiſiones, id eſt, differentiæ: quia pro vero nõ ſunt diuiſiones.

b vos autẽ iſtis poſthabitis tã diuiſionibus gl. noſtrę, quàm Pet. ⁎de Bellaperti. dicite, & melius, quàm hîc declarat Io. Fab. ex mẽte Angel. de Are. ſ. eo. tit. in prin. in j. col. ꝙ in toto iſto titulo ponũtur ſex diuiſiones actionũ, quæ ſunt principales. Prima diuiſio eſt, quæ reſpicit cauſam materialẽ, ꝙ quædam ſunt reales, quædam perſonales: vt §. j. vſq; ad §. ſed iſtæ. ſ. eo. Secũda diuiſio reſpicit cauſam effi cientem ꝙ quædã ſunt ciuiles, quædã prætoriæ: vt §. ſed iſtæ. vſq; ad §. ſequens. ſ. eo. tit. Tertia reſpicit cauſam finalẽ, ꝙ quædã ſunt rei perſecutoriæ, quædã pœnales, quædã miſtæ: vt §. ſequens. vſq; ad §. omnes. ſ. eo. Quarta reſpicit cauſam formalẽ: ꝙ quædã dantur ad ſimplum, quædã ad duplũ, quædam ad triplum, quædã ad quadruplũ: vt §. omnes. vſq; ad §. actionum. ſ. eo. Quinta reſpicit cauſam ſubſtantificam, quòd quædam ſunt bonæ fidei, quædã ſtricti iuris: vt §. actionum. vſq; ad iſtum §. finalem. ſ. eo. Sexta, & vltima reſpicit proſecutionis effectum, quòd quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi, quædam non: vt hoc §. vſq; ad finem tituli. Et iſta eſt

a ¶ Poteſt. Vide Firmianum in ſuo aureo repertorio in ver. maritus cõuenitur. verſi. viij. vbi plene habes hanc materiam.

b ⁎Non puto extra propoſitũ eſſe ſi hîc quæraẽ quid iuris in marito putatiuo, nũquid habeat priuilegiũ, de quo in §. iſto, do. Alex. in l. maritũ. ff. ſol. ma. in vij. tal. limitat reguã illius l. & iſtius §. cũ ſimilibus, nõ habere locũ in marito putatiuo, p tex. in c. j. extra de don. inter vir. & vxo. & cũ do. Alexan. eſt cõis ſcribentiũ ſententia. Rapha. Cuma. quẽ refert Alex. in d. l. maritum. in l. ſi cũ dotẽ. §. fi. ff. ſol. mat. fuit in contraria opi. ꝙ imò maritus putatiuus habeat iſtud priuilegiũ, quẽ, vt in voce audiui, ſecutus fuit do. & præceptor meus Marian. Soci. iunior in Rub. ff. ſol. ma. Et hãc opin. ego Bononię diſputãdo ſuſtinui publicè, & fuit mihi à magnifico tunc vniuerſitatis & collegij Hiſpanorum rectore, ac à quodã doctiſſimo ſcholare Romano argumẽtatũ: perſtringã quantum potero, & dũntaxat quæ videbũtur vrgẽtiora adducã. Et pro primis cõtra eum opi. arguitur ſic: filij nati ex iſto putatiuo matrimonio ſunt legitimi. Bar. & poſt eũ Iaſ. in l. auunculo. ff. de condi. ſine cã. Cyn. poſt glo. in l. qui contra. C. de inceſt. nup. ſi ſunt legitimi habent priuilegiũ de quo in §. noſtro, vt eſt text. in l. etiã. in princ. ff. ſol. ma. ſi igitur iſti filij, qui tanquã filij & hæredes patris repræſentant eius perſonã. l. fi. C. de impub. §. j. in authẽ. de iureiurãndo mor. preſ. habẽt iſtud priuilegiũ: ergo & eorũ, pater cuius occaſione ipſi conueniuntur, & eius iure vtũtur. c. is, qui in ius. de regu. iur. lib. vj. Huic fundamẽto, quãuis prima facie colorato facilis eſt ſolutio: qa nõ eſt bona cõſequentia, filij habẽt, ergo ex perſona patris. Nam proprio iure habent quod patet, quia nõ trãſit ad

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Ver. Item ſi de dote. ¶ Iſte verſic.

ſ. ſummatus in genere: tamẽ in ſpecie hoc dicit. † In actione de dote repetenda condemnatur maritus in quantum facere poteſt. [a] hoc dicit vſq; ad ver. propter retentionem. ¶ Notate ex hoc tex. ꝙ maritus, quando conuenitur à muliere ad dotem, habet priuilegium vt nõ condemnetur, niſi in quantum facere poteſt. † An autẽ maritus ſemper gaudeat hoc priuilegio, quacũq; actione cõueniatur, ſiue perſonali, ſiue reali, ſiue etiam actione deſcendẽte ex delicto, videte hîc per Dy. Io. Fab. & Io. de Pla. & per Bart. latiùs, & plenius diſtinguentem in l. maritum. ff. ſol. mat. Cuius diſtinctionem refert, & ſequitur Angel. hîc. Videte etiam per Ange. in l. non tantum. ff. de re iud. & Nicol. de Neapo. hîc, in ij. oppo. extra gloſſ. † An autem hoc priuilegiũ competens marito vt non condemnetur, niſi in quantum facere poſſit, competat etiam ſocero, & ſic patri maritę Io. Fab. Ioan. de Pla. & Ange. hîc tenent ꝙ ſic, per l. rei iudicatæ. §. fi. cũ l. ſeq. ff. ſol. ma. Et ratio eſt, ſecundùm eos, † quia ſocer loco parẽtis habetur, vt dictis legibus dicitur: ſed parens non condemnatur, niſi in quantũ facere poteſt, in ver. ſed ſi quis cũ parente. ſ. eo. igitur &c. Vos autem in hoc, quia ſolet diſtingui inter ſocerum mariti, & ſocerũ vxoris, item an conueniatur cõſtante matrimonio, an verò eo ſoluto, videte tex. in l. ſicut. cũ ſeq. & ibi per gl. & Bar. ff. de re iudi. & tex. in l. pe. ff. de iur. do. & tex. notabilẽ in l. verũ. §. tempus. ver. quod in cæteris. ff. pro ſocio. & latè per Imo. in d. l. rei iudicatæ. §. fi. ¶ † Nũquid autẽ maritus habeat hoc priuilegiũ, nedum ſi mulier agat ad repetitionem dotis, ſed etiã ſi alius tertius extraneus, iuxta l. vnicam. §. accedit. C. de rei vxor. actio. videte tex. in l. ſi prior. & ibi per gl. Bar. & alios. ff. ſol. ma. & tex. in l. Neſennius. ff. de re iud. & l. ſi extraneus. ff. de iur. do. † An autẽ huic beneficio poſſit renũtiari per pactũ factũ ſoluto matrimonio, videte Bar. poſt Gul. de Cu. & Dy. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matri. ¶ Glo. in ver. maritũ. in fi. addite gl. in l. ſciendũ. ff. de re iudi. & addite omnino quæ dixi in §. fuerat. poſt gl. mag. ibi: in ver. cũ ipſa. ſ. eo. ¶ Gloſ. in ver. facultates. diuido in duas partes principales. In prima ſubaudiendo ad tex. remouet tacitũ cõtrarium ad tex. ¶ In ſecunda per viã fallentiæ tollit etiã aliud contrariũ ad text. Secunda ibi:

7 & hoc niſi dolo fecit maritus. ¶ † In ea. gloſſ. ibi: l. in condemnatione perſonarũ. habetis ꝙ in condẽnatione mariti cõuenti ad dotem inquantum facere poteſt, debet etiam deduci ne egeat. Et dicit magiſtraliter Ioan. Fab. hîc ꝙ in deducendo ne egeat, erit attendendus modus circa duo, ſcilicet circa quantitatẽ rei, & tẽporis. In quantitate enim rei inſpiciuntur facultates, & conditio perſonæ. Nã ſi eſt perſona, quæ poſſit operari, vel quæ habeat officiũ, ſeu artificium, debet ſibi cõputari: & ſic fiet deductio iſtarũ operarũ: vt eſt gl. fi. in l. ſi maritus in id. ff. ſol. ma. facit l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. cũ glo. fi. ff. de lib. agno. & l. ſi quis argentũ. §. ſed & ſi quis. & ibi glo. ſuper ver. donauit. C. de donа. facit l. cũ alimẽta. ff. de ali. leg. l. interdum. ff. de ope. li. Item ſi eſt doctor, vel miles, vel nobilis, plus habebit expendere, quã ruſticus. † Nã ruſtici non debent vti pane albo, vel pullis, aut aliis delicatis cibariis, ſed debẽt vti pane groſſo, caſeo, cæpis, & fabis. Ita inquit glo. in l. ſeruis vrbanis. in prin. ff. de leg. iij. Accedat l. tutor ſecundũ dignitatem. in prin. ff. de admi. tut. & l. j. §. mulier. ff. de ventre inſpi. De quo vltimo, quia non eſt ſine dubio apud doc. videte Iac. de Are. Albe. Bald. Imol. & Cu. in d. l. maritus in id. & Ang. de Are. hîc. Item in hac deductione debet attendi quantitas temporis: non enim ſufficeret fieri deductionem pro vno anno, ſed debet attendi cuius quãtitatis annorũ ſit maritus, facta computatione ſecundũ formã l. hæreditatũ. in prin. ff. ad legem Fal. & ſecũdũ illã debet iudicari, ſecundùm Dy. Io. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. de Are. hîc: & ita etiã ante eos dixit glo. in l. maritum. in gl. j. ff. ſol. ma. ¶ In ea. gloſ. ibi: & hoc niſi dolo fecit maritus. videte multa ſimilia, quæ dixi in prin. huius §. in j. notabili.

9 ¶ † Quid autẽ iuris ſit, ſi maritus fuerit in lata culpa: videte text. in l. etiam. ſ. licet. & ibi gloſ. in verſic. culpa. & ibidem per Bart. & alios. ff. ſoluto matrimo. & gloſ. in l. verum. §. tempus. in verſi. non debere. ff. pro ſocio. & idem dicimus in ſocero, qui propter dolum ſuũ perdit hoc priuilegium. l pe ff. de iur. dot. Et ſic habetis ex glo. noſtra vnam limitationẽ ad tex. noſtrum volentẽ ꝙ maritus non ſit condemnandus, niſi in quãtũ facere poſſit, vt nõ procedat,

b quãdo hoc proceſſit dolo mariti. ⁎¶ † Secun

10 dò vltra gloſ. limitatur iſte text. vt non procedat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec obst. solu. do. mei ad illã l. q ad hoc vt cõpetat rerũ amotarũ actio requiritur q sit diuortiũ, & etiã consideratur honor matrimonij, & cùm vtrũq; requiratur copulatiuè, licet militet ratio honoris, eo quia cessat diuortiũ, non cõpetit rerũ amotarũ iudicũ: quia ad veritatẽ copulatiuę debet vtrunque verificari. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. quia fateor quòd diuortium requiritur, sed nego quòd militet ratio honoris. nam de hoc disputamus: quia vbi nõ est diuortium verè, non fuit à principio matrimoniũ: vbi non est matrimonium, cessat reuerentia maritalis: & sic cessat rerũ amotarũ actio & finis & effectus denegationis illius iudicij est, qa cessat honor, & reuerẽtia maritalis ob quas causas fuit inuenta rerũ amotarum actio d. l. ij. s. alleg. Nõ obst aliud de correlatiuis, qa etiã nego esse idẽtitatem rationis. Nã in muliere est ratio vt facilius nubat. l. iij. ff. de priuil. creditorũ. quæ ratio cessat in marito, vt dicunt doctores in d. l. si cũ dotẽ. §. fin. Multa alia cõtra cõmu. opi. adducebam, quæ, vt breuitati studeã, omitto: qa in effectu ad hoc omnia tendũt ad rationis similitudinem, qua sublata, omnia corruũt. Et pro cõmu. opi. facit, quia secundũ eundẽ do. meũ in priuilegiis de persona ad personam, nec etiã ex maioritate rationis valet arg. put i ipse dicebat in l. j. ff. de leg. j. ergo nec etiam in casu nostro nisi quatenus in iure expressum est, & pro cõmu. opi. facit optime text. quem nescio ad hoc ab aliquo allegatũ, in l. si vxor. §. sed si ca. ff. ad leg. Iul. de adult. & quia articulus est valde diffusus, cætera, quæ per doctores dicũtur, omitto, & remitto te ad repetitionẽ d. rubri. sol. matr. qua Deo propitio sequẽti anno videbis, vbi latè defensaui com. opi. quæ mihi nũc magis placet. Carcassona Sardus.

dat quando mulier esset ita pauper, & nõ habet nisi illam dotẽ quę tota esset necessaria ad solius mulieris victum: durũ enim esset, mulierem mendicare fame, & aliũ de sua propria dote nutriri. l. si quis à liberis. §. de alimẽtis. qui est §. pe. & ibi glos. ff. de libe. agno. Esset præterea contra ordinẽ charitatis: cum omnis ordinata charitas à propria persona incipiat: vulgata l. præses. C. de serui. & aqua. & propterea dicit ibi glo. Ille perit meritò, qui se plus diligit vllũ. Propterea ab vno non debet auferri vt alteri detur: quia sic esset discooperire vnũ altare, vt aliud cooperiatur: cõtra l. assiduis. versic. exceptis. C. qui pot. in pig. ha. & l. verũ. §. pe. & fi. ff. de mino. Et ita tenẽt doc. hîc, Ioã. Fab. Ioan. de Pla. & Ang. de Are. Idẽ etiam tenuit Bar. post Iac. de Are. in d. l. maritũ. ff. sol. mat. ¶ †Tertiò limitatur not. iste tex. vt procedat quando res dotalis nõ extat. Si autẽ res dotalis extaret, & ad eã conueniretur maritus, nõ haberet beneficium huius tex. imò deberet ad solidum condemnari. Et ratio est in promptu, secundũ Io. Fab. Io. de Pla. & Ang. de Are. nã maritus dicebatur esse in dolo, eo ipso q maritus rẽ habet, & eam restituere nõ vult: vt l. in bonę fidei. ff. de pecu. sed maritus perdit hoc beneficiũ propter dolũ, vt hac glos. igitur &c. Et ita dicunt præfati doc. esse, quãdo nõ extaret res data in dotẽ, sed extaret alia res acquisita ex re dotali. Nam hoc casu maritus in re tali non habet priuilegium huius tex. per. l. vxor marito. ff. de donа. inter vi. & vxo. & l. si cùm dotẽ. §. fi. ff. solu. ma. Bene facit in simili l. Imperator. §. fin. & l. seq. cũ ibi no. ff. de leg. ij. Accedat aperta ratio. Nam dos quid vniuersale censetur. l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dotal. factis. & colligitur ex l. si ex lapicidinis. ff. de iur. dot. per Bart. & alios in rub. ff. solu. ma. Sed in vniuersalibus pretium succedit loco rei, & econuerso: vt l. si rem & pretiũ. & ibi tradit. ff. de peti, hæred. cum simi. ¶ †Vltimò limitatur iste text. vt procedat, quãdo maritus conuenitur actione de dote. Quid autem si alia actione conueniatur, puta hypothecaria: recurrite ad notabilem distinctionem Bar. in d. l. maritũ. Et dixi remissiuè s. in notabilibus. ¶ In fin. glo. gl. bene dicit. Et per ista remanebit expeditus iste versicu. Sequitur ver. propter.

LAVS DEO.

1 *Dos an ipso iure per impensas factas à marito in re dotali diminuatur, & consequenter eius repetitio. & nu. seq.*

5 *Compensatio de specie ad quantitatem quando admittatur.*

Ver. Propter retẽtionẽ,

¶ Iste ver. fuit summatus in genere s. in prin. huius §. tamen in specie hoc dicit vsq; ad ver. sed & si quis. †Impẽsæ factæ à marito in re dotali minuunt ipso iure dotẽ: & cõsequenter dotis repetitionẽ. hoc dicit in specie vsq; ad ver. sed & si quis. ¶ Notate summarium. de quibus autẽ impẽsis intelligatur iste tex. videbimus statim in gl. ¶ †Limitabitis tamẽ hunc text. & similes vt procedant quãdo impẽsa fit ad perpetuã rei vtilitatẽ: secus autẽ ad vtilitatem rei tẽporalẽ, puta istius anni: quia tũc nõ minuerẽt dotem, sed cõputarentur cũ fructibus. text. est in l. iij. §. j. ff. de impẽsis. in reb. dotal. fact. & ibi etiã videte glo. ij. & Bart. quid iuris sit, quando impẽsa fieret ad vtilitatẽ decẽ annorũ. ¶ †Secundò limitate hunc tex. & similes, vt nõ procedant in expẽsis, quæ fiũt ad custodiã rei, quia illæ non repetũtur, sed computantur cũ fructibus inde perceptis, etiã si impensę factæ ad custodiã essent maiores, quã fructus: cẽsent enim tales impẽsę factæ gratia fructuũ quęrendorũ. Tex. est in l. pe. & fi. & ibi ista no. Bar. ff. de impen. & ibidẽ etiam per ista infert singulariter Bar. †q si vxor daret in dotẽ castrũ marito, q expensę factæ ad custodiã non repetuntur. Est verum quod Ang. in l. diuortio. §. impẽdi autem. ff. sol. ma. tenuit in hoc cõtrarium: & dicit se cõtrariũ cõsuluisse apud vrbẽ veterem per not. singulariter per eundẽ Bar. in l. cùm quęreretur. §. prædiis. ff. de leg. iij. & pro Ang. ego allego gl. in terminis in l. sumptus. in ver. necessarios. ff. de lega. j. Io. de Imo. in d. §. impedi autẽ concor. has opi. Bar. & Ang. vt ibi per eũ. de quo etiã videte Bal. in l. j. in fi. C. de fruct. & lit. expen. & Imo. in d. l. sumptus. [a] ¶ †Quid autẽ si maritus fecit impensas in litigando pro re dotali defendẽda, vel recuperãda. puta si mulier dedisset in dotem nomina debitorum, pro quibus exigendis maritus fecisset impensas, an illæ impensę cõputentur mulieri? De hoc habetis glos. sing. in l. j. in ver. in necessariis. & in ver. non sint. ff. de impen. tenẽtem quòd non, per illum tex. quia hoc casu dicitur maritus impendisse in res mulieris non dotales. & dicit ibi Bar. q illa gl. est singularis, & multũ not. & signãda, & idẽ etiã, quod illa gl. tenuit etiã Spec. post relatas opi. antiquorum. Ioã. Gnarnerij in tit. de dona. inter virũ & vxo. §. formatis. ver. illud quęritur. Io, Fab. hîc dicit q istud videtur sibi perquàm durũ, saltẽ vbi maritus noluit donare, qui non tenebatur ministrare dictas impensas: vt no. Inno, in c. per vestras. in gl. fi, in fi. extra de dona. inter vi. & vxo. pro quo facit l. j. §. & sumptus. C. de bo. ma. Vnde dicit se non videre quare maritus tales impensas nõ repetat: & quare de eis nõ iudicetur sicut & de aliis impensis. Bart. not. in d. l. j. post multa concludit q aut maritus accepit in dotẽ nomẽ debitoris æstimatum: quo casu eius est periculum: vt l. si nomen. ff. de hære, vel act. vendita. & tũc sine dubio non repetit impensas. Aut verò maritus accepit simpliciter nomẽ debitoris in dotem: & tunc omnis impensa legitimè facta in exigẽdis nominibus debitorũ debet deduci de dote. Quando autẽ nomẽ datur simpliciter in dotẽ, tantũ intelligitur esse in dote, quãtũ cõsequi poterit, deducta impensa: prout in simili dicit

a ✱Adde q si nos loquimur respectu agrorũ mhi placet distinctio Angel. Imol. do. Alex. in d. l. diuortio. §. impendi autẽ. ff. sol. ma. in q. verò castri in dotẽ dati sic puto distinguendũ, q quędã est custodia regularis & ordinaria castri, quã mulier solita erat præstare antequam castrũ doti traderet, puta solita erat in castro tenere cõtinuò certũ numerũ militum: & istam custodiã maritus fructibꝰ reputabit. Et ita, pcedat dictũ Bart. in d. l. penul. ff. de imp. in reb. dot. fac. alioquin si secus hoc casu diceremus, huiusmodi impensa cũ sit quotidiana, & ordinaria dotẽ de facili obsorberet. Et illi dicunt reditus castri, q deductis huiusmodi onerib⁹ remanẽt: arg. l. fructus. ff. sol. ma. Nec obst. huic dicto tex. in d. l. cũ quęreret. §. prædiis. ff. de leg. iij. qui iudicio meo, nihil facit. Nã verũ est q legato prædio cẽsentur his, quæ culturæ causa parata sunt non veniunt parata custodię causa quia in legato nõ sunt expressa. At in q. nostra expressum est maritum, rei custodiã fructibus debere imputare: vt l. pe. & fi. ff. de impen. in reb. dot. fac Quędam, & secundò, est custodia extraordinaria, & irregularis, si forsan maritus timore exercitus circa castrum transcuntis milites duplicasset, vel ob quãlibet aliã iustã causam necesse haberet plus solito in custodiẽdo castrũ impẽdere: & hoc casu dicerem maritum huiusmodi impensas repeturum, nealiàs cogatur mulierẽ fere indotatã habere, & matrimonij onera ex suo duntaxat patrimonio portare: quod esse non debet, arg. l. si donaturus. §. finali. ff. de cond. cau. dat. & l. pro oneribus. C. de iure dot. pã omnes fructus huiusmodi impẽsis, quæ regulariter sunt magnæ absorberẽtur, & maritus onera solus portaret, vt dixi. Et hæc, videri meo, sapiunt æquitatem. Carcassona Sardus.

dicit glos. not. magna in l. per diuersas. & ibi per Barto. & doct. C. man. & hoc casu procederet dictum Inno. s. relatum q has impensas maritus non tenetur ministrare. Cum hac opi. Dyn. & Bartol. transeunt simpliciter Ioan. de Plat. & Ang. hîc: de quo etiam videte Bart. & Bald. in l. j. C. de bo. ma. & Bart. & ibi omnino Bald. in l. Meuia. in prin. ff. solu. ma. & Bald. in l. ij. C. de act. & obli. & in l. per diuersas. in vj. q. C. mand. & in l. qui se debere. in vlti. q. ff. de condi. ob cau. & in l. iij. C. de falsa causa adiec. leg. & ibi dicit illam singu. glo. d. l. j. procedere, & posse saluari in paruis expẽsis. Prędicta procedunt quãdo maritus fecit impensas in rebus dotalibus mulieris. Si autem impendisset in personam mulieris, puta pro vxore in infirmitate constituta, an tales expensas repeteret: videte Dyn. Bart. Bal. Ange. Cuma. Imo. & reliquos in l. si cùm dotem. §. finautem in fæuissimo. ff. solu. ma. Cyn. Bal. Ang. & Sali. in l. quod in vxorem. & ibi tex. C. de neg. gest. Ang. de Are. in §. fuerat. in iij. charta. s. eod. & aliquid per Ioan. de Plat. hîc. ¶ Gloss. magna in ver. ob impensas. habet duas partes principales. In prima enumerat quot sunt species impensarum. In secũda declarat in quibus impensis procedat, & loquatur tex. noster. Secunda ibi: in primis impensis. ¶ In ea. glo. ibi: tunc ipso iure desinit esse dotalis. Idem tenuit gloss. in l. vnica. §. sed nec ob impensas. in ver. quantitatem. C. de rei vxo. actio. & ibidem sequitur Iac. de Aret. & Cyn. hîc, Nico. de Neapo. hîc in apo. text. in ver. diminuitur. Et ista fuit opi. Iurisconsulti in l. si is, qui. §. quod dicitur. ff. de iure do. hîc allegata in gloss. Sed ista opin. Scæuolæ corrigatur per Vlpianum in l. quod dicitur. la j. in princ. ff. de impen. hîc allegata in gloss. & ita ibi tenuit glos. magna in ver. dotis. post medium. in ver. vel illud quod dicitur. in l. si is, &c. Et hanc partem, scilicet quòd opi. Scæuolæ corrigatur per Vlpianum, disputat latè Bart. post antiquos in d. l. quod dicitur. & ibi per multa concludit q correcta sit opi. Scæuolæ, & q vera sit opi. Vlpiani, & maximè per hanc rationem: quia mulier non debet esse deterioris conditionis, quàm alius, imò melioris: vt l. j. ff. solu. mat. Sed si alius expendit in rem meam necessario plus quàm valeat, non desinit res esse mea: vt l. si seruos. ff. de pig. act. Præterea, vt inquit Iurisconsultus in d. l. quod dicitur. absurdum est, q diminutio corporis sic fiat propter pecuniam: maximè cùm non admittatur compensatio speciei ad quantitatem, vt latè dixi in §. in bonæ fidei. [a] super glo. in ver. iure aperto. in princ. s. eod. tit. Et hanc partem tenuit etiam Bar. in d. l. vnica. §. sed nec ob impensas. & ibidem Iaco. But. & Sali. & idem etiam tenent Ioan. de Plat. & Ang. de Are. hîc. Et istud tenete, quamuis multi alij doc. relati in locis suprà scriptis tenuerint contrarium, adhærentes opinioni Scæuolæ, cui etiam adhæret Dy. hîc, vt prędixi, & etiam Nic. de Neap. in apostil. tex. in ver. diminuuntur. post Old. Laudẽsem in d. l. q dicitur. Dicite ergo ad glo. nostram q imò ipso iure non desinit esse dotalis, sed bene potest petere expensas, vel retinere fundum, donec sibi restituantur expensæ, per d. l. quod dicitur. & ibi Bart. post antiquos.

7 ¶ †In ead. glo. ibi: si mandato mulieris fecit, repetuntur. In quantum autem repetãtur istæ impensæ vtiles factæ à marito in re dotali, glos. ista non declarat: ideo dicite secundùm scribentes hîc, vt Ioan. Fab. Ioan. de Plat. & Angel. de Are. quòd aut maritus impendit de mandato, & fecit expensas de voluntate mulieris: & tunc omnes repetit: vt l. vtiliũ. ff. de impen. Aut fecit sine mãdato: & tunc mulier omni tempore fuit, & est soluẽdo: & tunc omnes repetuntur: vt d. §. sed nec ob impensas. Aut vno tempore tantùm: & tunc aut impensæ sunt factæ, & mulier tenetur in solidum: quia sufficit vtiliter esse cœptum: vt l. sed an vltro. ff. de nego. gest. & not. in d. l. vtilium. Aut tempore repetitionis tantum: & tunc non repetit. d. l. vtilium. sed datur facultas tollendi, si prodesse potest id, quod tollitur, iuxta l. in fundo. de rei vendi. Et ad hanc theoricam videte

8 Barto. post Dyn. in d. l. vtilium. ¶ † In eadem gloss. ibi voluntariæ non repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sint. Hæc gloss.

b pessimè dicit in hoc, [b] ✱ & reprehenditur per omnes hîc, Dyn. Ioan. Fab. Nico. de Neapo. Ioan. de Platea, & Angel. de Aret. eò quia dicat contra duos text. expressos contra l. in voluntariis. in princip. ff. de impen. & l. vnicam. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. act. quibus iuribus expressè dicitur, voluntarias impensas nunquã repeti, etiam si mandato, & voluntate mulieris factæ sint: sed competit deductio, quę fieri possit sine læsione prioris status rei: vt in dictis legibus: & hoc nisi fuisset res mercalis, seu venalis: quia tunc dicerentur impensæ potiùs necessariæ quàm voluntariæ: vt est text. in l. q si hæres. ff. de impen. & declarat Barto. in l. voluntariæ. eo. titu. Et hoc, quod dictũ est, speciale est in vxore: vnde ab alio, cujus voluntate expensæ voluntariæ factæ fuissent in re sua, bene repetuntur: vt est tex. in l. iij. §. sed si mutua. ff. de in rem verso.

9 ¶ †In secunda glo. dicit Ang. de Are. hanc glos. totam esse notandam, & signandam: quia est magistra in materia. & secundùm doct. hîc, vt Io. Fab. & Ioan. de Pla. & Ang. de Are. suprà scripta distinctio procedit, quando constat q maritus non animo donandi fecerit impensas. Si autẽ constaret q animo donandi: & tunc dic vt in d. l. sed si mors. §. fi. & l. quod si vir. & l. vtrũ. ff. de donа. inter vi. & vxo. & videte gloss. & Barto. in l. omnino. in glo. l. j. de impen.

a ¶ In bonæ fidei. Quem vide in nu. 66. 67. & 69.

b ✱ Aduerte quòd immeritò hæc gl. à doctor. repræhenditur, nec scio quid aliud voluerit glo. quàm id, quod dicitur in d. l. in voluptariis. & in d. §. sed nec ob impensas. Inquit enim glo. voluptariæ non repetuntur, etiam si volũtate mulieris factæ sunt, sed abrasio permittitur sine læsione operis: vt leges s. alleg. Et illa dictio etiam seruat suã naturã, quia explicat casum magis dubitabilem, vt habetur in l. j. C. qui admi. & in cle. ij. ibi: fisco, etiam ecclesiæ de hæret. & in l. qui se patris. C. vnde lib. Nec credo hoc Accursium ignorasse. Et q ita debeat glos. intelligi, patet, quia allegat d. §. sed nec ob impensas. vbi ad literam quod dicunt docto. habetur: ergo intelligenda est gl. secundũ l. quã allegat Bart. in l. non solum. la ij. §. fi liberationis verba. ff. de lib. leg. & in l. cùm quidam. ff. de his, quib. vt indig. & illa dictio etiam, regitur à verbo nõ repetuntur, quod est negatiuè positũ. Vnde facile crediderim alios doctos. aliter forsan glos. habere, quã ego in tribus codicibus meis habeã: sed si habebãt prout Iaf. hîc refert, pessimè gl. reprehẽdunt. quę nihil aliud voluit quã quod ipsi dicunt. Anto. Ange. Carcassona Sard. ✱ Mihi autẽ magis placet ratio Dyni: vt cũ in §. nostro, & in d. l. sunt. de re iud. pa riformiter determinetur de parẽte patrono, marito, & socio, & constet in cęteris non esse hãc rationem bonã, nec etiã in isto casu: nam in marito reuerẽtia maritalis. l. vnica. §. cũ autẽ. C. de rei vxo. act. in socio ius quoddam fraternitatis. l. verũ. in princ. ff. pro soc. i patrono etiã propter reuerẽtiã arg. l. venia. C. de in ius voc. Idẽ ergo dicamus in parentibus propter paternalẽ reuerẽtiã, & charitatẽ. Teneas tamen qđ vis: quia parum refert. Sardus.

c ad infinitum secundùm glos. in l. patronus. in ver. parentes. ff. de re iudi. [c] ✱ ¶ †Quid autem econtra

1 *Parens, patronus, socius, & donator, non cõueniuntur in plus, quàm facere possint.*

2 *Filius patrem egentem alere tenetur.*

3 *Beneficium vt condemnetur solum in quantum facere potest, an competat si parens agat cum filio emancipato. 4.*

5 *Patronus an, & quando gaudeat hoc priuilegio.*

6 *Socius conuentus iudicio societatis habet hoc beneficium vt non condemnetur, nisi in quantum facere potest.*

7 *Beneficium ne quis conueniatur nisi in quantum facere possit, quibus competat. & nu. seq.*

Ver. Sed & si quis. ¶ Quãuis

ver. iste in prin. præsentis §. fuerit summatus in genere, tamen in specie hoc dicit vsq; ad ver. cõpensationes. †Parens, patronus, socius, & donator, nõ cõueniuntur in plus quàm facere possint. hoc dicit in specie vsq; ad ver. compẽsationes. ¶ Notate primò ex hoc text. parentem conuentum à filio habere beneficium vt condẽnetur solum in quantum facere potest. Concordat l. sunt qui in id. in vltimo versic. cum l. seq. ff. de re iudica. Sed tunc pulchrum est quærere, quæ sit ratio huius decisionis. Dyn. hîc dicit quòd ratio est reuerentia paterna. Aliter, & notabiliùs, dicit hîc Nico. de Neapo. in iiij. quæstione. extra glo. quòd ratio est, quia habet locum regula, dolo facis, quia petis quod statim restituturus es. †Nam cùm filius patrem egentem teneatur alere. l. si quis à liberis. §. fi vel parens. ff. de libe. agno. certè si filius peteret patrẽ condemnari in solidum, pater opponeret hãc exceptionem, dolo facis, quia petis quod statim restituturus es. Et intelligite in textu nostro parentes, scilicet vtriusque sexus: & vsque ad infinitum secundùm glos. in l. patronus. in ver. parentes. ff. de re iudi. [c] ✱ ¶ †Quid autem econtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Emancipatum. Adde Firmianū in suo aureo repertorio in versi. filius alere. ver. j.

b ¶ Fratre. Vide Pet. de Vbal. in tracta. de socie. xv. parte. in ij. a col.

c ¶ Teneatur. Vide Io. de Imol. in l. quamuis. ff. sol. ma. & Franc. Por. de duo. fra. in secunda parte. iiij. q. in fine.

d ⁂ Aduerte, quia inuenio indissolubilem ferè cōtrarietatē inter hāc l. si extraneus. ex vna parte. & l. Nesennius. ff. de re iudi. & l. pe. ff. de iure dot. ex alia: & inqt Alex. in d.l. Nesennius. quòd omnes solu. sunt contra illa iura & multū periculosè: & mihi adeò videtur leges illę diametro pugnare, vt dicā prout aliàs audiui dominū & præceptorem meum Mar. Soci. iuniorem in l. iij. ff. de leg. j. in conciliatione. l. si Titio. §. fi. & l. Celsus. §. fi. ff. de leg. ij. quòd multa in iure cōtraria reperiuntur ob fragilitatem compilatorū quæ diuinādo cō ciliantur propter authoritatem Imperatoris, de qua in §. quibus. in j. consti. C. & in l. fi. §. contrarium. C. de vet. iur. enucle. ideo in cōtrario s. relato cogitabis. Carassona Sardus.

econtra, si parens agat cū filio, vel aliis descendentibus emancipatis quia cū existentibus in potestate nō posset regulariter, iuxta l. lis nulla. ff. de iud. an eis cōperat hoc beneficiū? Ioan. Fab. hîc tenet quòd sic per rationem, quā statim dixi, secundùm Nico. de Neap. nam cùm pater teneatur alere filiū etiam emancipatū, a si pater petat filium in solidum condemnari, & filius opponet, non conuenit beneficium petere, quod statim est restituendū. Prætereà nihil interest, si filius deducat, cùm illud esset per aliam viam habiturus: arg. l. si filius. ff. de vulg. & pupil. Et cū eo etiam tenet Ioan. de Pla. & Ang. de Are. hîc. ¶ †Quid autē in fratre, an habeat hoc beneficiū si conueniatur ab alio fratre, b vt non conueniatur nisi in quantum facere poteſt: Glo. solennis in l. verum. in princ. in ver. fraternitatis. ff. pro socio. tenuit quòd non. & eam ibi sequuntur & no. Bart. & Bal. Idem tenuit etiam Nico. de Neap. hîc, in v. q. extra glo. post Iac. de Rauen. Io. verò Fab. hîc, contra. per rationem, quam s. dixi: quia obstaret exceptio, dolo facis. cùm frater fratrem alere teneatur, c si sit egens, secundùm quod tenuit glo. j. in l. j. & ibi Cy. Barto. & alij. C. de alendis liberis. & gl. in l. si quis à liberis. §. vtrū. in ver. iuste. & ibi Bar. ff. de lib. agno. & glo. in l. qui filium. in glo. pe. ff. vbi pupillus educari debeat, & idem tenet Ange. hîc quando esset frater vtrinq; cōiunctus: aliàs, secundùm eū, procede re potest opi. gl. & Bart. in d.l. verū. in princ. ff. pro socio. ¶ †Secūdò notate ex hoc tex. quòd patronus liberto non est cōdemnandus nisi in quantum facere potest. Et quod hîc dicitur de patrono, intelligite habere locum in parentibus, & liberis patroni: vt l. patronus. ff. de re iudi. Et idem dicit hîc Io. Fab. esse econtra, si patronus conueniat libertū, per rationem, quā statim dixi, cū patronus teneatur alere libertū l. alimenta. in prin. ff. de libe. agno. & sequuntur Ioan. Fab. & Ang. hîc. Prædicta intelligite vera, nisi ille, qui vult vti hoc beneficio, fuerit ingratus: quia quemadmodū propter ingratitudinem perdit alimenta, per d.l. alimenta. & l. fi. iuncta glo. C. de alen. libe. per consequens debet etiam perdere hoc beneficiū. ¶ †Tertiò notate in versi. item si socius. quòd conuentus iudicio societatis, habet hoc beneficiū, vt non condemnetur nisi in quantum facere potest. Concordat l. verum. ff. pro socio. & l. sunt qui in id. ff. de re iud. Subdit Io. Fab. ad ampliationem huius tex. quòd iste tex. habet locum, etiam si socius conueniatur alia actione, quàm societatis dum tamen sit occasione societatis, & agatur ex contractu inito durāte societate. Pro quo addit hîc Ang. tex. in l. socium qui in eo. §. fi. quod ibi Bart. ff. pro socio. Item addite, quòd iste tex. procedit nedum in sociis omniū bonorum, sed etiam in sociis vnius rei. l. verum. in princ. ff. pro socio. Et ad l. sunt qui in id. ff. de re iudi. quæ videtur obstare, respondete vt ibi per glo. in ver. accipiendus. & per glos. j. in d.l. verū. in princ. Item secundùm scribētes hîc Io. Fab. Io. de Pla. & Ang. de Are. iste tex. etiam procedit in pluribus scholaribus habitantibus in eadem domo: quia si occasione societatis vnus esset debitor alterius, habet beneficium: quod est extendendum, arg. l. alia causa. §. eleganter. §. finali. ff. solu. matrimo. & no. gloss. in l. patronus. in versic. parentes. ff. de re iudicata. ¶ †Vltimò not. in versicu. idem est. quòd donator habet hoc beneficium, vt non conueniatur nisi in quantum facere potest, habita ratione ne egeat. Concordat l. inter eos. §. is quoq;. ff. de re iudi. Et rationem huius notabilis ponit text. in l. ex-

hæredatum. §. fin. cum l. seq. ff. de re iudic. videlicet ne ex liberalitate inops factus periclitetur. Et ponderate tex. nostrū hîc, dū dicit, Ex donatione sua: quia vult secus esse, si ex donatione alterius conueniatur. facit l. & si fideiussor. §. fi. cū l. seq. ff. de re iudi. Prædicta procedunt in pura, & in simplici donatione. ¶ †Quid autē in donatione ob causam, an in ea habeat locū beneficiū huius tex. videtur ꝙ nō: quia illa nō est propriè liberalitas. l. j. & ibi glo. & Bar. ff. de dona. ergo cessat ratio Iurisc̄ōsulti in l. ne ex liberalitate. iuncta l. præcedenti. in fine. In contrarium facit, quia promittens pro dote promittit ob causam: vt l. si donaturus. ff. de condi. ob causam. & tamen habet hoc beneficium: vt est tex. no. in l. si extraneus. & l. penultima. ff. de iure dot. Paucis omissa distinctione Ioan. Fab. hîc, quam sequitur effectualiter Angelus hîc, ego teneo quòd iste tex. & eius beneficium non habeat locum in donatione ob causam. Et ita etiam firmauit singulariter Angel. in l. sed hoc ita. de re iudicata. & Ioan. de Platea hîc. Et vltra prælegata me mouet, quia illud quod datur ob causam, non est donatio, sed est potiùs quædam permutatio: vt est text. melior de iure in l. sed si lege. §. consuluit. in versicu. velut genus quoddam hoc esse permutationis. ff. de petitione hæred. notat Barto. in rubri. procemij Digestorum. col. fin. Quis autem sani capitis dixerit quòd in permutatione habet locum beneficium istius textus? certè nemo. Nec obstat id quod dicebatur de donante causa dotis, cui tamen competit istud beneficium: quia respondet Angel. in dicta l. sed hoc ita. quòd si maritus agit ad dotem, quæ est remansura penes eum, tunc non habet locum beneficium huius textus: quia quantum ad eum est ob causam: vt l. Nesennius. in principio. ff. de re iudicata. Secus si agit ad commodum vxoris. Et ita loquitur. d. l. si extraneus. Et cum hac solutione tenet simpliciter Ioan. de Platea, & Ange. hîc. Sed ego infra aliter, & melius, respondeo in prima limitatione, quam nunc aggredior. ¶ †Limito ergo suprà scriptam conclusionem duobus notabilibus modis ex mente Ioan. Fab. hîc. Primò, vt procedat, quando datur ob causam concernentem fauorem eius, à quo datur: puta, do tibi centum vt ædifices mihi domum: & in istis terminis loquuntur prædicta: tunc enim est magis negotium, quàm liberalitas: vt l. Aristo. ff. de dona. Secus autem, si daretur ob causam respicientem solum fauorem recipientis, & non dantis, ita quòd in nihilo esset vtilitas dantis: puta, do, seu dono tibi centum, vt emas tibi domum: & tunc quia est mera liberalitas, habet locum iste versiculus, & eius beneficium. Hinc est, secundùm Ioan. Fab. & bene, quòd si ego do tibi centum in dotem, quamuis ista sit donatio ob causam, dicta l. si donaturus. ff. de condi. ob causam. tamen quia ego dans nullam habeo vtilitatem, & sic ista etiam est mera liberalitas, nil mirum etiam si in ea habeat locum beneficium huius tex. & ita loquitur l. si extraneus. d ⁂ ff. de iure dot. & ita est longè melior solutio ad illum textum quam illa, quam proximè dixi. ¶ †Secūdò limito prædictam conclusionem, vt non procedat, quando datio facta ob causam etiam concernentem fauorē dantis excederet ipsam causam, & sic esset maior quàm causa: quia tunc illud, quod est plus excedit causam, & censeretur mera donatio, & mera liberalitas: vt l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. inter virum & vxo. ergo in eo, quod excedit, habet locum priuilegium huius tex. Et credo quòd ista sit mera veritas in hoc puncto, quam alibi non inuenietis ita decisam. ¶ †Vltimò circa istud beneficium, ne quis conueniatur, seu condemnetur in plus, quàm facere possit, deducto beneficio ne egeat: de quo beneficio fit mentio quasi in omnibus versiculis huius §. vnum perpetuò tenebitis menti, quod est in practica vtilissimum, quòd in exigendo aliquem inquantum facere potest, inspicitur quantum ex fructibus patrimonij extrahitur, vel percipitur: non autem inspicitur proprietas rerum, nec etiam quantum ex venditione rerum redigeretur. Tex. est de hoc summè singularis in l. qui bonis. & ibi illum notat Bartolus ad hoc. ff. de cess. bo. Bene facit l. Imperator. ff. ad Trebellianū. per quem text. Barto. ibi in fine not. quòd leges, quæ dicunt alimenta debere moderari secundùm qualitatem patrimonij, vt l. ius alimentorum. ff. vbi pupillus educa. debeat. debent intelligi respectu fructuum, non autem respectu valoris, per illum

text.

tex. & per illam l. qui bonis. Bald. in l. si maritus in id. ff. soluto matrimo. secundùm quod ibi refert Ioan. de Imo. dixit valde singulariter quòd si maritus condemnatus in quantum facere potest, habeat possessionem magni valoris, & modici reditus, ex quo reditu vix viuere potest, ꝙ non cogitur illam vendere, per d. l. qui bonis. Imola tenet contrarium, si ex illa potest satisfieri mulieri, & ex residuo prouideri ipsi viro, conuertendo in aliam rem maioris reditus, vel ponendo pecuniam penes mercatores idoneos ad partem honesti lucri: ar. eius, quod habetur in regula, qui potest. ff. de regu. iur. vbi dicit litera ꝙ qui facere potest vt possit facere, posse videtur. & hoc puto verius. Nec obstat illa l. qui bonis. quia, secundùm eū, illa lex loquitur de bonis quæsitis post cessionem, in quibus iura nō fauent creditoribus: vt est tex. ĩ. in ver. fi. Nos autem loquimur de bonis quæsitis ante cessionem, in quibus iura fauent creditoribus, vt patet in toto titulo de cessione bonorum. Et hoc addite, & notate ad ver. itē si de dote. s. eo. §. & videte vnū verbū secundùm Ioan. Fab. & ibidem per alios in ver. fi. ĩ. eo. a ⁂ ¶ † Nunquid autē hoc beneficium, vt quis non condēnetur in plus, quàm facere possit, quod competit reo principali, cōpetat etiā eius fideiussori? Dicite ꝙ nō: vt l. & si fideiusso. ff. de re iud. & l. verū. §. j. ff. pro socio. Hoc tamen casu datur singulare remediū, & singularis cautela, ꝙ fideiussor cōuentus denuntiet reo principali, & principalis veniat, & suscipiat iudiciū in se, & exponat hanc exceptionē in personam suam: quod facere potest. Ita notabiliter Bart. & Bal. in d.l. verum. in prin. per tex. in l. idem ꝙ. §. generaliter. ff. mandati. & idem Bar. in d.l. & si fideiussor. in princip. ff. de re iudi. & in l. Stichum. §. quòd vulgò. ff. de solu. & Paul. de Cast. in l. maritum. ff. soluto matr. Imo. & alij in l. non tantum. cū sequentibus. ff. de re iudi. quod bene notate ad practicam. b ⁂ Quando † autem, & vsq; ad quantū tempus possit opponi ista exceptio, vt non conueniatur, nisi in quantum facere potest: dicite quòd semper, & quandocunq; pendente iudicio, imò & post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatā: quia exceptio, quæ venit ad remissionem condemnationis, prout est ista, vt quis cōueniatur in quantum facere potest: quandocunq; potest opponi etiam post sententiam. Ita Bar. Bal. & alij in l. Nesennius. §. fi. per illum tex. vbi est casus. ff. de re iud. & l. ex diuerso. §. fin. & ibi Bar. & doc. ff. solu. matri. & Bar. in l. penul. in princip. ff. de confes. Spec. & Ioan. And. in titulo de instru. edi. §. dicto. versic. sed nunquid hæres. Prætereà omnis exceptio, quæ non impugnat sententiam, potest opponi, etiam post sententiā, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam in eius executionem: vt per glo. Bar. & doc. in l. j. C. de iur. & facti igno. & est tex. in l. ex diuerso. §. fin. & ibi Bart. ff. sol. matri. ¶ † Nunquid autem si cum hac exceptione, vt non conueniatur, vel non condemnetur, nisi in quantum facere possit, soluat totum, nunquid poterit repetere? videte glo. in d.l. ex diuerso. §. fin. in ver. in solidum. & ibi latè Bar. post Dy. ff. solu. matri. & Nico. de Neap. hîc. in x. q. c ⁂ extra glos. ¶ Glos. j. in ver. sed & si quis. in fine. videte quæ latè, & nota. dixi in §. pœnales. s. eo. ¶ †Glo. in ver. cum socio. in fine. addite l. sed hoc. ita §. fin. ff. de re iudi. & secundùm scribentes hîc Ioan. Fab. & Ioan. de Pla. & Ang. de Are. dicite idem esse in quibuscunque aliis personis, quæ negant se esse tales, ex cuius qualitate habeant hoc priuilegium: vt l. sed si ex parte. §. interdum. ff. quod cum eo. ¶ Limitate tamen glo. nostram, vt procedat, si perseueret in negatione vsque ad litem contestatam: quia ante potest pœnitere, & confiteri se esse socium, vel maritum, vel eius qualitatis, per quam hoc priuilegium habeat: vt est tex. not. in l. electio. §. neque. & ibi Bal. ff. de noxa. ¶ Item limitate glos. si negauerit in specie dicendo, Nego me esse socium. secus si negasset in genere hoc modo: Nego narrata prout narrantur. vt fit in litis contestatione. Ita vult singulariter Bartolus in l. si dubitet. §. ita demum. ff. de fideiussoribus. Et de istis duabus limitationibus dixi latissimè in §. omnium. in materia rei vendicationis. s. eod. & quæ ibi dixi, potestis hîc adiungere. reliquæ glossæ claræ sunt, & bene dicunt.

LAVS DEO.

1 *Compensationis exceptio opposita, an extenuet debitum petitum.*
2 *Compensatio an & quando fiat ipso iure.*

Ver. Compensationes.

¶ Quāuis iste versi. fuerit s. summatus in genere, tamē in specie hoc dicit vsq; ad ver. fin. cum eo quoq;. Exceptio † cōpēsationis opposita extenuat debitū petitū, & facit ꝙ debitor tantū cōdemnetur in eo, quod supereſt vltra cōpensationem. Hoc dicit in specie vsq; ad versi. fin. Materiam huius ver. examinaui plenè in §. in bonę fidei. d s. eo. & hîc habetis bonum tex. pro communi opinio. glos. & doct. de qua latè dixi in d. §. in bonæ fidei. in gloss. in ver. ipso iure. quòd compensatio † non fit ipso iure, nisi opponatur ab homine. Ita probat tex. in ver. quā ei debeatur. quia si compensatio fieret ipso iure absque oppositione hominis, non posset dici debitum: & sic textus iste malè diceret, dum dicit quàm ei debeatur. ¶ Glos. parua in verbo, ex eadem causa. ad quam doct. non aduertunt, pessimè dicit: quia vult quòd iste text. dum dicit, ex eadem causa: corrigatur per §. in bonæ fidei. suprà eodem. quod est absurdum. Vnde dicite ex mente Nico. hîc in octaua oppo. glos. quòd iste tex. voluit dicere ex eadem causa: hoc est dicere, quòd vterque sit debitor quantitatis: & sic ex eadem causa. Secus si vnus esset debitor speciei, & alius quantitatis: quia tunc non esset ex eadem causa: & consequenter non admitteretur compensatio: vt latè dixi in §. in bonæ fidei. super glos. in verbo, iure aperto. s. eo. Sequitur ver. fin. cum eo quoq;.

a ⁂ Vide omnino do. Alexan. in l. si maritus in id. ff. sol. matr. qui ferè omnia ista seriatim ponit, respondens ad aliqua, quæ in contrariū facere videbātur. Carcassona Sard.
b ⁂ Declarando tamen prout facit do. Alex. in l. qa tale. in fi. ff. sol. matrimo. quòd procedat quādo fide iussor exactus posset reū in solidū conuenire: aliās secus. quod est de mente Bar. in d.l. Stichum. §. quod vulgò. ff. de solu. Carcasso. Sardus.
c ⁂ Cōmuniter tenetur, soluentem maritum repetere nō posse. l. nam & maritus. ff. de cond. inde. & per Bar. Alex. & alios in d.l. ex diuerso. §. fin. ff solu. matr. Sardus.
d ¶ In bonæ fidei. Vbi vide in nu. 58. cum pluribus sequentibus.

LAVS DEO.

1 *Cedens bonis qualiter si postea alia bona quæsuerit, vel ad pinguiorem fortunam peruenerit, conueniri possit. cum ij. seq. & an, & quando in solidum. nu. 4. cum ij. seq.*
2 *Cedens bonis an sit à debito liberatus.*
3 *Cedens bonis an de soluendo satisdare compellatur, si ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
7 *Spoliatus bonis propter guerram non debet posse postea in solidum conueniri.*
8 *Cedens bonis an bona sua indicare teneatur, ita quòd si ea occultet, hoc beneficium cessionis perdat.*
9 *Cedere bonis non potest hæres, qui inuentarium non confecit.*
10 *Cedere bonis quibus debitoribus indultum est vt possint. & nu. seq.*
11 *Cedere bonis an minor possit.*
23 *Cedens bonis an pœnitere possit.*
24 *Cessio bonorum an impediat litis contestationem, si debitor creditori non vult super debito respondere, sed dicit, Cessi bonis.*
25 *Cessio debitoris principalis an prosit fideiussori.*
26 *Cedenti bonis an omnia auferri debeant.*
27 *Cessio si cedens sibi reseruet vnum denarium, an valeat.*
28 *Cessio bonorum qualiter fiat, & an valeat consuetudo quòd cedens bonis percutere debeat lapidem cum natibus. 29.*
30 *Cessionis bonorum beneficio an per pactum renuntiari possit.*
31 *Occultator alienæ laudis, furi par est.*

Ver. Cum eo quoque, qui.

¶ In hoc versi. cùm sit cauda, & finis huius tit. tractabitur etiā vltima materia, & illa, ad quā pro vltimo remedio debitores confugiunt, scilicet materia cessionis bonorum. Et propterea quamuis iste ver. alia ratione sit pro vltimo sic situatus, tamen ista causa fuisset sufficiens ad constituendum eum vltimum. ¶ Et iste versic. quamuis suprà fuerit summatus in genere, tamen in specie hoc dicit vsque ad finem titu. † Ille, qui cessit bonis, habet in postea quæsitis beneficium, vt non conueniatur, nisi in quantum facere possit. hoc dicit vsque ad finem titu.

1 ¶ †Nota primò ex hoc text. secundùm Angel. de Aret. in princi.

huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius §.q̄ cedens bonis per hoc nō à debito liberatus nec ciuiliter nec naturaliter.quod facit secūdùm eū,in tex.Primò, quia si deuenerit ad pinguiorem fortunā,ex integro poteſt conueniri.Addo meliorem tex.in l.j.& ibi Bart.Bal. & alios.C.qui bo.ced.poſ.Alibi tamen glo.in l. vbicunq;.in gloſ.j.magna.ff. de fideiuſ. tenuit quòd cedens bonis liberetur ipſo iure ab obligatione ciuili,remanēte naturali, per §.fi.ff. de replicationibus.& illa glo. non inuenietur alibi in iure,ſecundùm Nico.de Neap.hîc in apoſtil.tex.in ver.qui. Sed ego do vobis glo.cōcordantem in c. ſicut dignum.§. eos.in ver. ſi habent.extra de homici.& illam gl.in d.l.vbicūq;. tenet ibi Dy.per l.hæres à debitore.§. q̄ ſi ſtipulator.ff. de fideiuſ. & idem tenet Rayne. de Forli.in l.j.C.qui bo.ced.poſ.& ita etiam videtur tenere Nico.de Neap.hîc.Alibi verò gloſ. in d.l.hæres à debitore.§.quòd ſi ſtipulator.in glo.magna.in ver.perimit. tenuit quòd vtraq; tollatur.Paucis veritas eſt,& ita ſe habet communis opi.quòd à nulla obligatione liberatur, ſed ſibi paratur exceptio. Ita tenet Cy. in ix.q. in d.l.j.& ibi Bald. & Salic.C. qui bo.ced. poſ. & Bar.Ang.Imo. & Cuma. in d.l.vbicunq;.& Bart.in l.iij.C. de bo.autho.iud.poſ. & in l. qui bonis.per illum tex. & ibi gloſ.ff. de ceſſio. bono.& Bal.in l. cùm quis. in viij.col.C. de iuris & fac.ign.& in l.tam mandatori.in ij.col.C. de non nume.pecu.& Ang. in l.nemo carcerem. circa fi.C.de exactoribus tributorum.lib.x. Bene facit l.penul. in ver. vſq; ad modum debiti. C.de ceſſio.bono.quam allegat Salic.in d.l.j.& ibi etiam bonus tex.C.eo. & idem etiam tenēt Ioan.Fab.Io.de Pla.& Ang.hîc. ¶ †Secundò notate ex hoc tex.quòd ille, qui ceſsit bonis, ſi poſtea alia bona acquiſierit,vel peruenerit ad pinguiorē fortunam,quamuis iterum poſsit conueniri, quia durat vtraq; obligatio.vt dixi in præcedenti notabili, tamen non in ſolidum, ſed quatenus facere poteſt cōuenitur. Concordat l. iiij.ff. de ceſsio.bono. ¶ †Nunquid autem ille,qui ceſsit bonis, compellatur ſatiſfdare de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ponit Bal.in l.ij.ad fi.C. quod cum eo. Cano.in c. Odoardus.extra de ſolu.[a] ⁂ ¶ Limitate tamen hunc text. & ſuprà ſcriptū notabile,vt procedat reſpectu creditorū , qui tempore ceſsionis erant credito res:quia quo ad eos iſte,qui ceſsit bonis,& nunc peruenit ad fortunam pinguiorem,non tenetur,niſi in quantum facere poteſt : non autem tenetur reſpectu creditorū, quos poſteà poſt ceſsionem eſt ſortitus : quia illi noui creditores bene poterunt eum in ſolidum conuenire.Ita limitat hunc tex.ſingulariter Ioan.Fab.hîc, & bene: motus per l.ij. à contrario ſenſu.C. de bo. authori. iud.poſ. & per optimū ſimile:nam filiusfamiliâs conuenitur de his,quę contraxit, cùm eſſet in patria poteſtate , in quantum facere poteſt, in caſibus ſex poſitis in l.ij.ff.quod cū eo.& tamen in his, quæ contraxit pòſt, conuenitur in ſolidum:in l.iij.ff.quod cum eo. Et ita etiam ſequuntur Io.de Pla.& Ang.de Are.hîc,quamuis de loā. Fab. nullā faciat mentionem.Circa quod videte omnino Bal.poſt Cyn. in d.l.iij.C. de bo. authori. iudi. poſsi. ¶ †Secundò ego limito ſuprà ſcriptum notabile, & hunc tex. vt non procedat in eo, qui bona ſua alienauit in fraudem : quo caſu ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, certè in poſteà quæſitis propter eius fraudem tenetur in ſolidum: quamuis aliàs non teneretur , niſi in quantum facere poteſt. Text. eſt ſingu.in l.ſi.§.fin. ſecundùm vnam lecturam gloſ. ibi approbatam per Barto.ff.quæ in frau.credi.& ita limitat Cyn. in l.j.in j.q. C. qui bo. ced. poſ. & ſequitur Nico. hîc in apoſtil. text. in verbo, damnari.[b] ⁂ ¶ †Tertiò limitate ſuprà ſcriptum notabile, & hunc tex.dum dicit quòd ille, qui ceſsit bonis , ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam,poteſt denuò conueniri,prout ſingulariter limitat Bald.in rubri.C. qui bo. cedere poſ. vbi voluit hoc non habere locum,quando ſcholaris ceſsit bonis, poſteà emit libros, vel clericus breuiarium,vel miles arma: [c] quia tales libros, vel arma creditores auferre non poſſunt. Allegat ad hoc gloſ.ſingularē in l. nepos Proculo. in verbo , dignitate.ff. de verb. ſignifica. ¶ †Vltimò notate ex hoc tex.ſingulariter per Ioan.Fab.hîc, circa ſimilia verba huius verſic. quòd ex generalitate huius literæ poteſt dici , quòd ſi quis fuerit ſpoliatus bonis propter guerram , quòd non debet poſſe poſteà in ſolidum conueniri. Quod dictum, ſecundùm eum eſt pium,& æquum,& ſequitur Ioan.de Pla.hîc,quia,ſecundùm eum, cùm maior ſit ratio in hoc caſu, quàm in hoc text. cùm hîc ſpoliatur bonis ex voluntate per ceſsionē,at ille ex neceſsitate, & præter voluntatem hoc patiatur.l.ij.§.ſi quis tamen.ff. ſi quis cautio. & l. quæ fortuitis.C.de pign.act.Mirabilis ſanè deciſio,& notanda circa quam tamen cogitate.[d] ⁂ ¶ Gloſ.j.in verſicu.creditoribus.diuiditur in duas partes principales , prout duo ponuntur dicta. Secunda ibi:prodeſt autem hæc ceſsio. ¶ In eadem gloſſ.ibi.ff.de ceſ.bono.l. penult. & ibi videte Barto. declarantem qualis confeſsio requiratur , & qualiter debitum debeat cognoſcere. De quo etiam videte Bald.in l.prima. in principio.in ij. oppo.C. qui bo.ced.poſ. & doct. in c. Odoardus. extra de ſolu. ¶ †An autem ille qui cedit bonis teneatur, bona ſua indicare, ita quòd ſi ea occultat, perdat hoc beneficium ceſsionis ? dicite quòd ſic:vt eſt gloſ. & ibi Barto. in l.penult.ff.de ceſ.bo. & gloſ. in l.j.C. eodem titu. quamuis Bart. ibi nihil decidat , ſed relinquat cogitandum. Et illam gloſſ. firmat ibi Bald. per l.ij. C. quando , & quibus quarta pars debe. lib.x. Et ibi etiam per hoc infert not. Bald, † quòd hæres , qui non fecit inuentarium , non poteſt cedere bonis , quia in eo præſumitur dolus.§.ſi verò non fecerit.in authen.de hære. & fal. ¶ In eadem glo. ibi vt non ducatur debitor in carcerem. habetis ex hac gloſ. quòd debitor non poſsit detrudi in carcerem. Quod ego limito ſingulariter non procedere , quando debitor alienaſſet bona in fraudem,ita vt non reperirentur : quia tunc poſſet agi contra eum , vt detrudatur in carcerem,& ammodo non poſsit cedere bonis. Tex. eſt ſingularis in l.finali.§.fin.ff.de his, quæ in fraud.cred. ſecundùm primam lecturam gloſſ.ibi : quam ibi approbat Barto. & idem tenet Bartolus in l.alia.§.eleganter. ad finem.ff. ſoluto matrimonio. & Bald.in l.j. in ſecunda col.C. qui bo.cedere poſſunt. & in rubri. C.de reuo.his,quæ in fraud. credi. & in l.j.in vltima queſtione.C. ſi quis in fraud. pa. & videte quæ dicam ſ. in limitationibus in ix. limitatione. ¶ Ad fi.gloſſ.de hoc vltimo dicite vt dixi ſuprà in iij. not. ¶ Gloſſ.in verſic. ex integro. in fin.gloſſ. bene dicit vel fortè quòd textus voluit dicere ex integro, id eſt, denuo. ¶ Extra gloſ. ſcribentes hîc Ioan. Fab. Ioan. de Platea,& Angel. de Aretio,examinant naturam ceſsionis per quæſtiones , & inordinatè : prout etiam faciunt Bald. & Salice. poſt Cyn. in l,prima.C. qui bo.cedere poſſunt. & Canoniſt.in c. Odoardus.de ſolutio. Ego autem intendo pulchro ordine tradere hanc materiam per regulam , & fallentias,in quibus fallentiis tradam ordinatim omnia , quæ inordinatè traduntur per docto. in quæſtionibus ſuis. Facio ergo regulam generalem, † quòd cuilibet debitori indultum eſt vt poſsit cedere bonis: [e] vt hoc text. ex toto titulo.ff. & C.de ceſſ. bono. & addo quòd non tantum paterfamiliâs ſed etiam filiusfamiliâs poteſt cedere bonis.Text.eſt in l.penultima. & ibi per gloſ. Barto. & docto. C. qui bo. cedere poſſunt. & non maſculus tantùm , ſed etiam fœmina : vt ibidem eſt text. in verſicu. vtriuſque ſexus. & ibi not.Salic. & idem Salic.in l.j.C. eodem. Item & eccleſia poteſt cedere bonis , vt eſt text. peregrinus , & ſingularis in §. ſi quis autem adiecerit. in authentica vt determinatus ſit numerus clericorum. col. prima. quem text. allegat Nicol. hîc in apoſtil. text. in verbo , bonis. Ex quo infert Angelus hîc , quòd ſi vniuerſitas clericorum apud quos debet eſſe ſumma fides . & obſeruantia , vt l. presbyteri. C. de epiſcopis & clericis. poteſt cedere bonis quòd à paritate rationis quælibet alia vniuerſitas,vt fabrorum vel pellipariorum poterit cedere , & hoc verum puto. † An autem minor poſsit cedere bonis, videte Bald. in l.j. in penultima col.C. qui bo.

cedere

a ⁂ Vide ibi glo.in ver.idonea.
b ⁂ Vide eundē Iaſ. in 6. item ſi quis in fraudē.nu. 94. & pro hac fall. facit quod infra dicit idem Iaſ. in j. glo.Sardus.
c ¶ Arma. Vide eundem do. Iaſ.in §. item Seruiana. nu.66.
d ⁂ Pro iſta notab. deciſione,& multum æqua , iudicio meo, & rationabili,facit illud vulgare dictum, afflictionem non eſſe dandam affli cto.l. diuus.ff. de off.præſ. Bal. per illum tex. in l. ſi furioſi. C. de nup. & certè ſi caſus mihi cōtingeret, ſecundū iſtos patres iudicarē. Et facit etiam hæc deciſio Io.Fab. & Io. de Pla. pro illis,qui à Turcarū ſeu Saracenorum piratis ſpoliātur bonis ſuis, quod etiam piecati cōſentaneum videtur vt iſtius §. privilegio gaudeāt. Carcaſſona Sard.
e ¶ Bonis. Vide Firmanum in ſuo aureo repertorio in ver.debitor pauper.in ver.xij.

a ⁂ Hoc vulgare dictū,q̄ qui nō habet in ære,luat in corpore,qualiter procedat,vide Iaſ.ſ. in §. pœnales. nume.43.cum multis ſeq.vbi omnino videas.Carcaſſona Sardus.
b ⁂ Adde tu q̄ Bar.cōtrariū firmat in l.pe.ff.de ceſ.bon. Mouetur p text.in l.illud.in prin.ver.qa tamē.ff.de trib.vult eū debitor cedere bonis,vt à moleſtia & impliciti cōibus ſe liberet.qđ poteſt ſecūdùm Barto.in d.l. pe.& p opi. Bart. facit, qa quilibet poteſt res ſuas habere p̄ derelicto. l.ſi id,qđ.§. fi.vbi bonus text.& tot. tit. ff.p derelic.& facit tex.in l.quia poterat.ff. ad Trebel. Et,p hac deciſiōe facit quod vult Ang.de Are. hîc, col. iiij. poſt Sali.in l.ſi. C. qui bo.ced.poſ.q̄ ſi debitor vult cedere bonis,& creditores volūt illi dare inducias quinquēnales,& nolūt bonorum ceſsiones q̄ non poſſunt debitorē impedire quo minus cedat bonis,nō obſt. q̄ iſtud remediū ſit flebile, & miſerabile : quia ſibi imputet debitor ſi ita vult res ſuas dimittere,cū quilibet in re ſua ſit moderator & arbiter.l.in re mandata.C.mād. Nec obſt.ſolutio quam ſ. in xij.fal. ponit Iaſo. ad d.l.illud. ver.qd tū.quia dico q̄ licet ibi ceſſerit dūtaxat mercibus & peculio, tamē ratio tex.eſt gñalis : ergo non debet reſtringi in caſu expreſſo.l.regula.§.ſi.ff.de iur. & fac.ign. & exē plā nō arctā regulā l.damni infecti ſtipulatio. in fi.ff. de dā.infec. & dictū ampliaſ & reſtringiē ad limites rationis. l. cū pater.§. dulciſſimis.ff. de lega. ij. Bar.ī l.pater filiū. §.fundū.ff. de leg. iij.Bar.ī l.ſuū hęredē.ī fi.C.de iure delibe. & hoc placet. Carc.Sardus.
c ¶ In gl.j.Vide etiā hoc idē.ī.ſ. ite ſi qs.nu.92.& nu.94.
d ⁂ Aduertas circa intellectū d.l.ij.ff. de ſen.paſ. nā mihi,p bare nō videt id, ad qđ Iaſ. illā allegat.loquit eū qū quis renuit accipere bona , quæ princeps illi reſtituebat, nā quādo

cedere poſſunt.& plenè per Ange.in l.nemo carcerem.C.de exac. tribu.lib.x.per Ang.& Ludo.Rom.in l.nec impuberes.ff.de in ius vocan.ſuprà ſcripta regula recipit complures notabiles fallentias. ¶ Primò fallit, quando debitum non agnouit , vel non eſt confeſſus, vt hîc,& in gloſ.j.in princ.& ibi dixi. ¶ †Secundò fallit,quando occultat bona,vel non vult indicare:vt ibidē dixi. ¶ Tertiò fallit ſecundùm Ioan.Fab.hîc quando quis eſſet obligatus ad factum: quia tunc non admitteretur ceſsio , nec liberaretur cedendo.Ratio eſt,ſecundū eum:quia cauſa,qua quis liberatur cedendo,eſt impotentia ſoluendi.Vbi ergo quis tenetur ad factū, talis impotentia ceſſat:quia poteſt facere: ergo non liberatur cedendo : vt hîc latius per eū.Nec dicat aliquis q̄ obligatus ad factum liberatur præſtādo intereſſe:quia illud verū eſt,quādo poteſt præſtari intereſſe:ſecus ſi nō poteſt præſtari.l. in ſtipulationibus.§.fi.ff.de ver.obl.Ad iſta facit,ſecundū eū,quia libertus egenus cōpellitur præcisè ad operas:vt l.ſuo victu.ff.de ope.lib. Bene tamē,ſecundū eū, debebunt fieri expenſę huic debitori facięti,per d.l.ſuo victu.Et in iſtis terminis dicit Io. Fab. ſe ſuſtinere gl.illam ſingularē cōmuniter damnatā in l. ſtipulatio.§.ſiue autē in gl.j.ff.de ope.no.nun.quæ vult ſcriptorem poſſe præcisè cogi ſoluere quod cōuenit:& propterea poſsit in cōpedibus poni.Et cū Io. Fab.tenet Io.de Pla.hîc:& idē Nic. de Nea. hîc in apoſtil. text. in ver.ceſsit.Addo idē,tenere Cy.in l.j.in ij.q.C. qui bo.ce.poſ.& ibi Gul.& Ray. Et idē etiam q̄ obligatus ad factū nō liberetur cedēdo bonis:vt in ſcriptore, tenuit ibidem Bal.in ij. col.& ibi limitat hoc verū,ſi habet facultatē faciendi : aliās propter impoſsibilitatē habet locū ceſsio.Et ita etiā limitat Io.Fa.hîc. Addo etiā cū prædicta limitatione tenere Bar.in l.j.ff. de ceſsione bonorum. vbi generaliter tenet q̄ vbicunq; præcisè quis tenetur ad factum,iuxta plenè tradita in l. ſtipulationes nō diuiduntur. in prin. ff.de verb.obli.q̄ non admittatur ceſsio bonorū. & idē etiam tenet Ang.hîc. ¶ †Quartò ſuprà ſcripta regula fallit, vbicūq; quis tenetur ex delicto,vel quaſi:quia tunc non admittitur ceſsio bonorum ſed pœna pecuniaria reſoluitur in corporalem: quia qui nō poteſt in ære ſoluere,luat in corpore:vt l.j.§. generaliter.ff. de pœ.& l.ſi. ff.de in ius voc.Et per hoc infert Io. Fa. hîc ſe credere quòd ſi quis agat actione iniuriarū & concludat ad pecuniā,& ſic ciuiliter , q̄ ſi reus condēnatus cedat bonis , q̄ non liberat ſe , ſed pœna pecuniaria debet reſolui in pœnam corporalem,per prædicta.facit l. ſed & ſi ex parte.§.quāquā.ff.quod cū eo.notant doc.in c. Odoardus.extra de ſolu.& ita etiam tenet Io.de Pla.hîc,quāuis de Io. Fab. nullā faciat mentionē.quod bene notate.[a] ⁂ ¶ †Quintò ſuprà ſcripta regula fallit in debitore fiſci,qui non habet hoc beneficiū ceſsionis, & nō liberatur cedendo bonis,niſi eo caſu,quo paupertas excuſat,ſecundū Bal.in l.j.in iij.col.in fi.& ibi Cyn.in iij.q.C.qui bo.ced.poſ. & Bar.in l.j.ff.eo.& in l.cū eo.in fi.ff.ad legem Iuliā pecu. De quo tamē, quia nō eſt ſine dubio, videte latè Salic.in d.l.j. verſic. quæro ſextò an debitor fiſci.& plenè per Ang.in d.l. nemo carcerē. & per Io.Fab.qui contrariū tenet per tex.optimū in §.itē ſi quis.ſ.pro ſocio.& videte etiā per Ang.hîc. ¶ †Sextò ſuprà ſcripta regula fallit: quia quis nō poteſt cedere bonis, ne publicis fungatur muneribus. Tex.eſt in l.propter honorē.ſecundū ſecundā lectūrā gl.& ibi Bar. & Bal.C.qui bo.ce.poſ.& per illā legē notat etiā ibi Bal. & ſubdit q̄ volentes cedere bonis,vt euitēt collectas, nō poſſunt hoc facere. quod ipſe reputat multū tenendum menti.¶ †Septimò ſuprà ſcripta regula fallit quādo debitor à principio negaſſet debitū,& poſteà fuiſſet conuictus,& cōdemnatus:quia tunc non gauderet priuilegio ceſsionis : vt hîc per Ang. de Are. quamuis referat per multa Salic.tenuiſſe contrariū in d.l.j.ver. circa hoc moueo aliqua dubia. De quo dicite vt per Ange. hîc, & latè per Salice. in d.l.j. in j. col. ¶ †Octauò prædicta regula fallit generaliter ſecundū Io. Fab.hîc, vt ceſsio nunquā debeat admitti, niſi creditores inſtent, & petant: quia hoc beneficium eſt miſerabile, & ſubſidiarum : ergo non debet concedi eis præter neceſsitatem: ergo gratis cedens non debet admitti:&,ſecundùm eum,ſatis indicant tex.in l.j. & in l.fin.C. qui bon.cede. poſſ. Addo[b] ⁂ Bald. idem tenentem in illa l.j. in ij. col. ¶ †Nonò prædicta regula fallit in eo,qui malitioſè,ſeu in fraudem dilapidauit bona in fraudem creditorū, qui non habet beneficium ceſsionis. d.l. fin. §.fin. ff. quæ in fraud. cred. Baldus in l.j.in ij.col. & Ange.in dicta l.nemo carcerem. & dixi ſ. in gloſſ.j. [c] ¶ † Quibus autem modis præſumatur quis in fraudem creditorum dilapidaſſe,declarat notabiliter Bald. in d.l.j. in col.fin.¶ Decimò prædicta regula fallit,ſi debitor eo tempore,quo cōtraxit , ſciebat ſe non eſſe ſoluendo: quia non habet hoc beneficium ceſsionis:vt eſt tex.not.in l. penul. in fi.ff.de iure do.Bart.in l.alia.§.eleganter. in fi.ff.ſol.mat. ¶ †Vndecimò fallit prædicta regula in eo,qui ſub ſpe ceſsionis bonorum cōtraxit ſecundùm Dyn.in regula,peccatum. de regu.iur.in vj.& Ioan. de Plat. hîc. Bene facit quod pulchrè not.Bar.in l.j.§.j.ff.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fue. de præfecto vrbis Romæ cōtrahente multa debita propterea q̄ Imperator nouiter creatus in eius aduentum habeat debita,& cōtracta diſſoluere. ¶ †Duodecimò & vltimò pro nunc ſuprà ſcripta regula fallit in eo , qui plenariè habet vnde creditoribus ſoluat : quia ille nō poteſt cedere bonis,ſecundùm Bald.in d.l.j.in ij. col. per rationem,de qua ibi per eum.Addo ego quòd contrarium ibi tenuit Cyn.in iij. q. quòd imò etiā dicit ibi Angelus vnicum in iure , in l. item ſi vnus. in princip.ff. de arbitriis. ¶ †An autem ceſsio debitoris principalis profit fideiuſſori, vt per hoc creditor non poſsit ad fideiuſſorem redire?

Universidad de Deusto
Biblioteca

alicui conceditur immunitas pœnę bonis non restitutis, liberatur ille ab omnibus creditoribus anteriobus.l. pe. ff. de sen. pass. taliter ꝙ a si bona acquisiuisset, & esset locupletior factus, nō teneretur creditoribus ex ante gesto: vt l. tutor. C. de sen. pas. quod beneficium negatur illi, qui bona à principe oblata noluit suscipere, sed relinquere fisco, vt creditores fiscum conueniāt: quia & si noluerit bona, tenetur creditoribus, & hîc est casus in d.l.ij. nec ibi dicitur ꝙ si bona suscepisset, nō posset cedere bonis: & restitutio principis restituit illum ad pristinum statū, sicut ante fuerat: vt l.j. C. de sen. pass. ergo sicut ante dānationem poterat cedere bonis, poterit etiam post restitutionem. Carassona Sardus.

redire? dicite quòd non: vt §. fi. ff. de repli. & l. hæres à debitore. §. quòd si stipulator. & ibi Barto. not. illum text. ad hoc. ff. de fideiussor.

16 ¶ †An autem cedenti bonis omnia debeant auferri, ita quòd vestis etiam sit auferenda, & debeat nudus remanere? [a] glo. in l. pe. ff. de ces. bo. vult quòd nihil sibi relinquatur, nec etiam vnus minimus denarius. Alibi glo. in l. fin. §. fi. ff. de his, quæ in frau. credit. dixit quòd [b] cedenti bonis debet auferri vsq; ad sacculum, & peram. Breuiter concludunt doc. hîc, vt Ioan. Fab. Io. de Pla. & Ang. de Are. quòd vna vestis vilis, & pannicularia, quæ nuditatē tegat debet sibi relinqui, sicut relinquitur damnatis ad mortem: vt l. diuus. ff. de bo. damnatorum. Et ita dicit Nico. hîc in apo. tex. in versic. bonis. & Dyn. & Bar. in l. pe. de cesio. bo. Cy. in d.l.j. in iiij. q. post Pet. & Gul. de Cu.

27 ¶ †Quid autem si in cessione bonorum cedens reseruasset sibi vnum denarium, an valeret cessio: determinat mirabiliter Bald. quòd non, in l. fi. in ij. col. C. qui bo. ce. pos. Aduertite tamen quòd cedens bonis retinet prohibita alienari. Item vsumfructum, feudū, & etiā retinet emphyteusim eccle siasticam, siue secularem, non tamē eorū commoditates. Ita Bal. in d.l.j. in iij. col.

28 ¶ †Qualiter autem fiat cessio bonorū: dicite quòd simplici verbo. Item per nuntium, & per epistolā: & per consequens non tantùm in iudicio, sed extra iudicium. Tex. est no. in l. in omni. C. qui bo. ce. pos. & in l. fi. & ibi Bar. ff. de cesio. bo. & ibidē Bar. refert quòd Cy. dicebat quòd Franciscus Accursius dum hanc materiam legeret, ostendebat in cathedra modum cedēdi, & idē etiam quod s. tenet Bal. in d.l.j. in iij. col. Dicit tamen Barto. in d.l. fi. quòd hodie est consuetudo in quibusdā partibus, quòd fiat cessio modo vituperabili.

29 ¶ †Nunquid ergo valeret hęc consuetudo per statutum, prout est in hac ciuitate Papiæ, & communiter per vniuersam Italiam, quòd cedens bonis debeat percutere lapidem cum natibus, dicendo, Cedo bonis. Cy. in l. fi. & ibi Bal. circa prin. tenent quòd tale statutum, & consuetudo non valeant: quia est res turpis exempli, & oculos videntium infestat, per tex. illum moralem in l. cū supra virentes. C. de re militari. lib. xij. Idē etiam tenet Albe. de Rosa. in prima parte statutorum in q. xxxviij. incip. item quæritur an valeat statutum, vbi decidit non valere statutum Patauinū quòd quis non possit cedere bonis, nisi cedat cum solennitate inhonesta: quia eius effectus est turpis, & cōtra bonos mores. Allegat in argumentum l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. & idem tenuit Salic. in d.l. in omni, per illum text. in ver. voluntatis sola professio, per quem text. arguit Ibi Salic. contra illa statuta terrarum taliter disponentia. De quo etiam videte do. Card.

30 Flo. & Ioan. de Imo. in d.c. Odoardus. ¶ †Restat vltimò pro complemento huius materiæ examinare an beneficio cessionis bonorum possit renuntiari [c] per pactum: & an tale pactum valeat. De qua quæstione videte Cyn. in d.l.j. in vj.q. & ibi multum latè Bald. in antepenult. & penul. col. & ibi latiùs Salic. in ver. item quęro nonò an teneat renuntiatio. & Dy. Bar. & Imo. & Cuma. & reliquos in l. alia. §. eleganter. ff. solu. ma. & do. Anto. in c. cùm contingat. extra de iureiur. & Io. Fab. qui etiam ponit an possit consuetudine induci quòd quis non liberetur cedendo bonis. quod ponit etiā Bal. in d.l.j. Et de pacto ponit etiam Io. de Pla. hîc, & Ang. in penult. & vlti. col. & Cano. in d.c. Odoardus. Et an tale pactum firmetur iuramento, ponit Bald. in d.l.j. in penult. col. Specu. in tit. de renun. §. j. ver. item beneficium. Imo. in d.c. cùm contingat. ver. item aduerte, quia prædicta. Et per ista remanet expeditus iste versi. & consequenter, Deo duce, totus iste titulus de Actionibus.

¶ Postremò si quid in hoc qualicunq; opere, in quo maximas vigilias, & lucubrationes plurimas impendisse profiteor, repertum fuerit, quod sit minus bene dictum, precor vnumquenq; lectorem, vt non liuoris aculeo, aut detractionis studio, sed charitatiuo calamo emendandum suscipiat. Scio enim, nec istud inficior, quòd tantum opus maiori elimatione indigeret. In his verò, quæ scripsi, planè cognoscet, me nunquam tacuisse illos, à quibus voce viua, vel mortua didici.

31 †Occultator enim alienę laudis, furi par est, vt inquit Iurisconsultus in l. hæreditatū. §. fi. ff. ad legem Falc. & præclarè inquit Plinius ad Vespasianum Imperatorem in procemio naturalis historiæ: Benignum, & plenum ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris: & obnoxij profectò animi, & infelicis ingenij est, malle in furto deprehendi, quàm mutuum reddere. Vobiscum autem fratres, & auditores amantissimi, hoc Tetrasticho sit ita conclusum.

LAVS SIT ILLI SEMPER, QVI
EST PRINCIPIVM SINE
PRINCIPIO,
AMEN.

Postquàm susceptì per tempora multa laboris
Finis adest, portum fessa carina petat.
Si non remigio, melior datur vlla facultas,
Suspensam hic teneat anchora iacta ratem.

FINIS.

¶ Finit Lectura admodum vtilis domini Iasonis Mayni, Iureconsultorum suæ tempestatis principis, in titulum de Actionibus. in Institutis, vt longè difficillimum, ita multò vtilissimum, diligenter emendata.

AD LECTOREM.

Dulcia, qui nosti, quàm sint, quæ condit Iason,
Aspice, præcipuum, quod modò mittit, opus.
Iunior in primis, quòd sic vigilauerit annis,
(Crede mihi) res est ingeniosa tamen.
Hîc non errores, aut falsò adducta videbis,
Non eadem in multis verba notata locis.
Non minus hic noster Maynus tibi præstat Iason,
Quàm Graijs fuluam, qui dedit alter ouem.
Est breuis, immensò constat nec fascè libellus,
Immodicòque grauis non erit ære tibi.
Hunc eme, vel minimo, quo nosces tempore quali
Seruato causas ordine, quisquis agat.

LAVS DEO.

NOMENCLATVRA
ACTIONVM OMNIVM, TAM CIuilium, quàm prætoriarum subiectæ elegantiss. arbusculæ insertarum, authore clarissimo Iuris vtriusque doctore Ioanne Crispo Montano ciue Aquilano, nunc recèns concinnata, repurgata, & in multis auctior reddita.

AD REVERENDVM IN CHRISTO
PATREM, DOMINVM DOMINICVM
Capranicensem, Romanum patricium, canonicum basilicæ sanctæ
Mariæ maioris de vrbe, ac reuerendissimi domini
olim Cardinalis Firmani nepotem,
dominum sibi plurimùm
obseruandum.

CVM NVPERRIME, REVERENDE DOMINE, actionum radices, & fundamēta, cum noua arbore in opusculum quoddam redegerim, vt facile quidem sit cuique actionum intueri ac nosse naturam, plura me cōpulerunt, quibus id tuæ dominationi inscriberem. Sępissimè nanque mente reuolui, quātis fuerim beneficiis affectus, quantóve obligationis vinculo tenear, &, quod plus satis est, quantum decoris, ac laudis præ se feret tractatulus ipse, si nominis, authoritatis, ac gloriæ tuæ clementiæ titulis decorabitur. Illud vnū est, quod summoperè me remordeat, quòd videar ea, quæ parua sunt, non modicæ dignitati, ac expectationi conferre. Sed cùm pauperem amicum, exiguum largiendo munus laudandum potiùs, quàm criminandum esse censeat Cato, omnem protinus formidinem abieci: quanquàm & eo in genere in præsentiarum me esse conspicio, & primo doctoratus mei anno quasi prima legum cunabula pertractans, nullum admirationis genus insideat, si tantulo muneri tuam adæquauerim dignitatem. Spero equidem meum hunc laborem adeò gratum, adeò periucundum fore, vt si is tuarum quoque legum, quibus ipse præfulges, robur, limam, authoritatémque sentiat, in iis, quibus addi aliquid, aut corrigi meritò debere tua fidelis, aureáque doctrina censuerit, me sit ad maiora excitaturum. Nec aliud ab eius expecto munificentia, nisi quòd in aliorum amicorum grege connumerari videar. Vale.


a ¶ Remanere. Vide de eundē do. Iasi. May. s. in d. §. itē si quis. alleg. nu. 96. & nu. 94. vbi idem quod hîc.

b * Adde ꝙ illa gl. nihil facit, quia loquitur in longe diuersis terminis, vt s. vidimus in gl. & in ix. fallen. & per Bart. in d.l. fi. §. fi. Sardus.

c ¶ Renūtiari. Vide Felin. in c. si diligenti. post prin. ver. iiij. corre. de fo. compe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbor omnium actionum venustissima, tam ciuilium, quàm prætoriarum naturâ facillimè explicans, & à prætoriis, tanquam à maiori parte initium sumens, per I.V. doct. do. Ioannem Crispum Montanum ciuem Aquilanum diligenter & affabrè instudiosorum omnium gratiam extructa.



TRACTATVS ADMODVM ELEGANS, AC IVRISTVDENTIBVS PERQVAM NECESSARIVS, IOANNIS

Crispi de Montani ciuis Aquilani, in alma vniuersitate Patauina editus, quem ipsemet author, Termini Actionum, intitulauit, felici exorditur auspicio.

✝

QVONIAM NON CONstructis fundamentis omne, quod superædificatur, corruit. c. cùm Paulus. j. q. j. & sicut aliàs antè, quàm quis baptizetur, non potest sacros ordines suscipere. c. si quis. j. q. j. c. veniens. & cap. si quis. de presby. non baptiza. Et secundùm philosophum, Ignoratis principiis, necesse est ignorare, quæ sequuntur ad principia, iuxta l. ij. ff. de iurisd. omiudi. l. ad rem mobilem. de procu. cum simi. Et demum sicut aliàs, cùm quis potest ire per viam facilem, non debet capere difficilem: arg. no. in l. rem non nouam. C. de iudi. §. sed ne in primis. Insti. de leg. & Insti. de iusti. & iur. post prin. & iuxta ea, quæ habentur in l. ij. C. de cur. pub. lib. xij. Igitur ego Ioannes Crispus inter alios legentes minimus in hoc almo studio Patauino ad vtilitatem iuuenum iuri ciuili incumbentium, videns circa actiones tantam difficultatem, subtilitatémque versari, vt res ipsa atteștatur, & tantùm fore Iuristis necessariâ earum materiâ, cùm tertium caput iuris concernat, iuxta §. fi. Instit. de iure na. gen. & ciui. Conuictus deniq; à cõpluribus per quandam summulã declarare terminos, & fundamenta actionum, adhoc opusculum deueni, in quo in primis, relicta arbore Ioannis, quæ in veritate non habet formã arboris, nouã arborem confinxi, in qualibétq; eius cellula vnam actionem describens ponendo tam prætorias, quàm ciuiles, & plures addẽdo, vt cuique opere ipso est licitũ intueri. Et ne in totũ essem corruptor antiquitatis, iuxta l. more maiorum. ff. de iur. om. iud. & c. ad apostolicam. extra de simo. xj. dist. in his cum fi. incœpi, & incipiam à prætoriis: feci quoq; tabulam per alphabetũ, vt facilius vnaquæq; actio reperiri possit. Nec reperies in arbore nostra illam difficultatem punctorum, vt est in arbore Ioannis: nec etiam illarũ literarũ, quæ sola, si bene cõsyderes, requirunt, vt ita dicam, memoriã artificialem, & fastidiunt cerebrũ. In sola punctuatione sua non habetur cognitio terminorum in actionibus per leges & authoritates: & simpliciter quis eam sequendo posset erubescere, iuxta §. consyderemus. in auth. de trien. & se. & no. in l. illam. C. de col. Nec ita reperies in tractatu sancti Blasij, quem fecit de actionibus. Nos autem in nostro opusculo persequemur cum allegationibus, & probationibus naturam cuiuslibet actionis. Primò, cui cõpetat, & aduersus quẽ, & demum in vnaquaq; tractabimus iuxta illas duodecim diuisiones, quas ponit gl. in §. sunt prætereà. Insti. de act. quas terminos actionum appello: & opusculum hoc baptizo hoc nomine, videlicet Termini actionum, &c. ¶ Capio nunc in Dei nomine, & eius gloriosæ matris Publicianam quę est signata prima actio in arbore, & inter prætorias: & deinde persequar alias in quibus si quid ineptè, & minus prouide dixero, semper me subiicio iudicio saniori: & de facili poterit venia tribui, cùm nunquàm errare, potiùs diuinum, quàm humanum, existat: vt l. ij. §. si quid. C. de ve. iur. enu.

1 PVbliciana. Hęc actio primò dicitur Publiciana à Publicio inuentore: vt in §. aliæ, Insti. de actio. Roma. in singul. cccIxv, sicut aliàs Falcidia dicitur à Falcidio inuentore, & à Papio, & Pompeio, lex Papia & Pompeia; vt in c. quædam etiam leges. ij. dist. Secundò datur, & competit ex æquitate prætoria ei, qui emit bona fide à nõ domino, & nondum rem præscripsit aduersus possessorẽ. l. j. & ij. & l. & si res. ff. de Pub. & d. §. aliæ. Tertiò est vtilis hæc actio, & non directa, secundũ glo. in l. eum, qui. §. si petenti. in glo. ij. ff. de Pub. & in ea. l. hæc actio. Tu potes adducere ista: primò quòd Publiciana datur ad similitudinẽ rei vendicationis, vt d. l. eum, qui. §. in Publiciana, sed quod est simile, non est idem. l. quod Nerua. ff. depo. & rei vẽdicatio est directa: ergo licet hoc non sit firmum argumentum. Item facit aliud, quia sicut prætor non potest facere quem hæredẽ directò, vt in §. quos autem. Insti. de bo. pos. ita nec actionem. Sed hoc etiam non est firmum, Nõ eundo per mendicata suffragia, quòd Publiciana sit vtilis, pondero tex. in d. §. aliæ. Insti. de act. in ver. nullã habet in rem directam actionem. Nam si Publiciana esset directa, text. sibi contradiceret. Nec valeret, si diceres, nullam habet de iure, scilicet ciuili, cùm verbum habeat, sit præsentis temporis: vt sic etiam hodie de iure prætorio in illo casu quis non habet directam: & sic ineuitabiliter probat quòd Publiciana est vtilis, iuxta no. in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. quòd qualitas adiecta verbo intelligatur secundùm tempus verbi. Sed aduerte, & in hoc semper dubitauit theorica tradita à doct. in l. curatoris. C. de neg. gest. in l. consensu. de act. & obl. & per Dyn. in c. fi. de reg. iur. in vj. cũ simi. Quod vbicunq; actio descendit ex verbis & mente legis, vel ex mente tantũ, secundùm Bar. ibi reprehendentem glos. actio dicitur directa, & non vtilis: sed Publiciana descendit ex verbis & mente prætoris, d. l. j. in prin. de Public. & d. §. aliæ. ergo sit directa. & idem esset si sequaris theoricam Bald. vel Fulg. in d. l. curatoris. Non potest etiã dici contraria: quia nulla reperitur contraria, nisi descendit ex contractu quæ vel quasi: in quibus alter alteri obligatur: sed in Publiciana nullus obligatur cùm sit actio in rem: vt in §. omnium. Insti. de act. Si volumus dicere quòd doct. in d. l. curatoris, loquãtur quando sumus in cõtractibus, vel quasi: hoc confunditur ex verbis Bal. ibi qui exemplificat in rei vendicatione, quæ non venit ex contractu, nisi diceres quòd exempla non arctant regulam, iuxta §. fin. Insti. de hære. insti. quem ad hoc nuper ponderaui. Si volumus dicere quòd Publiciana datur ex verbis prætoris extendentis, non inuenientis, hoc non valet: quia prætor inuenit. d. l. j. in princ. de Pub. & d. §. alię. vbi dicitur primùm à Publicio proposita est. Si primus, ergo non erat ante: iuxta §. reliqua. in procœ. Digestorũ. Vnde putabam posse ita responderi quòd Publiciana nõ potest esse directa: quia sicut dicimus quòd de iure ciuili datur vtilis rei vẽdicatio illi, qui præscripsit per decem vel viginti annos, per quod est quęsitum vtile dominium, iuxta glos. in l. j. de Pub. & §. j. Insti. de vsusca. nec datur directa: quia non est directò dominus eodẽ modo cùm Publiciana semper competat antè quàm quis sit dominus directò vel vtiliter: ergo à fortiori non potest esse directa: quia aliàs prætor destrueret regulas iuris, scilicet quòd non habẽti directũ dominium daretur directa actio, & contra not. in l. nam & ipsum. ff. de leg. Et hanc puto veram solutionẽ huius difficultatis, super qua tamen cogitabis, quia non legi adhuc apud aliquem. Quartò principaliter hæc actio est perpetua. Primò probatur quòd est rei persecutoria, & datur post annũ: vt est tex. in l. in honorariis. de act. & obli: Nec punctabis, ne quòd multoties reperitur quòd actiones rei persecutoriæ durant solùm per annũ, vt est glos. quæ alleg. plures casus in d. l. in honorariis. quia secundũ verã solutionẽ ibi, quando actio rei persecutoria est pœnalis ex parte rei durat solũ per annũ: vt ibi per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bar.qui reprehendit ſolutionem glo.Text.eſt no.ad hoc in l.huius actionis.§.actiones.iuncta l. nouiſsimè. in fin. princip. ff.quod fal. tu.autho.Et eodē modo rei perſecutorię ſunt annales quando datur contra ius ciuile:vt eſt tex.in d.l.in honorariis.ver. ſed cum reſciſſa:vt eſt in redhibitoria,quæ datur contra ius ciuile, ſecundùm glo.& Bar.in d.l.in honorariis.Aduerte ad hoc quia nunc debito. Dicunt enim glo.& Bar.q redhibitoria datur cōtra ius ciuile.nam videtur falſum cōtractus emptionis,& venditionis,eſt de iure gentium.l.ex hoc iure gentiū.ff.de iuſti.& iu.& probat tex.cū glo.in §. & ex hoc.Inſti.de iure na.gen.vnde patet quòd redhibitoria datur cōtra ius gentium,& nō ciuile,ex quo tendit ad reſcindendū contractum venditionis,qui eſt de iure gentium.cùm redhibere ſit facere q venditor rem recipiat.l.redhibere.ff.de ædi.edi.niſi dicas,& attende q datur cōtra ius ciuile:quia impedit poſſe agi per venditorem cōtra emptorem puta ad pretiū:ſed actiones ſunt de iure ciuili,prout eſt communis opin.in d.l.ex hoc iure gentiū.& l.ij.§.de his.de ori.iur.igitur redhibitoria dicitur dari cōtra ius ciuile: & ita defendo Bar.& glo.Et ex hoc videor intrare illā arduā q. an actiones ſint de iure gentium,vel ciuili,de qua per Dy.Bal.Are.& omnes Inſti.de acti.in prin.poſt glo.ibi in ver.quamuis.& in d.l.ex hoc iure.poſt glo.ibi.& tangit glo.in l.rerum amotarum.§.fi. ff.rerum amotarū.glo.in l.actionum genera.§.fi.de act.& ob.gloſſ.in l, placet.in glo.j.C.de epiſ.& cle.in l.quoties.C.de preci.Impe. offer.in l. fi.ſi cōtra ius vel vti.pub.per Io.And. in c.quæ in eccleſiarū. de cōſti.in Nouel. per Archi.in c. ius gentiū.j.diſt.& quia venit examinanda in prin.tit. de actio. ibi reſeruo, & diſputabo pro & contra. Et ſi probabo q ſint de iure gentiū glo,& Bar.in d.l. in honorariis. indigerent alio auxilio:niſi tunc diceres q cùm cōtractus venditionis ſit validus,& approbatus,etiā de iure ciuili, redhibitoria etiam venit cōtra ius ciuile:iuxta tex.Inſti.de obli.tit.generali. iuncta glo. in ver.ciuile.Bar.in l.fin.C.ex quib.cau.ma.in fine legis videtur ſic intelligere. Ad aliud autē quod dixi, q Publiciana eſt actio perpetua,adde aliud fundamentū,quia non datur contra iure poſſidentem,ſed contra nō habentes iuſtā cauſam,ſiue titulū:vt not.Bar. in l.ſiue.§.ſi duobus.vbi etiā glo.ff.de Pub.ſed quia nō habet cauſam, ſiue titulū, non poteſt prēſcribere longo tempore.l.diutina.C. de præſcrip.long.tēp.l.ſi quis emptionis.de præſcrip.trig. an. ſed præſcribit triginta annis.auth. malæ fidei poſſeſſor. de præſcrip. long. temp. Et contra hunc datur Publiciana, vt dixi: ergo patet q eſt perpetua.Nec me mordebis quòd etiā ſine titulo poſsit procedere præſcriptio, iuxta l.iiij.ff.pro leg.& l.ſi.in fin.ff.pro empt. nam aliquando iuſtiſsima cauſa ſufficit,iuxta tex.in l.non ſolū.§.quod vulgo.ver.hoc amplius.ff. de vſuſcap. & quæ habentur in l.Celſus.eo. tit.Quintò eſt tranſitoria ad hæredes:vt l.eum,qui.§.hæc actio. de Pub.& ſecundùm Bar.ibi datur hæredi. inſpecta fide defuncti: vt videtur etiā ſentire glo.Et q hæc actio detur hæredibus,probo ex alio fundamēto.Nam actiones prætoriæ, quæ dantur poſt annum dātur hæredibus:vt eſt tex.in d.l.in honorariis.ver.honorariæ. ſed Publiciana datur poſt annū: ergo &c.Tertiò pro hoc adduco tex. not.in l.j.§.pe.ff.de aqua quoti.& æſti.vbi ſi ius aquæ ducēdæ concedatur fundo, ex quo dicitur conceſsio realis, illud ius tranſit in hæredem,& quencunq; alium dominum prędij,(ſecus ſi conceſsio fuiſſet perſonalis)ſed Publiciana eſt actio realis:ergo detur hæredibus.Facit à contrario ſenſu tex.cū glo.in l.j.§.ſi hæres. ff. ad Treb. vbi obligatio perſonalis non ſequitur fundum: ergo ſecus ſi realis: ſed in hæredem non datur Publiciana vt hæredem, ſed tanquam cōtra quemlibet poſſeſſorem: ſicut dicimus in rei vendicatione vt l.ſi in rem.la iij.cum ſeq. & l.ſi in rem.la ij.ff.de rei vend.& quæ habent locum in rei vendicatione, habent locum in Publiciana.d.l. eum, qui.§.in Publiciana. ff. de pub.Adde text. in d. l. in honorariis.in ver.item Publiciana.de actio.& oblig. Ita in ſimili dicitur in actione noxali,quæ datur in ſucceſſores iure dominij.l.penul. §. fi. ff. de noxa. Ita in ſimili actione ad exhibendum, quæ non datur in hæredem, niſi ex dolo defuncti hæreditas ſit facta locupletior: vt l. de eo. §. fin. ff. ad exhi. Quod tenementi in practica: quia ſi intentares libellum contra hæredem alicuius ſimpliciter, & non tanquam cōtra proximiorem,ſuccumberes,per d.l.ſi in rem.quod poſſet tibi facere honorem.Sextò,eſt actio ſingularis,prout eſt rei vendicatio,habito fundamento q eadē procedunt in Publiciana, quæ in rei vendicatione,d.§.in Publiciana. Nec mordeas quod rei vendicatio detur etiā ad vniuerſitatē,ex quo videtur q non ſit ſingularis:vt l.j.§.per hanc.el ij.ff.de rei vend. nam ſecūdùm Bart.ibi rei vendicatio dicitur actio ſingularis, quia non datur ad vniuerſitatē iuris, licet detur ad vniuerſitatē corporis, puta ad gregē.d.§. per hanc.& probatur ex alio:quia ſi eſſet actio vniuerſalis,iuriſconſultus in d.l.j.malè diceret,dum in prin. legis dicitur:poſt actiones, quas de vniuerſitate propoſuit prętor, &c. Septimò eſt actio ſimplex,probatur viua ratione: quia in ea alter eſt actor, & alter reus, & vbi cognoſcitur actor à reo, non poteſt dici duplex, iuxta §.iij. Inſti.de inter.& ibi vidimus anno elapſo. Habes not.in l.in his tribus.ff.de iudi.& dicam in actione familiæ erciſcundæ. Octauò nō reperitur q infamet:ergo in dubio dicamus eam non infamare.Facit,quia in dubio pœnæ ſunt molliendæ,non acerbandę.l.interpretatione.ff.de pœnis. Adde aliud fundamentum, quia in dubiis debemus eſſe promptiores ad abſoluendum.l. Arrianus.ff. de act.& obli.Item facit aliud, quia ſi iura voluiſſent eam eſſe.infamatoriā, dixiſſent:iuxta no.in c. ad audientiā. de deci. cum concor. in gloſſ. alleg.Facit etiam l.in dubiis.ff. de reg.iur. Nonò hæc actio eſt ſtricti iuris,quia non reperitur in §.actionū.Inſti.de act. & ſecundùm cōmunem doctrinā omnes actiones, quæ non reperiuntur ibi deſcriptæ ſunt ſtricti iuris,quaſi contrariorū eadē ſit diſciplina, iuxta l.j.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur. & text. qui non ſolet ad hoc allegari in l.qui accuſare.ff.de acc.Et quòd ſit ſtricti iuris, ex alio cōfirmo:quia eſt arbitraria:vt eſt tex.in §.prætereà.Inſti.de act. & arbitrariæ ſunt ſtricti iuris,vt tenet glo.in d.§.prætereà. & cōmuniter doc.ſequuntur maximè ex ratione: quia nō reperiuntur in d.§. actionum. Decimò regulariter non datur contra verū dominum, l.fi.ff.de Pub.exceptis caſibus,de quibus ibi per glo. & pleniùs in d. §.aliæ.vbi dicetur, ſicut etiā nō datur contra poſſidentē ex aliquo titulo l.ſiue autem.§.duobus.ff.de Pub.licet Bar. ibi limitet quando eſſet titulus procuratus in fraudem emptoris.De quo etiam per Spe.in titu.de cau.poſ.& propriè.§.fi. & ibi per Io.Ang. Vndecimò,vt patet eſt,actio prætoria.d.§.aliæ. & in d.l.j.de Pub.ibi dum dicit,Ait prętor.& ibi dum dicit,Nec deſyderet honorariā. & text. iuncta glo.in l. pecuniæ.§.fi.de verb.ſig. Duodecimò,eſt actio realis:& ſic in rē.Textus eſt in §.prætereà.Inſt. de act.& d.l.j. de Pub. Decimotertiò,eſt rei perſecutoria. Tex.in §.ſequens. Inſti de act. in l.in honorariis. de act.& ob. Decimoquartò,datur ad ſimplum, hoc eſt,ad rem recuperandā ſolùm, vel poſſeſsionem: vt d.§. aliæ. & d.l.j.in princip.de Pub. Contraria non eſt,vt dixi ſ. Poſt hæc omnes ſciunt.l.de pretio.de Pub.q ſcilicet vt competat Publiciana, non eſt opus q ſit habita fides de pretio,vel ſit ſolutū. Nam hoc verum,quādo Publiciana intentaretur cōtra quoslibet: ſecus ſi cōtra dominū:quia vt cōpetat cōtra dominum,debet eſſe habita fides de pretio,ſecundū glo.ſing.in l.ſi à Titio.ff.de rei ven.in gloſ.ij. quā ad hoc exclamat Pontanus in ſingulari ccclxv. Ex quo collige vnam differentiā inter rei vendicationē & Publicianā, quia rei vēdicatio non cōpetit niſi ſit habita fides,iuxta text.in §.vendita. Inſti.de re. diui.in l.quoties.C.de rei ven. Quam differētiam firmat gloſ.in d.l. de pretio. Adde ſecundā quia rei vendicatio directa vel vtilis ſemper datur poſt completā prēſcriptionem,ſed Publiciana ante d.§. aliæ.& d.l.j.de Pub.Potes etiā ſignare tertiā, quia rei vendicatio datur habenti dominiū, Publiciana quaſi domino: vt in iuribus prēalleg. Adde q Publiciana datur ratione quaſi dominij ex perſona defuncti, etiam non tradita poſſeſsione.l. cùm ſponſus.§.is, cui. de pub.Bart.in l.j.§.fi.eo.tit. Et eodem modo ex perſona ſerui poteſt acquiri domino.l.ſi ſeruus.eo.tit.Item Publiciana cōpetit,vbi competit vſucapiēdi cōditio,& ecōtra.l.ſiue autē.§.hęc actio.& l.eum, qui.in prin.de Pub. Et ſicut dominus tradēdo trāsfert dominium, ita non dominus vſucapiēdi conditionē, iuxta §. venditę. Inſti.de rerū di.l.traditionibus.de pac.l.clanibus. de contrahen. empt.cum concor.ibi in glo.ſingula ſingulis referendo. licet videatur obſtare tex.in l.cùm ſponſus.§.in vectigalibus.& §.ſi res.co. titu. De quo dic vt ibi per Bar.& vide etiam q aliquando non appræhenſa poſſeſsione

ſione competit Publiciana in l.quæcunq;.in prin.eo.titu.De libello in Publiciana dicetur in d.§.aliæ. vbi gloſ. diſputat.Inſti.de acti. hæc ſatis ſint in Publiciana.

1 **In rem reſciſſoria.** Primò hæc actio competit illis, qui obtinuerūt reſtitutionē in integrum propter captiuitatē,iuxta l.fi.C. qui. ex cau.ma.vel propter abſentiam, iuxta §.rurſus. Inſti. de acti. vel quia quis fuerit in vinculis, vel carceribus detentus,iuxta l. ſuccurritur. cum duabus ſeq.ff.ex quib.cau.ma. q eſt intelligendū cū quis inuitus detinetur, dico in priuatis vinculis.Nam ſi poſſet exire,& nō exiret,non concederetur ſibi reſtitutio:vt tenet gl.in d.l.ſuccurritur. in fi. per tex. in l.ſi cui.§.tādiu.eo.tit.Tu vide tex.no.in l.nō enim. & in l.ab hoſtibus.§.fi.eo.tit.Et quot ſint genera abſentiæ,vide gl.ordinariā in l.fi.ff.de in integ. reſti. vel deniq; ſit cōceſſa reſtitutio propter quācunq; cauſam iuſtam iuxta l.j.ff.ex quib.cau.ma.& ſic petita,& cōceſſa in integrum reſtitutio cōpetit reſciſſoria:vt tenet glo. & Bar. in d.l.fi.C.ex qui.cau.ma.glo. in l.ab hoſtibus.§. ſed quod ſimpliciter.eo.tit.Et quot modis quis dicatur abſens, vide tex.in l. abſentē. de verb.ſig.in l.præſens.ff. de proc.in l.fi.C.de præſcri.long. temp. & ibi glo.in ver.abſentes.& glo.in ver.prēſentes.in auth.de fideiuſ. Secundò,eſt prætoria,vt in §.rurſus.ver.quod genus. Inſti. de act. Tertiò,olim durabat ſolùm per annū,quia actiones rei perſecutoriæ,etiā quę dantur cōtra ius ciuile, durāt anno.d.l. in honorariis. ver.ſed cū reſciſſa.de act.& obl.Sed hodie per quadrienniū.ſecundū glo.in l.fi.C.de tempo.in integ.reſti.in ver.finiendū.& gloſ.in l. fi.C.ex qui.cau.ma.Sed Bar.ibi in ver.hoc præmiſſo.dicit q iſtę gl. procedunt in iudicio reſcindente:ſecus in iudicio reſciſſorio: quia nō reperitur mutatū:ar.l.prēcipimus. in fi.C. de appel.vide ibi per eum.Et de iudicio reſcindente,& reſciſſorio, vide Bart.in l. ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.in vij.col.ff.ex quib.cau.ma.Quartò eſt actio in rem:vt d.§.rurſus.ibi:ob id ſuam rem eſſe. Quintò, eſt rei perſecutoria:quia eſt in rem,vt in §.ſequens.ver. rei perſecutoriæ.Inſti.de act.& q ſit in rem.ſ.dixi:& eſt glo.in §.item Seruiana. in ver.maximè.Inſti.de acti.Sextò,datur in ſimplum,id eſt, ad rem recuperādam ſolū,vel poſſeſsionē.d.§.rurſus. & d.l. in honorariis. Septimò,eſt tranſitoria ad hæredes,cū detur hæredibus:ar.l. nō ſolum.in prin.ff.de in integ.reſtit. Et eodem modo contra hęredes, vt probatur in l.cū miles.in prin.ff.ex qui.cau.ma.Facit aliud,quia cùm ſit realis, videtur dare cōtra quēcunq;. arg.l. ſocium.ff. de rei ven.& §.j.Inſti.de act.Et tunc erit ſpeciale in iſta, q licet olim non daretur vltra annum,& per conſequēs non dicatur poſſe dari contra hæredes,vt eſt tex.ad literā in d.l.in honorariis.ver.honorarię. Vel dicamus q detur ex eo, quia extorquetur ab hęredibus lucrū proueniens ex perſona defuncti.§.j.Inſti.de perpe.& tempo.actio. d.l.in honorariis.ver. vt tamē lucrū. Octauò, nō infamat,per illud idem,quod in Publiciana dixi.Nonò,eſt vtilis.l.ſi.C.ex qui.cau.ma. l.ab hoſtibus.ff.de cap. Et quare dicatur vtilis,vide ibi Bar. & glo. in iij.q.Et an ſit propriū nomen actionis,vide ibi per eundē in ij.q. Et an ſit datiua,vel natiua,vide in iiij.q.ſcilicet in d.l.fi.Decimò,eſt ſimplex,per idē quod in Publiciana circa hūc terminū dixi.Vndecimò eſt ſingularis,per ea, quę in Publiciana dixi. Duodecimò eſt ſtricti iuris.d.§. actionum. Decimotertiò non poteſt eſſe contraria:quia nō datur ratione cōtractus,vel quaſi: vt in §.omniū.Inſti. de act.& iuxta theoricā gl.in l.ex conſenſu.ff. de act.& obl.Directa non poteſt eſſe,quia datur cōtra ius ciuile.d.l.in honorariis.ver.ſed cum reſciſſa.& habes gl.in d.l.fi.ex qui.cau.ma.& gl.in d.§. rurſus. in ver.reſciſſa.Et addatur vnū, q hęc actio nō ſolùm datur contra abſentē,qui prēſcripſit rem prēſentis,ſed etiā abſenti, ſi prēſens rē eius prēſcripſit:vt d.§.rurſus.& l.j.§.verba.ff.ex qui. cau.ma. imò plus q etiā haberet locū ſi vterq; eſſet abſens ex iuſta cauſa,& alter alterius rem vſucapiſſet:vt eſt tex.in l.fi.ff.eo.tit. & habetur in d.§. rurſus.in glo.in verſic.in ciuitate.Sed ſecus eſſet,quādo vterq; eſſet prēſens:quia tūc nō daretur reſtitutio:& per cōſequens reſciſſoria: per tex.in l.ab hoſtibus.§.ſi dāni.ff.ex qui.cau.ma. Et quę ſit ratio, vide Barto.in ea.l.§.ſed quod ſimpliciter.in vj. col.in lib.meo. De quo in d.§.rurſus. Poſt hęc dñs Ioannes Baptiſta de ſancto Blaſio in arbore Ioānis vult ipſum reprehendere tanquā arborem fecerit defectiuam: quia dicit q debuit ſignare in perſonā reſciſſoriam &, reſciſſoriā miſtam,tanquā ſeparatas ab in rem reſciſſoriā:quia petita reſtitutione in actione perſonali in ſimili dicitur in perſonā reſciſſorię.Et eodē modo poſt petitā reſtitutionē in actione miſta:ſed nihil allegat,vbi iſtę actiones diſtinctę ponantur. Ego putarē q ex quo hęc reſciſſoria non eſt propriū nomē actionis,ſed quędā adiectio, ,put vult gl.& Bar.in d.l.fi.C.ex qui.cau.ma. Et vel q adiiciātur actioni reali,vel perſonali,vel miſtę, ſemper tamē erit reſciſſoria,& per cōſequēs vna, licet ſecūdū varios terminos operetur: ſicut dicimus in actione de peculio: quia vel q teneat pater ex perſona filij,vel dñs ex perſona ſerui,ſemper dicitur de peculio.Ita in ſimili dicimus in definitione actionis. Nā quacunq; actione agamus, ſemper eſt ius perſequēdi in iudicio. Vnde Ioānes poſito vno exemplo,ſcilicet de reſciſſoria in rem, vtiq; cōprehendi poteſt de reſciſſoria in perſona, quę operatur in actione perſonali: & de reſciſſoria,quę operatur in actionibus miſtis,ſecundū varios terminos. Itē videtur reſultare quotquot ſunt actiones in Mūdo, & poſſunt prę ſcribi,iuxta l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcrip.triginta anno. tot etiā eſſent reſciſſorię,dicendo hypothecaria reſciſſoria,cōdictio reſciſſoria,& ſic de aliis. quod videretur incōueniens,licet ſit dare quòd omnis actio eſt in rem,aut in perſonam,aut miſta: & hoc reſpectu poſſet addi arbori Ioannis: ſed non eſt neceſſe: quia poſito de vna, intelligantur etiam aliæ.tamen cogita. Vide circa hoc per Specul. in titu.de in integ.reſtit.verſic.ſed ſcias.& verſic.ſeq.

3 **Seruiana.** Hæc cōpetit domino fundi,vel etiā domus pro rebus inuectis,& illatis ratione pēſionis: quę res intelligūtur tacitè hypothecatę dño domus, vel prędij: vt in §.itē Seruiana.Inſti.de act.in l.certi iuris.C.loca.cū ſimi.Quod an procedat reſpectu ſecundi conductoris,vide tex.ſingularē, & vnicum in Mundo in l.ſi in lege.§.ſi colonus.ff. loca.quem exclamat Ponta.in ſingulari ccclxxxvj.quod incipit,inuecta. Vide tamen Bar.in d.§. ſi colonus.qui aliter,quām velit Ponta. videtur intelligere illū tex. Itē an procedat in habitatione gratis cōceſſa, vide tex.no.in l.ſi gratuitam.§.fi.aliās in l.licet.ff.qui.cau.pig.ta.contra.Et ad iſtam habitationē gratuitā,vide tex.ſingularē in l.ſi mercedē.§. fin.ff. de act. emp.Et quę requirantur, vt hęc actio cōpetat, & quid operetur hæc tacita hypotheca,dicetur in d.§. itē Seruiana.& ibi vide pro nunc. Secundò eſt actio prętoria,vt eſt tex.in d.§. itē Seruiana. dū dicit: Et ipſius prętoris iuriſdictione. Ad quod accedit tex. Inſti.de oblig. in ver. prętorię. dum dicit q illę dicuntur obligationes prætoriæ, quas prętor ex ſua iuriſdictione cōſtituit. Ad idē tex.in l. ſi tibi. §. de pignore.ff.de pac. Tertiò, eſt actio ſimplex.probatur per fundamentū in Publiciana factū circa hunc terminū.Quartò,eſt ſingularis,& non vniuerſalis.Patet cū non detur ad vniuerſitatem iurīū vt dixi etiā in Publiciana.Quintò eſt actio in rem: nam quęlibet pignoris perſecutio eſt in rē.l.pignoris.C.de pig.l. pignoris.ff.eo. tex. eſt in l.eos.Pro hoc.C.qui po.in pig.hab.Sed q imò ſit actio perſonalis,videtur tex.in §.fi.Inſti.quib.mo.re contra.ob. quia oritur ex contractu,non poteſt dici realis.d.§.omniū.Inſti. de act.§.ſequens. ver.earū.eo.tit.Itē q ſit perſonalis,facit:quia oritur ex pacto: vt l.ſi tibi decē.§.de pignore.ff.de pac.Reſpōde vt per Bar.in l. pignoris. C.de pig.& d.§.fi.Inſti.quib.mo.re.cō.ob. Et q ſit realis, pondera tex.in d.§.item Seruiana.dum dicit:Experitur quis de re coloni,& clarè patet in prælle.Sextò, eſt rei perſecutoria: quia cū ſit in rē, eſt rei perſecutoria,per regulā quam tradit tex.in d.§.ſequens.ver. rei perſecutorię.Inſti.de act.Septimò datur in ſimplum, cū detur ſolū pro rebus coloni obligatis pro mercede ipſi locatori: vt d.§. item Seruiana. & datur contra poſſidentem ad rem reſtituendam. l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pig.Octauò,eſt ſtricti iuris.d.§. actionum.vt in Publiciana dixi.Nonò eſt perpetua: nam actiones prætorię rei perſecutorię dātur poſt annum:& ſic ſunt perpetuæ. Tex.eſt in l.in honorariis.in princ.de acti. & obli.Patet etiam,quia non tollitur triennio,vt eſt tex.in l.vſuſcapio.C. de pig. Tertiò patet,quia durat per decē vel viginti annos,cū nō præſcribatur minori tēpore.l.j.& ij.C. ſi aduer. cre.imò aliquādo durat triginta annis. l.cū notiſsimi.C.de prēſcip.triginta ann. Et ſi diceres,q prēallegata loquuntur in hypothecaria, non in Seruiana, reſpōdeo quòd idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in vtraq; quia Seruiana etiam dicitur hypothecaria: vt d. §. item Seruiana. & quantum ad actionem nil differunt: vt ibi in ver. inter pignus. Et quot tempora seruentur in hypothecaria, & sic in Seruiana, vide glo. ij. in d. l. cùm notissimi. & glos. in d. §. item Seruiana. in ver. nihil interest. Et quę sit ratio quòd per vsuscapionẽ trienij non tollitur, secus autem per præscriptionem, vt s. dixi: vide gl. quam approbat Barto. in d. l. j. C. si aduer. cre. in glo. magna. Decimò non infamat, per ea, quæ in Publiciana dixi. Vndecimò, est actio directa: quia descendit ex verbis, & mente prætoris, iuxta ea, quæ latè dixi in Publiciana: nec est quod repugnet quòd debeat dici vtilis. Vel aliter, bene verum est, quòd potest dici vtilis, quia sine solennitate proponitur, secundũ glo. in l. j. C. de preca. & Sal. inter. Item etiam posset dici vtilis ex eo quòd esset vendita, iuxta l. fin. C. de hære. vel acti. ven. Duodecimò, non est contraria, cùm non veniat ex cõtractu, per dicta in Publiciana. Decimotertiò est transitoria ad hæredes: quod potest primò probari per regulam l. j. C. vt actio. ab hære. & contra hære. l. fi. C. de contrahen. & committen. stipu. Secundò, quia rei persecutoriæ, quæ dãtur post annum, dantur hæredibus, & in hæredes. d. l. in honorariis. de acti. & oblig. Sed hæc est huiusmodi, per suprà allegata: ergo bene verum est quòd non datur contra hæredes vt hęredes, sed in quoslibet possessores, vt est in aliis actionibus realibus, per d. l. fi fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno.

4 **Quasi Seruiana.** Hæc competit cuicunq; creditori, qui prætendit habere aliquod ius in bonis sui debitoris, prætendens quòd sibi sint obligata: de qua habetur in §. item Seruiana. Insti. de actio. & datur non solùm contra dominum, sed contra quoscũq; possessores rerum obligatarũ. l. si fundus. §. vendicatione. & l. pignoris persecutio. ff. de pig. Et an indistinctè possit intentari contra tertios possessores, dicetur in d. §. item Seruiana. Et habetur in authen. hoc si debitor. C. de pig. Secundò, quòd sit prætoria, probatur in d. §. item Seruiana. Tertiò, quòd sit in rem, probatur per ea, quæ dixi suprà in Seruiana. Quartò, quòd sit rei persecutoria, eodem modo vt in Seruiana. Quintò, datur in simplum, vt etiam in Seruiana dixi. Sextò, est stricti iuris. d. §. actionum. Septimò non infamat, per dicta in Publiciana. Octauò est directa, per eadem, quæ in Seruiana dixi. Nonò, est singularis, vt etiam in Seruiana. Decimò, est simplex, per dicta in Publiciana. Vndecimò, non est cõtraria, cùm nomen creditoris non descendat à debitore, iuxta glos. in dicta l. consensu. de actio. & oblig. Duodecimò, datur hæredibus, & contra hæredes eodem modo, quo in Seruiana. Decimotertiò est perpetua per dicta in Seruiana. & ibi vide.

5 **Vtilis in rem.** Quæ datur superficiario. Hæc cõpetit illi, qui cecidit à possessione superficiei hoc modo: Quis conduxit solum, vel aream ad non modicum tempus, scilicet ad decennium, vt infrà dicam, si ædificet in solo, vel area, & ponat superficiem, si cadat à possessione illius superficiei, habet vtilem hanc actionem in rem. Ita habes tex. in l. j. §. quod autem. ver. sanè. ff. de superfi. sicut etiam emphyteuta, vel habens fundum vectigalem habet vtilem in rem contra quemcunq; possessorem. l. j. in fi. ff. si ager vectig. vel emphy. petatur. Et quòd superficiario detur hæc vtilis actio, habes tex. ad literam in l. tutor. §. fi. ff. de pign. act. & de hac habetur etiam in l. si cùm venditor. in princ. de euict. Et habes tex. in l. superficiario. cum l. seq. ff. de rei vend. Et quòd superficiario detur vtilis actio in rem, est textus melior de Mundo in l. in prouinciali. §. penult. ff. de no. ope. nun. ¶ Et aduerte: ego dixi quòd datur ei, qui conduxit ad modicum tempus: nam si ad tempus modicũ conduceret, tunc haberet ex conducto actionem, si emisset ex empto. l. j. §. j. ff. de superfi. Et istud non modicũ tempus intelligitur decem ann. secundùm Bar. in d. §. quod autẽ. & glo. in l. fi. ff. si ag. vec. vel emphy. pe. & per Cano. in c. j. de rebus eccle. non alie. Secundò, est prætoria. d. l. in prouinciali. §. pe. ff. de no. ope. nun. & l. prætor. ff. de rei ven. cũ simi. Sed q̃ imò sit ciuilis, arguitur: quia illa eadẽ actio, quę datur superficiario, videtur dari emphyteuticario, & ecõtra. d. l. §. qui in perpetuum. si ag. vec. sed contractus emphyteuticus est de iure ciuili, vt habes gl. in l. ex hoc iure gentium. de iusti. & iure. in §. ius autem. Institu. de iur. nat. & habetur in l. j. C. de iu. emphy. in §. adeò. Instit. de loca. & condu. quia fuit inductũ à Zenone Imperatore. d. §. adeò. & cõstitutiones principũ sunt de iure ciuili. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. ergo eodem modo actio dicatur ciuilis. sed respondeq̃ hoc nõ stringit: quia potest esse quòd cõtractus sit de vno iure, & actio de alio. Patet: quia contractus emptionis, & locationis sunt de iure gentiũ, dicta l. ex hoc iure gentiũ. & tamen actio ex eo est ciuilis: vt l. i. §. j. ff. de superfi. Et idem est in aliis, secundùm communem opinionẽ, in d. l. ex hoc iure. vt tetigi in Publiciana. & vide pro hoc glos. in l. ij. ff. de hær. peti. Tertiò, est in rem: & sic realis: vt patet in d. l. j. §. peti. Quartò, est rei persecutoria, per text. in §. sequens. Instit. de acti. & dixi s. in aliis. Quintò, est vtilis, & nõ directa: vt patet in d. l. in prouinciali. §. pe. Sed obstat illud, q̃ videtur descendere ex verbis, & mente prætoris: tamen dic q̃ prętor nõ potest dare directam non habenti directum dominiũ: vt dixi in Publiciana. Sextò, est singularis, per ea, quæ dixi in Publiciana. Septimò, nõ infamat: vt in Publiciana. Octauò, datur in simplũ, vt etiam in aliis diximus. Nonò, videtur transitoria ad hęredes: per d. l. j. C. vt act. ab hęre. & contra hęr. Et facit, quia si actiones ex maleficiis regulariter dantur hęredibus. §. nõ autem. Insti. de perpe. & tempo. act. à fortiori: ista, iuxta auth. multò magis. C. de sacrosan. eccl. §. longè magis. Instit. de leg. Contra hęredes autem potest dici quòd nõ detur vti hæredes, sed vt possessores, cũ detur contra quẽcunque possessorem. l. j. in fi. si ager. vect. vel emphyt. pet. sicut dixi in Publiciana. Decimò, est simplex quia datur ad auocandũ possessionem, & apparet de actore, & reo. d. l. j. in fin. si ager vec. d. l. in prouintiali. §. pe. Sed q̃ imò sit duplex videtur tex. in l. j. §. proponitur. & ibi gloss. ff. de superfi. vbi dicit tex. quòd est duplex: & glo. tenet in §. pe. Insti. de interd. Dico sic, quòd aliud est inter dictũ de superficiebus, quod datur superficiario, quando prohiberetur frui. Alia est actio, de qua nunc loquimur, quæ datur à prætore, quando quis est deiectus à possessione superficiei: & ita intelligerem illum tex. & l. j. in princip. & §. quod autem. de superfi. licet doct. non declarent. Vel dic quãdo est facta conductio ad modicum tempus: tunc detur interdictum illi, qui impeditur frui. vel à domino, vel ab alio: vt d. l. j. §. j. versi. sed longe vtile. Et ita videtur tex. in d. l. j. §. quod autẽ. quod tene menti in practica, & maximè pro libello faciendo in hac materia, quę est subtilis, & incognita multis. Vndecimò, non est contraria, per fundamentum, quod in proxima prędicti dixi. Duodecimò, est stricti iuris: quia non reperitur in §. actionum. vt s. dixi in Publiciana. Decimotertiò, videtur q̃ sit perpetua, maximè cùm sit rei persecutoria per d. l. in honorariis. de act. & obli. quia quę rei persecutionem continent etiam quòd sint prętorię, dantur post annum, & per consequens sint perpetuę, per regulam illius legis.

6 **Vtilis, quæ datur** metum passo. Hęc actio datur illi, qui per metum, qui caderet in constantem virum, coactus fuit tradere rem suam ipsi metum inferenti, ad rem recuperandam. de qua loquitur titulus ff. & C. quod met. causa. Et ex quo coacta voluntas, voluntas est. l. si mulier. §. pe. ff. quod me. cau. per hoc tradendo mero iure transfertur dominiũ, iuxta l. traditionibus. C. de pac. §. per traditionem. Insti. de re. diui. iuxta no. in l. ij. C. quod me. cau. per hoc non potest dari rei vendicatio. l. in rem. ff. de rei vend. Et quòd debeat esse metus, qui cadat in constantem virum, est tex. in l. metum. la ij. ff. quod met. cau. in l. interpositas. ver. nec tamen. C. de transac. Et in l. metum. C. eo. Et quòd metus non excludat omnino voluntatem metum passi, est tex. pulcherrimus in c. sacris. quod met. cau. Et aduertatis, quia cõsideratur tripliciter, videlicet vtilis in rem, vbi quis metũ est passus in actione, quę dabatur in rẽ vtilis in persona. vbi est dare quòd prima actio ad idem extendatur: & sic vtilis mista, quando prima actio erat mista, prout etiam dixi in rescissoria: nec per hoc est necesse multiplicare numerum actionum. Et inueni quòd hîc sanctus Blasius protestatur quòd facit solum ad meliorem intellectum, & faciliorẽ, iuxta §. sed ne in primis. Insti. de leg. Et hęc actio datur ex edicto prætoris, scilicet vtilis in rem. d. l. iij. C. quod met. cau. & secundùm gloss. ibi datur etiam actio personalis quod met.

cau. & ex c. metus. per tex. in l. metũ. §. sed quod prętor. & §. licet. & §. volenti. ff. eo. tit. Et approbat Bar. quòd intelligas vt per eum. Secundò est prætoria, cùm detur ex edicto prætoris. d. l. iij. & l. metum. §. animaduertendũ. & §. sed licet. & §. sed quod prætor. & l. isti quidẽ. §. fi. & l. j. ff. eo. tit. cũ si. Tertiò, est in rem, & sic realis. d. l. iij. C. qd met. cau. Nec mordebis q̃ etiã datur personalis in rẽ scripta, vt suprà dixi, quæ differt ab hac vtili: vt ibi per Bar. in ver. circa hoc quæritur. & ibi vide per eũ in l. metũ. §. volenti. ff. eo. tit. vbi etiam bona gl. Et de personali in rẽ scripta loquitur tex. in §. præterea. in ver. in personã. Insti. de act. & d. l. metum. §. cũ autẽ. & in §. itẽ actio. Insti. de act. vide in dictis iuribus. Quartò, q̃ sit rei persecutoria, dic vt in aliis s. per d. §. sequẽs. Quintò datur in simplũ, cũ tantũ per eam rẽ persequimur. d. l. iij. & l. metũ. §. Iulianus. & §. ex hoc edicto. ff. eo. Sed q̃ imò datur ad quadruplũ, videtur tex. in l. si cũ exceptione. §. j. ver. quadruplabitur. & §. sed & si quis. & §. quatenus. ff. eo. Sed respondeo planè, & ita intelligo, q̃ natura huius actionis est, vt detur in simplum: sed si expectatur sententia, & quis non vult iussu iudicis rẽ restituere, potest tunc in quadruplũ fieri condemnatio. Et ita loquũtur prędallegata. Et q̃ ita sit, est tex. in d. §. itẽ actio. Insti. de act. & est tex. in d. l. si cum exceptione. §. in hac actione. in fi. ff. quod met. cau. Sextò hęc actio est arbitraria: vt est tex. in §. prætereà. Insti. de act. Septimò est stricti iuris. d. §. actio nũ. & etiã cũ sit arbitraria. Octauò, potest dici q̃ sit perpetua, cùm contineat rei persecutionẽ. d. l. in honorariis. facit etiã tex. in l. si mulier. §. j. ff. quod met. cau. vbi dicit tex. q̃ prętor nullo tẽpore habet ratũ: quasi velit q̃ hæc actio nõ tollatur tẽpore: non, prout vult ibi glo. tollitur per decẽ vel viginti annos: vide in d. l. iij. C. eo. Nonò nõ infamat, per fundamenta, quę dixi in Publiciana. Decimò trãsit ad hæredes, per tex. in l. si cũ exceptione. §. post annũ. in fi. ff. quod me. cau. Et videtur ibi Iurisconsultus assignare rationẽ ex eo quod est rei persecutoria, quę ratio secundũ glo. ibi non est sufficiẽs, quia potest esse q̃ aliqua actio sit rei persecutoria, & tamen non detur hæredibus: vt ibi glo. quod etiam sequitur Bar. dicens q̃ illa est bona ratio, qua sublata, tollitur dictum, & qua posita ponitur: vt l. si verò non remunerandi. ff. manda. Et q̃ detur hęredibus hęc actio, est tex. clarus in l. quod dicimus. §. hæc actio. ff. quod met. cau. vbi etiã reddit tex. rationẽ, vt in d. §. post annũ. Pro qua ratione tuenda potes dicere q̃ satis est bona, & sufficiens, si ista est regula, quę in hoc non claudicat, scilicet in actione, &c. Cõtra hęredes potest dici q̃ detur, nõ vt in hæredes, sed vt in quoslibet possessores: ex quo est dictum s. q̃ datur cõtra quẽlibet possidẽtem: & in aliis dixi. Sed intellige sanè hoc, scilicet quãdo nõ peruenit aliquid ad hæredem: quia tunc daretur in hæredes, & in alios successores hæredis, per text. in d. §. hæc actio. in fi. & l. videamus. in prin. eo. tit. Et licet res fuerit consumpta penes primũ hæredẽ, non per hoc liberatur eius hæredes: quia sufficit semel peruenisse ad vnũ & actionem competisse. Et secundùm Bar. ibi text. singularis, per quem ipse determinat quæstionẽ contingibilem tẽpore mortalitatis, q̃ si primus hæres sciens hæreditatẽ sibi delatã, moriatur intra annũ, transmittit ius deliberandi, iuxta l. cùm antiquioribus. C. de iure delib. q̃ si eius hæres moriatur ignorans intra annum, & sic secundus hæres ipsi trãsmittit: quia cùm illud ius semel cœpit esse hæreditarium, trãsit ad quẽcunq; vadit hæreditas, per text. ad hoc singularem in d. l. videamus. in prin. ff. qd met. cau. Ad quod etiam accedit tex. in l. item videndũ. in fi. ff. de peti. hære. Vide Bar. in d. l. quod diximus. §. hęc actio. siue §. in hæredem. licet sit verficulus: & plenius vide eundẽ Bart. ad hanc quęstionem, & ad multa alia in materia iuris deliberãdi, in l. qui duos. ff. de rebus dub. Vndecimò, potest dici q̃ sit vtilis, & non directa ex ratione: quia est translatũ dominiũ per traditionem, licet coactam, tamen cũ aliqua voluntate: cùm, vt dixi in primo termino, coacta voluntas, voluntas est. d. l. si mulier. §. fin. & per traditionem solet transferri dominiũ. d. l. traditionibus. Et sic nõ potest dici q̃ cõpetat directa in rem, cũ non insit dominiũ directum, vt dixi in Publiciana: Et q̃ sit vtilis, tenet gl. & omnes in d. l. iij. C. quod metus cau. Sed videtur obstare, quia dat ex mẽte prætoris, & verbis. Tamẽ respondeq̃, vt dixi in Publiciana, & in proxima prędicti. Sed strictè ad hoc videt obstare tex. in l. nemo. ff. de in integ. resti. in l. nõ videtur. ff. de acqui. pos. vbi quis nõ intelligit exclusus à dñio, vel possessione, cũ prætor sibi pollicet restitutionẽ: sed ita est in hac actione: vt l. j. in prin. ff. quod me. cau. ergo nõ est trãslatum dñium: & per cõsequẽs potest esse actio directa. Sed respõde clarè, vt intelligit gl. in d. l. nõ videt q̃ quis tradẽdo per metũ remanet ficto modo dñs: quia verè transtulit. Quod probat tex. ibi. dũ dicit, Videt, quę est dictio impropria, iuxta l. naturaliter. ff. de acqui. pos. Sicut in simili mulier constante matrimonio fingitur dña rerũ dotaliũ, iuxta l. in rebus. C. de iur. dot. & tamẽ maritus est verè dominus. l. doce ancillã. C. de rei vend. & per illud fictũ dñium potest præscribi contra ipsum metũ passum, prout tenet glos. in d. l. nemo. quod tene menti ad d. l. iij. C. quod met. cau. Et hoc potest tibi facere honorẽ in statutis loquẽtibus de dñio, vel possessione: quia non haberet locum in dominio, vel possessione, quæ quis fingitur habere cùm cõpetat sibi restitutio in integrum, per d. l. nemo. prout etiam ibi dicit Bar. Quod tene mẽti perpetuo. Duodecimò, nõ est contraria. per ea quæ dixi in proximis prędicẽtibus. Decimotertiò, est actio singularis, per fundamenta in Publiciana dicta. Decimoquartò, est simplex: per idem etiam, quod in Publiciana dixi.

7 **Bonorum possessoria** hęreditatis petitio. Hęc actio datur illi, qui volens succedere de iure prętorio, vel cùm non posset de iure ciuili, agnouit bonorũ possessionẽ ex testamẽto, vel ab intestato, iuxta l. fi. C. qui admit. ad bo. pos. per totũ. Insti. de bo. pos. Et potest intẽtari contra illũ, qui teneret bona hæreditaria, vel pro hęrede, vel pro possessore: sicut dicitur in petitione hęreditatis: cũ tantùm quis cõsequatur per hanc de iure prętorio, quãtum per petitionẽ hęreditatis de iure ciuili. l. ij. ff. de bo. pos. hęre. pe. & ibi vide. Secundò est actio prætoria. d. l. j. & ij. ff. eo. tit. & probat in l. j. in princ. ff. de rei ven. Tertiò, potest dici q̃ hęc actio sit mista, sicut dicemus in petitione hęreditatis, habita æquiparatione d. l. ij. iuncta l. hæreditatis. C. de pet. hęre. l. sed & si lege. §. petitio. ff. eo. tit. vbi videt probari q̃ petitio hæreditatis sit mista: qđ dic vt ibi habet. Quartò patet q̃ est actio in rẽ, & sic realis, cõsyderato primo sic, est mista. secũdò quia petitio hęreditatis est in rẽ. d. §. petitio. & probat in d. l. j. in prin. de rei vend. dũ dicit, singularũ rerũ, vt sic dicat hanc esse actionẽ realẽ vniuersalem, illã singularẽ. Et q̃ petitio hęreditatis, & bonorũ possessoria hęreditatis petitio æquiparent, est tex. quẽ tene menti in l. itẽ veniũt. in fi. ff. de pet. hęre. Quintò, est rei persecutoria, cũ sit in rem. d. §. sequẽs. Insti. de act. Sextò datur in simplũ: quia per eã petimus tantùm res hæreditarias, vt in iuribus superiùs allegatis. Et habetis tex. in l. si scripti. C. de peti. hære. Septimò, cũ alsimilef petitioni hęreditatis per d. l. itẽ veniũt. in fi. & cũ tantũ persequamur, quantũ per petitionẽ hęreditatis. d. l. ij. de bo. pos. hęre. pet. Et sicut petitio hęreditatis est bonę fidei, vt est tex. in l. fi. C. de pe. hęre. in §. actionũ. Insti. de act. eodem modo dicamus in ista, vt sit bonę fidei: qđ tamẽ nõ firmo, sed relinquo cogitandũ, ex eo q̃ nõ reperit in d. §. actionũ. Octauò nõ infamat p ea quę dixi in Publiciana. Nonò, potest dici q̃ sit perpetua, sicut petitio hæreditatis, quæ nõ tollitur præscriptione longi temporis, iuxta l. hæreditatis. C. de pe. hęred. l. licet. C. de iur. delib. cùm scilicet maiori tẽpore tolli possit, iuxta l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. trig. anno. Et q̃ non tollatur longo tẽpore, est tex. in l. hęreditatẽ. C. in qui. cau. cef. lon. tẽpo. præscri. Et patet ex alio, cũ non detur cõtra titulo possidentẽ. d. l. hęreditatem. Et quę sit ratio, q̃ non detur cõtra possidentẽ titulo, vide gl. in d. l. hæreditatẽ. & glo. & ibi melius Bar. in l. hęreditatis. C. de pet. hære. licet prima facie videatur ad hoc obstare text. in l. nec vllam. C. de pet. hęre. sed ibi titulus habetur pro nõ titulo: dic vt dictis iuribus: licet quibusdã casibus nõ procedat: vt habet in l. fi. in ver. si enim vel ex parte. C. de edic. di. Adria. tol. & habetur per gl. in d. l. hęreditatẽ. & vide etiã ad hęc l. Neratius. ff. de pet. hęr. Decimò, est trãsitoria ad hęredes. l. veluti. ff. de pet. hęred. & eodẽ modo dat in hęredes, si possidet. l. etiã si putauit. §. hęredẽ. ff. de pet. hęre. cũ si. Vndecimò, est simplex, per dicta in Publiciana. Duodecimò potest dici q̃ sit vtilis, cũ prętor nõ possit facere quẽ directò hęredẽ, iuxta §. quos autem. Insti. de bo. pos. licet posset dici q̃ ex quo venit ex verbis, & mente prętoris, debeat dici directa, vt in Publiciana dixi. Decimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertiò, nó est cõtraria: quia nõ ex contractu, &c. vt in aliis dixi. Decimoquartò est vniuersalis, nó singularis, cũ detur pro hęreditate, quę est quoddã vniuersale: probatur in l.j. de pe.hęre. Et ꝙ sit vniuersalis est tex. apertus in l.j. in prin. ff. de rei ven. ibi: de vniuersitate proposuit prętor, &c. Et si diceres, omnia prędicta iura loquũtur in petitiõe hęreditatis: pót dici ꝙ idẽ est effectus in hac d.l.ij. de bo. pos. hęre. pet. & d.l. item veniũt. in fi. ff. de peti. hære. cum similibus.

8 **Fideicommissaria** hæreditatis petitio. Primò hęc actio cõpetit fideicommissario vniuersali, cui hæreditas esset tantùm verbo, & non realiter restituta: quia si aliquis possideret res hæreditarias, posset conueniri hac actione: prout est tex. in l.j. iuncta glos. j. & ibi Bart. ff. de fideicom. hære. peti. Sed vltra hoc potest plus dici ꝙ detur hæc actio, non solùm quando restitutio est facta solo verbo, sed etiam quando realiter. Et pro hoc aduertatis, quia tex. in l.j. de fideicom. hære. pe. loquitur simpliciter vt hæc actio detur, scilicet his, quibus restituitur hæreditas: & verbum Restituere, compræhendit & verbalem, & realem restitutionẽ. l. restituta. in prin. & l. facta. in princ. ad Treb. ergo d.l.j. non debet restringi ad restitutionem verbalem solum. Et ita videtur sentire glo. in d.l. facta. in glo. ij. dum primò exponit illum tex. in omni restitutione. Et posteà in glos. iij. dicit ꝙ post restitutionem fideicómissarius habet fideicómissariã hæreditatis petitione nec se glo. ibi restringit magis ad verbalem, quàm realem: & sic glo. in d.l.j. videtur contrariari cum glo. in d.l. facta. Vnde clarè intelligendo primò teneo (vt s̃. dixi) ꝙ glo. & Bart. in d.l.j. de fideicom. hære. pe. dicant veritatẽ: & ꝙ hæc actio detur solùm cùm verbo est restituta hæreditas, & etiam, vt infrà concludam. Sed dubium videtur respondere ad ea, quæ ego allegaui: & putabam posse dici, & intelligi vt s̃. vt glos. in d.l. facta. debeat ad singula referri. Vel, & secundò, ꝙ in d.l. facta. non fuit re ipsa restituta hæreditas: quod patet, dum dicit, ꝙ fideicommissarius non fuit nactus possessionem: quia quando re restituitur, intelligitur ꝙ fideicómissarius possideat: vt est tex. in d.l. facta. in prin. Cogitabis, quia obstat text. in l. cũ hæredes. ff. de acqui. pos. Et cõcludẽdo vt sentit glos. & Bar. in l.ij. de fideicó. hære. pe. per restitutionẽ ex senatusconsulto transeunt omnes actiones, quæ cõpetebant hęredi, intantũ ꝙ posset intentare vtilem petitionẽ hæreditatis in his rebus, quæ possiderentur ab alio, nec adhuc ad ipsum peruenissent. Et quia passus est subtilis, adhuc vereor per tex. in d.l. facta. in prin. vbi facta restitutione etiam verbali, transit dominium omnium bonorum in fideicommissarium: ergo sequitur ꝙ posit habere rei vendicationẽ, per tex. in l. in rem. in prin. de rei vend. Ex quo resultat aliud contrarium, quòd cũ fideicómissarius habet ciuilem actionem in rei vẽdicationẽ, nõ est opus actione prætoria, per tex. in l.j. §. meritò. ff. de Pub. Et tantò magis hoc vrget quando procedit etiã ꝙ aliqua res nunquàm peruenisset ad fideicommissarium. Post omnes putabam in his posse dici sic, ꝙ sicut datur petitio hæreditatis etiã post translatum dominiũ in hærẽdẽ per aditionẽ, iuxta l. cũ hæredes. in princ. ff. de acqu. pos. & tamẽ posset habere rei vẽdicationẽ ita de iure prętorio fideicómissario detur actio, etiã ꝙ habeat dñium: & sic rei vẽdicatio ex intrinseca ratione: quia petitio hęreditatis est actio vniuersalis: sed rei vẽdicatio est singularis: vt patet in d.l.j. de rei vend. Sed rei vẽdicatio ad hęreditatẽ, & sic ad vniuersitatẽ iuris, nõ potest cõpetere. l. vẽdicatio. & l.j. §. per hãc. el ij. de rei vẽ. ergo necessariò fit opus hac actione. Vnde fideicómissarius ad vniuersales non potest habere rei vendicationẽ, esto ꝙ sit dñs non petitionẽ hæreditatis: quia non est hęres directò. nõ vtilem ex persona sua: igit prætor vt ex persona sua ad res vniuersales agere posset, dedit hanc actionẽ, & ita intelligo. Ex quibus in puncto iuris elicio conclusionẽ, scilicet actionẽ cõpetere fideicómissario, etiã ꝙ re & verbo esset sibi restituta hęreditas, ad persequẽdas res hęreditarias cõtra possessores. Et licet hoc videat gl. & Bar. per id, quod dixi s̃. in princ. tamen ipsos intelligas, quãdo in totũ re ipsa fuit hęreditas restituta. Hæc cõclusio loquatur, quãdo aliqua res deficiebat: quia fideicommissarius cõtra possessores habet hanc actionẽ. Et hoc sentit gl. & Bart. in l. nec interest. ff. eod. de fideicom. hær. pet. Et ita firmiter intelligo istos terminos, & videbis qualiter ruminati sint. Secundò est prætoria, vt probatur in l.j. in princip. ff. de rei vend. & tenet glos. in l.ij. de fideicom. hære. pe. & ibi Bartol. licet videatur obstare, eo ꝙ venit ex senatusconsulto, & per consequens de iure ciuili, iuxta l. ius ciuile. la ij. ff. de iust. & iu. Sed intellige vt ibi per gl. & Bar. Tertiò ꝙ detur in simplũ, probatur per fundamẽta, quæ dixi in præcedenti: & retẽta æquiparatione d.l.ij. vt ibi dixi. Quartò an sit bonæ fidei: dic vt in præcedenti dixi. Quintò ꝙ sit perpetua, dic vt in superiori. Sextò, quòd sit transitoria ad hæredes, est tex. in l. fin. versi. an ei. de fideicom. hære. pe. In hæredem autẽ an detur: dic vt in superiori facta æquiparatione. d.l.ij. Septimò, quòd non infamet, dic vt in superioribus. Octauò, quòd sit vtilis, dic vt in superiori. Nonò, quòd sit vniuersalis, probatur vt in superiori per d.l. j. in prin. ff. de rei vendi. Decimò, quòd sit simplex, dic vt in aliis dixi. Vndecimò est realis, etiã per dicta in superiori proxima. potest etiã dici mista, vt ibidem dixi. Duodecimò an sit persecutoria, dic vt in prædicenti. Decimotertiò quòd non sit contraria, eodem modo, & vt in Publiciana dixi.

9 **Præiudicialis in rem** de libertinitate. Et quia sunt plures præiudiciales, vt in §. præiudiciales. Institu. de act. Primò est sciendum, quare dicantur præiudiciales: & secundùm quosdam ex eo ita appellantur, quòd in modum exceptionis opponuntur. hîc est quòd in rub. ff. de excep. dicitur, & præiudiciis. videtur probari in l. generaliter. ff. eo. de excep. cùm intendens aliquod præiudicium, vt in seruitute, vel libertate, sustineat partes actoris: sicut diximus in aliis exceptionibus. l.j. ff. eo. Sed hoc non videtur verum: quia non dicerentur actiones, sed exceptiones, & contra text. in d. §. præiudiciales. dum dicit, in rem actionis. Licet posset dici quòd ibi sit verbum Videntur, quod denotat impropriętatem, iuxta l. naturaliter. de acqui. pos. sed multoties est expressiuum veritatis: vt l. seruum filij. §. si quis rem. ff. de leg. j. Aliquando importat sententiam: vt, ita mihi videtur. vt in c. prætereà requisiti. de appel. nisi quis diceret quòd hoc procedit, quando verbum Videtur, refertur ad personam: secus quando ad rem. d. §. præiudiciales. Sed respondeo aliter, nouiter ponderans tex. in d. §. præiudiciales. dum dicit, quales sunt: & sic loquitur propriè: aliàs Imperator esset sibi contrarius. Vnde conclude quòd præiudiciales sunt actiones, non exceptiones. Ad primum argumentum adductum in contrarium, respondeo, secundùm ea, quæ habentur in l. fundum Titianum. ff. de excep. Et dicas appellari præiudiciales, eò quia si concurrant cum alia exceptione, præiudicat illi: quoniã non pronuntiatur super illa quousque in præiudiciali pronũtiatum sit: vt habetur in l. ordinata. ff. de lib. causa. & in l. seruum quoque. de procu. Vel, & secundò, possunt dici præiudiciales, quia in ipsis tractatur de magno præiudicio, videlicet de statu libertatis, qui est inęstimabilis. l. libertas. ff. de re iud. §. sed cùm libertas. Instit. ex quibus cau. ma. non licet. sicut etiam patria potestas. l. filiusfamilias. §. secundùm vulgarem. de leg. j. Sed vide Bart. in l. siue contra. ver. dic ergo. ff. de lib. agno. & glos. in d. §. præiudiciales. Quæ autem ex his præiudicialibus sit de iure ciuili, & quomodo, dicetur post glo. pe. in d. §. præiudiciales. Et redeundo ad hanc præiudicialem in rem de libertinitate, primò est dicẽdum quòd competit, quando quis dicit aliquem esse libertum suum, qui tamen dicit se ingenuum: vel econtra, cùm quis dicit se ingenuum, cùm alius dicat eum esse libertum. de hoc in d. §. præiudiciales. Sed quid in abbate contra monachum, & in multis aliis, vide glos. fing. in l.j. §. per hanc. in ver. vendicare. ff. de rei ven. Secundò, est actio prætoria. d. §. prę iudiciales. ver. cæteræ. Tertiò, est actio singularis: quod patet ex prædictis: & probatur in d.l.j. §. per hanc. ff. de rei ven. Quartò, est stricti iuris. d. §. actionum. Quintò, datur in simplum, cùm reuocetur, vel petatur quis in libertatẽ. d. §. prę iudiciales. Sextò, est rei persecutoria, cũ fit in rẽ. d. §. sequẽs. de actio. Septimò, est in rem. d. §. præiudiciales. sed imò videtur ꝙ sit in personã, cũ persona sit quę petitur. Potest dici ꝙ licet petatur persona, tamẽ cũ nõ veniat ex cõtractu, vel quasi, dicatur in rẽ. d. §. omniũ. & d. §. sequẽs. ver. earũ. Inst. de act. Octauò potest dici ꝙ sit perpetua, cùm cõtineat rei persecutionem. d.l. in honorariis. de act. & obli. & d.l. si cũ exceptione. §. post annũ. ff. quod met. cau. Nonò, est transitoria ad heredes

ad hæredes per d. §. post annũ. ver. ideo autem. & etiam, quia iura patronatus transeunt ad hæredes. l. venia. in princ. ff. de in ius vocan. l. pe. C. de lib. & eo. li. Quod tamen est intelligendũ secundùm distinctionem traditã in materia operarum, de qua vide latè Bart. in l. si non sortem. §. libertus. de condi. inde. Et non solum hæredibus patroni, sed hæredibus etiam liberti: vt l. hæres. ff. de obseq. à lib. pa. præst. Quod intellige quantum ad bona: sed quantum ad ius libertinitatis, secus sit. An detur in hæredes: quo ad bona potest dici ꝙ sic: secus quando tenderet ad reuerẽtiam, cùm sit mortuus libertus. Quod secus est ex parte patroni defuncti. Vide in iuribus præallegatis. Decimò potest dici ꝙ non infamet, cùm non reperiatur: vt in aliis dixi. Vndecimò potest dici ꝙ sit vtilis: quia nõ intenditur ratione dominij, iuxta ea, quæ in Publiciana dicta sunt, licet posset quis dicere ꝙ sit directa, ex quo venit ex mente, & verbis prætoris. In quibus tutemet cogita, & respondę. Duodecimò, non est contraria: proba, vt in aliis suprà dixi. Decimotertiò, est simplex per fundamentum in Publiciana adductum.

10 **Præiudicialis** in rem de partu agnoscẽdo. Hæc competit illi, qui dicit aliquem esse filiũ suũ, & petit ab ipso omnia, quæ à filio quis consequi debet, vel econtra potest competere illi, qui dicit se esse filium alicuius, & petit ab eo omnia, quæ à patre consequi possent: de qua est text. in §. præiudiciales. Instit. de act. & ibi glo. magna circa princ. Et hoc quando quis diceret se esse in quasi possessione, ꝙ non sit filius, vel ꝙ dicit se esse in quasi possessione ꝙ non sit pater: & quando habeat locũ rei vendicatio, & quando ista præiudicialis, & quando officium iudicis, vide glos. in d.l.j. §. per hanc. in ver. vendicare. ff. de rei vend. & ibi doct. in quo differat præiudicialis à rei vendicatione, vide Bart. in l. siue cõtra. ver. quæro in quo differt. ff. de lib. agno. vide pro hac in dictis iuribus. Secũdò non infamat, per idẽ quod in Publiciana dixi. Tertiò, est prætoria, vt probatur in d. §. præiudiciales. Quartò, est realis: & proba, & vt in proxima præcedẽti dixi. Quintò, est rei persecutoria, eodem modo. Sextò, est in simplum, eodem modo. Septimò, est stricti, iuris, eodẽ modo. Octauò, est perpetua, eodem modo. Nonò, non potest dici ꝙ sit trãsitoria ad hæredes, vt probat tex. in d.l. siue contra. ver. illud tenendũ. ff. de lib. agno. Et potest esse ratio, quia mortuo altero ex his, qui sibi contingunt iure patriæ potestatis, expirat, secundùm Bar. ibi, circa fi. & facit l.j. & fin. C. si reus, vel accu. mor. fu. & morte soluitur patria potestas, & etiam filiatio, cùm mors omnia soluat. §. deinceps. in authen. de nup. licet quantum ad bona posset fortè dubitari quæ peruenissent ad alterum ipsorum. etiam iure suitatis. iuxta d.l.j. & fin. & per totum. C. si pen. appel. mors inter. Decimò, est singularis, vt in superiori. Vndecimò, est vtilis, vt proximè dixi. Duodecimò, non est contraria, vt patet per dicta in aliis. Decimotertiò, est simplex, vt patet.

11 **Pauliana.** Circa hanc, & alias reuocatorias, primò est sciendum quòd multi voluerunt has actiones esse interdicta reuocatoria: quod non videtur verum, vt potest deprehendi in lib. de interdic. vbi non reperitur de istis reuocatoriis. Bene verum est, quòd ex edicto prætoris dantur, vt s̃. apparebit. Et est tex. in l.j. ver. necessariò. ff. de his, quæ in fraud. cre. Secundò. est sciendum quòd sunt opi. an vna sit in factum actio pro his alienatis in fraudem, cui adiiciantur ista nomina Pauliana, Fauiana, &c. Et de hoc est glos. in l.j. in ver. actio. ff. quæ in frau. cre. glos. in l. hac in factum. eo. tit. & glos. plenior in l.ij. in glo. ij. ff. si quid in frau. pa. & glo. plenissima in §. item si quis in fraudem. in ver. petere. Instit. de act. & fortè via disputandi posset teneri quòd vna sit actio in factum, cui adiiciantur dicta nomina. Et per ipsam reuocentur non solùm incorporalia, sed etiam corporalia, per d.l. hac in factum. & videtur tex. in l. ait prætor. §. si debitorem meum. & §. annus. & §. seq. ff. quæ in frau. cre. Sed communiter sequuntur doct. glo. in d.l. ij. ff. si quid in frau. pa. & ibi vide Bartol. Remanet igitur per viam euidentiæ secundùm communem opi. ꝙ Pauliana, Caluisiana, Fauianą, & actio in factum, sunt quatuor actiones reuocatoriæ de per se: vt sequitur etiam Ioan. in arbore sua: licet domini Vltramon. discordent: vt refert Bartol. in d.l. hac in factum. & videtur eos sequi. Sed dic vt d.l. ij. ff. si quid in frau. pa. ¶ His præmissis primò hæc actio habet locum, quando debitor alienauit aliqua bona sua mobilia vel immobilia in fraudem creditorum suorum. Nam creditores per hanc Paulianã actionem reuocare possunt dictam alienationem, ac si non esset facta: de qua habetur in d. §. item si quis in fraudem. & in l. videamus. la ij. in §. Fauiana. ff. de vsu. cum simi. Secundò, est prætoria, cùm cõnumeretur inter prætorias, inciendo à §. aliæ. Insti. de act. vsq; ad §. item si quis in fraudem. & probatur in d.l. videamus. §. in Fauiana. ver. nam prętor. l.j. & l. ait prætor. §. hęc actio. ff. quę in frau. cre. Cogita. Quintò, est rei persecutoria per text. in l. si fraudator. §. si à socero. in ver. quia hæc actio. & l. ait prætor. §. per hanc. ff. quæ in frau. cred. Sextò est in simplum, vt iuribus proximè allegatis: licet quando res non reperitur, possit fraudator poni in carcerem: & videatur esse quæstio pœnalis secundùm magis cõmunem intellectum, secundùm Bart. in l. fi. §. fina. ff. quæ in frau. cre. Septimò, est stricti iuris, cùm non reperiatur in §. actionũ. vt in aliis dixi. Octauò, est temporalis, & nõ perpetua, cùm duret per annum vtilem. l. ait prætor. in princip. & §. annus. & l. qui autem. §. fi. ff. quę in frau. cred. in l. fi. C. de reuo. his, quæ in frau. l. in princip. ff. eo. licet in eo, quod ad fraudantem peruenit, detur etiam post annum. d.l. ait prætor. §. hæc actio. & glos. in dicto §. finali. in ver. annum. Sed quòd imò hęc actio detur post annum, videtur text. l. in honorariis. in princip. de actio. & obliga. quia cùm sit persecutoria, vt s̃. est probatum, vtiq; dicitur debere dari post annum, per illum textum. De quo dic vt ibi per glos. & melius Bart. Nonò, est transitoria ad hęredes. l. ait prætor. §. finali. ff. quæ in frau. cre. & eodem modo datur contra hæredes de eo, quod ad ipsos peruenit. l. Cassius. ff. eodem titulo. Decimò, est actio simplex. quod proba, vt in aliis, maximè in Publiciana. Duodecimò est actio singularis, per iura allegata in quinto termino, cũ simi. Sed quod imò sit vniuersalis, videtur text. in l. qui autẽ. §. si seruum. ff. eo. Nisi dicas, ꝙ ibi procedit per viã accessoriã, & in consequentiã ꝙ reuocetur hęreditas, vt etiã sentit gl. ar. l. cùm principalis. ff. de regu. iur. Duodecimò non est contraria, per dicta in Publiciana. Decimotertiò, putarem ꝙ nõ infamet, per fundamẽtum sæpe in aliis dictum. & in Publiciana dixi. sed cogita.

12 **Fauiana.** Primò hæc competit patrono contra possessores bonorum, quæ fuerunt alienata per libertum in fraudem legitimæ debita ipsi patrono: de qua legitima habetur in §. sed nostra. Institu. de successore liber. De hac actione habetur in l.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.j.in princi.ff.si quid in frau.pa.& in ead.l.§.item Papinianus.in l.videamus.§.in Fauiana.ff. de vſuris.in l.si patronus.§.patronũ. in l.tenetur.& in l.si libertus.in l.ergo.& l.non videtur.ff.si quid in frau.pat.cum ſi.Secundò,eſt ſimplex,vt in aliis dictum eſt. Tertiò, eſt prætoria.d.l.ſi patronus.§.patronum.& d.l.j.in fi.prin.& l. videamus.§.in Fauiana.ff.de vſur.cum ſi.Quartò, eſt actio in perſonam.l.j.§.hæc actio,ff.ſi quid in frau.patr.prout etiam dixi in Pauliana,licet videatur realis,vt etiam ibi dixi. Quintò,eſt rei perſecutoria.Tex.eſt clarus in l.ſi patronus.§.hęc actio.ff.eo.& l.tenetur.§.in actione.eo.ti.cum ſi. Sextò, datur in ſimplum, cùm reuocet tantùm in fraudem alienata:vt l.j.in prin.& l.quodcunq;.eo. tit.licet,ſi non reſtituatur,poſsit actor iurare in litem:vt d.l. tenetur.§. in actione.Septimò,eſt actio perpetua,per tex.clarum in l.ſi patronus.§.hæc actio.eod.tit.licet aſsignet ibi rationem generalem lex, cùm ſit rei perſecutoria,vt pluries allegaui text.in §.ſequens.ver. earum:Inſti.de act.& d.l.in honorariis.in prin.de verb.obli.Octauò,eſt ſtricti iuris,vt patet in d.§.actionum. Nonò,datur hæredibus,& contra hæredes per tex. Clarum in d.l.j.§.hęc actio.ff.eod. Decimò,non puto eam infamare,per dicta in publiciana. Vndecimò q; ſit directa,eodem modo probo,quo in ſuperiori,per text.in d.l.j.in prin.cum concor.quæ dixi ſ.in primo termino. Duodecimò,eſt ſingularis,per ea,quæ dixi ſ.in quinto,& ſexto fundamentis:licet poſſet dici quòd ſit vniuerſalis, ex quo petitur legitima: & ſic videtur peti quid vniuerſale, iuxta l. licet minimam.ff. de pet.hære.vnde cogita.Decimotertiò,non eſt contraria: vt in pluribus dixi,&c.

13 **Caluiſiana.** Hæc competit generaliter tam patrono in bonis liberti alienatis in fraudẽ, quàm cuiq; creditori in bonis debitoris,ſicut Pauliana,prout dicit gl.no.in §. item ſi quis in fraudem.in ver.petere.Inſti,de act.Et poteſt intentari in caſibus,quibus etiam Fauiana,& Pauliana:& potuit introduci ex eo,q; interſit habere plures actiones.l. cùm filius.§. varij.ff. de lega.ij.etiam ſi nullũ intereſſe haberemus intẽtare magis vnam actionem,quàm aliam,vt refert ſanctus Blaſius,dicens de hoc eſſe gl.ſingularem in §.ſic itaq;.in ver.odio.Inſti.de act.De hac Caluiſiana habetur per Bar.in l.hac in factum.ff.quę in frau. cre. in l.in Fauiana.& l.ſi patronus.§.plures.& in l.ſi.ff.ſi quad. pau.fe.di. vbi pulchrè tex.cùm ſimi.In aliis terminis diceré breuiter, q; cùm datur patrono eadem in hac dizenda eſſe,quæ de Fauiana dixi.Si verò intentaretur à creditore,eadémq;,in Pauliana diximus.

14 **In factum reuocatoria.** Primò hæc ſecundũ cõmunem opi. competit vnicuiq; tam creditori,quàm patrono,dũmodo ad reuocandum incorporalia,per tex.in l.hac in factum.ff.quæ in frau.cre.&, vt dixi in euidẽtialibus.ſ.ad iſtas reuocatorias licet ſint opi.an vna ſit in factum reuocatoria.Et illæ ſunt adiectiones, ſcilicet Pauliana,Fauiana,&c.tamen.vt ibi dixi,ſecũdùm magis cõmunem opi. hæc in factum ab illis differt,vt iam dixi.Secũdò eſt prætoria, vt l. ait prætor.§.annus.& §.ſequenti.& §.ſi debitoré.& l.hac in factũ. ff.quę in frau.cre.In aliis terminis dicerem vt in Pauliana eſt dictũ: tamẽ cogitabis, licet cadat in dubio, q; quando competit patrono, idem ſit,quod in Fauiana:& quando creditori,idem,quod in Pauliana,vt dixi in Caluiſiana.Tamẽ crederem quòd procedat à pari cum Pauliana,per iura,quæ ſuper ipſa allegaui.Tamen cogita.

15 **Redhibitoria.** Hæc competit, quando quis emit aliquam rem, quę habet vitium latens, quod vitium ignorabat emptor;cùm,ſi ſciuiſſet fortè,nullo modo emiſſet:vnde emptor poteſt per hanc cogere venditorem ad recipiendam rem.& reſtituẽdum pretium:vt l.j.in fi.princ. & l.redhibere.ff.de ædi.edict.& cõpetit,ſiue ſit mancipium morboſum, ſiue iumentum,ſiue fundus propter herbam peſtiferam.d.l.j.in prin.l. ſi prædium.C.de ædi.act.l.etiam in fundo.ff. eo. & ſic tam in rebus ſtabilibus,quàm mobilibus,& ſe mouentibus.d.l.j. in prin. De hac habetur in d.l.j.in princip.& in gloſ.in ver.aiunt.& in l.redhibitoria.eodem titulo.Et quòd differat hæc à quantò minoris,& ab actione in factum, apparebit in duabus proximis ſequentibus.Secundò cùm ſit ædilitia,per tex.in l.j.ff. de ædi.edic. in l.ſi tamen.§. in ædilitiis.& §.ædilitiæ.eodem titulo.& C.eodem titulo, in rubri. infertur etiam quòd ſit prætoria,per text.in §.proponebatur. Inſtitu.de iur.na.gen.& ci.Et q; iſte ædilitię ſint prętorię, eſt text.in §.Prætorię.Inſtit.de diuiſi.ſtip.cum ſi. Tertiò videtur actio temporalis,& nõ perpetua:patet,quia durat per ſex menſes:vt l. ſciendum.§.fi.& l.ædiles aiunt,in fi.princ.& l.ſi venditor.in fi.& l. cùm ſex.ff. de ædil. edict.in l.ij.C. eodem titu. Et an ſint vtiles iſti ſex menſes,& à quo tempore incipiant currere, vide gloſ. in d.l.ſciendum.§.fi.in ver.currit.& d.l.cùm ſex.& in locis ſuperiùs allegatis. bene verum eſt,quòd ſi cõueniat quòd res poſsit redhiberi, ſi emptori diſpliceat,iſto caſu ſine præfinitione temporis habet emptor ſexaginta dies ad declarandum ſuam voluntatem. Text.eſt reputatus ab omnibus ſingularis in l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita venierit.de ædi.edict.quod etiam tangit ſanctus Blaſius hîc. Quartò eſt ſtricti iuris.d.§.actionum.Quintò datur in ſimplum,hoc eſt,ad recipiendum pretiũ, & vt res reſtituatur.l.cùm autẽ.§. Iulianus.ff.de ædi. edic.& d.§.ſequens.ver.earum.in l.redhibitoria.de ædi.edic.Licet aliquando fiat condemnatio in duplum,ſcilicet quando venditor non reſtitueret pretium.d.l.redhibitoria.& eſt glo.in §.ſequens. in ver.ferre.Inſtitu. de act.Sextò, videtur quòd ſit rei perſecutoria hoc modo,quia venit ex contractu.l.cùm autem.§.ſi ſeruus.ff. de ædi.edict.Sed quæ deſcendunt ex contractu,ſunt rei perſecutoriæ regulariter.§.ſequens.ver.earum.Inſtitu.de act.igitur, licet videatur obſtare,quia cùm ſit temporalis, intra ſex menſes non videtur perſecutoria,per text.in l.in honorariis.in princip.de act.& obliga. Sed dic vt ibi per gloſ.& Bart.quia fallit in redhibitoria, ex quo reſultat aliud fundamentum quòd ſit perſecutoria : quia cùm exceptio debeat eſſe de regula.l.nã quod liquidè.ff.de penu leg. cũ ſi.& cũ d.l.in honorariis.detur regula q; actiones perſecutoriæ dentur poſt annũ.quia fallit in redhibitoria.vt dixi,ſequitur q; redhibitoria ſit perſecutoria,vt exceptio ſit de regula. Septimò, eſt tranſitoria ad hæredes.l.ſi tamen.§.ædilitię.& l.ſciendũ.§.deinde. §.pollicentur.ff.de ædi.edic.Et accedat ratio:quia cùm in edicto ſubdantur verba,& ad quem ea res pertinet:intelligitur de hęrede.l. ſciendum.§.fin.de verb.ſignifica.gloſ. in d.§. deinde.in ver. ſucceſſoribus.Sed in hac regula eſt verbum,ad quem ea res pertinet:vt l.j.§. quod ſi mãcipium.eo.titu.ergo &c.In hæredes etiam datur:vt d.§. ædilitiæ.& l.cùm autem.§.hæ actiones.eod.titu.imò etiam aliquãdo in fideiuſſorem datur.l.latius.eodem titulo,cum ſi. Octauò, videtur quòd ſit actio perſonalis : vt probatur in l.j.ibi : venditorem conueniri.& l.ſi prædium.ibi:aduerſus venditorem.C. de ædi.act. in l.j.§. cauſa.ibi : teneri debere.cùm ſi. Ex quo ſequitur quòd ſit perſonalis,per l.actionum genera.ver.in perſonam.de actio.& obligatio.cum ſimi.Nonò,non infamat,per ea,quę dixi in Publiciana. Decimò,quòd ſit directa,videtur,cùm deſcẽdat ex verbis, & mente prętoris,& vbi repugnat:vt patet in pręallegatis,maximè in d.l. j.in princ.de ædi.edict.cum ſi.Vndecimò,quòd ſit ſingularis patet ex præallegatis. Duodecimò, non eſt contraria:quia non cõuenit ex contractu,vt nomen vnius cõtrahentis deſcendat ab alio, iuxta illã gl.in l.ex cõſenſu.ff.de acti.& oblig.Decimotertiò,eſt ſimplex: vt patet,cùm actori.& reo manifeſtetur,iuxta dicta in Publiciana.

16 **Quantò minoris.** Primò hæc actio competit ei, qui emit rem habentem latens vitium propter quod res non tantum valet,quantum emptor ſoluit, contra venditorem, vt reſtituat illud quod plus fuit ſolutum vltra valorem communem: & ſic datur hæc actio, vbi minoris res communiter valet.Sed in hoc eſt aduertendum, quia, ſecundùm communem opinionem in l. Iulianus.in princi. de actione empti. reperitur quædã alia actio quanto minoris, quæ competit,vbi emptor minoris emiſſet, ſi vitium ſciuiſſet. De hoc eſt gl.mag.in dicta l.Iulianus.in ver.item qui fure.ver.itẽ quid differt. Iſta enim ſecunda eſt ciuilis,prima prætoria, vt ibi gloſſa.In quo autem differat vna ab altera, dic etiam vt ibi per gloſ.& doct. Et licet Petrus & Cynus in l.ij. in fine.C.de ædi. actio. teneant quòd vna ſit tantum quantò minoris, & plura adducant, quæ recitat ſanctus Blaſius hîc, ad quæ ipſe reſpondet: & ſic in fine tenet quòd ſit verior de iure illa opinio Petri & Cyni licet communis opi.

nis opinio ſit cum gloſ.in dicta l.Iulianus.ſecũndùm Bart. & Paul. de Caſt.& alios,& per glo.in l.ſi is,qui.§.j.ff.de except.rei iudi. vide per ſan.Blaſium hîc,& per doct.in præallegatis iuribus: quia cũ ſit antiqua,& trita quæſtio,eam non refero,vt citius ad alia vtiliora,& ſubtiliora veniamus.Secundò,q; ſit ſimplex,dic vt in aliis dixi.Tertiò,q; ſit ſingularis,eodem modo.Quartò,q; ſit directa, dic vt in præcedenti,& eodem modo,q; contraria.Sextò datur hæredibus,& contra hæredes,per allegata in redhibitoria. Septimò, nõ eſt perpetua,ſed annalis:vt d.l.ſciendũ.§.fin.l. ædiles aiunt. de ædi. edi.& l.ij.C.de ædi.act.licet aliquãdo detur intra ſex menſes,quando ſcilicet vẽditor nõ cauet de vitiis,&c.cùm etiã tunc redhibitoria detur intra duos menſes:vt eſt tex.cũ glo.in l.ſi venditor.ff.de ædi. edic.Facit tex.in l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.eo.tit.Octauò, nõ infamat,vt in aliis dixi.Nonò, eſt ſtricti iuris.d.§. actionũ. Decimò, datur in ſimplum , vt in redhibitoria : & probatur in l.ſi is,qui.§.j. de excep.rei iu.cum ſimi.Vndecimò,q; ſit rei perſecutoria , dic vt in redhibitoria. Duodecimò , quòd ſit perſonalis , eodem modo. Tertiodecimò , quòd ſit etiam prætoria , per eaſdem leges , quibus in præcedenti.

17 **In factum ædilitia,** vel redhibitoria. Hæc competit emptori contra venditorem,qui recipit rem venditã,& reſtituit pretium: quia per hanc emptor poteſt pretiũ recuperare,vel q; res fuerit in iure , vel extra ius redhibita,& nõ ſolùm ipſi emptori ad pretiũ,vt dixi,competit, ſed econtra , etiam ipſi venditori,ſi aliquid acceſsit illi rei venditæ quouſq; fuit apud emptorẽ.De hoc eſt tex.cũ gloſ.in l. quod ſi nolit.§.in factum.& §.illud planè.& §.reſtitui.ff.de ædi.edic. licet ad iſtud pretium habeat etiã emptor actionem ex empto, & vendito, ad tales acceſsiones ex vendito ſecũdùm glo.in d.§. reſtitui. in ver. per actionem.& eſt tex.cũ glo.in l.cùm autem.in fi.prin.ff.eod.tit. Quod dic vt ibi habetur. Et de huiuſmodi acceſsionibus vide in ea.l.§.fi.cũ ſi.Et ex his poteſt deprehendi q; differat hoc in factũ ab aliis duabus ſ.proximis.Secũdò,q; ſit ſimplex,itẽ q; ſingularis,item q; directa,item,q; nõ infamet,item q; nõ contraria:dic vt in præcedentibus.Et eodẽ modo q; ſit prætoria,q; perſonalis, q; rei perſecutoria , q; ſtricti iuris,item q; detur in ſimplũ , & probatur etiã in l. quod ſi nolit.§.in factũ. & per glo. in l.ædiles aiunt.in prin.de ædi. edic.Item q; non ſit perpetua, ſed temporalis , cùm detur intra ſexaginta dies,vt vult glo.in d.l.ædiles aiunt.in princip. in ver. facturus.vide apud leges in præcedentibus allegatas.

18 **Exercitoria.** Scias q; fuerunt opi.an iſtud cum pluribus aliis ſit proprium nomen actionis , vel ſit quædam adiectio,vt recitat gloſ.Inſti.quod cum eo. §.pe.in verſic. ſenatus.circa fi.glo.in §.actiones autẽ de peculio.in gloſſ.j. Inſti. de act.in l.iij.ff.de pecu.Communis concluſio eſt q; ſit adiectio : licet in diſputãdo poſſet teneri contrariũ: quod tamen , cùm nõ ſit multæ vtilitatis,non tango. Quantũ ad terminos noſtros hæc actio exercitoria primò competit ſecundùm Azo.in Summa eo.titu.contrahentibus cum magiſtro nauis contra exercitorem nauis , qui magiſtrum naui præpoſuit.Ita probatur in l.j.in princ.ff.de exerci. & dicit etiã glo.in §.actiones autẽ de peculio.in ver.ipſo iure. Inſti. de acti.licet ſan.Blaſius hîc dicat,q; dątur contra magiſtrũ ratione contractus facti cum exercitore,qui ſecundùm eum,gubernat nauim:quod tamen eſt falſum,per tex,quẽ ipſe allegat in d.l.j.§. magiſtrum.& §.cuius autem.& §.nõ autem.ver.imò quęrit Offilius. & §.quod ſi plures.cum ſi.ff.de exerci.Cùm exercitor dicatur,qui eſt dominus nauis,vel q; ſit ſua,vel ab alio habeat cõductam , & ad ipſum pertineant obuentiones : vt d.l.j.§.exercitorem.& in §.ex cõtrario.& eſt clarum vt patet per totum titulum. Et miror quòd tantus doctor in hoc æquiuocaueritſed fortè eſt corruptus. Adde quòd pro hoc etiam eſt tex.apertus in §.eadem ratione.ver. exercitoria.& verſi. ideo autem.Inſti. quod cum eo,qui in alie.pote.Secundò,eſt prætoria:vt eſt tex.in d.§.eadem ratione.& in l.j.§.non autem.ff.de exer.cùm ſimi. Tertiò, eſt actio perſonalis : quia venit ex obligatione,quæ eſt ex contractu d. l. j. in princip.ff. de exercit. dum dicit , Neceſsitas contrahendi cum magiſtro, &c.Quartò, quòd ſit rei perſecutoria , patet , cùm deſcendat ex contractu : vt ſuprà per text.in §.ſequens.ver.earum.Inſti.de act. Quintò,quòd detur in ſimplum,probatur,cùm veniat ex contractu,per tex.not. in §.omnes autem.Inſti. de act.Sextò quòd ſit ſtricti iuris patet in d.§.actionum.Septimò , quòd ſit perpetua,eſt tex.in l.ſi tamen.§. fi.ff.de exerci.Octauò datur hæredibus,& cõtra hęredes:vt eſt tex. in d.l.ſi tamen.§.fi.& ibi gl.not.& eſt tex.qui etiam probat in l.nouiſsimè.ff.de inſtito.gloſ.in d.§.eadem ratione.in ver. exercitoria. Inſtitu.quod cum eo.Nonò,quòd non infamet,dic vt in Publiciana.Decimò,q; ſit directa,probatur,cùm detur ex verbis,& mente prętoris.d.l.j.in princi.ff. de exerci. Vndecimò, non eſt contraria, per theoricam glo.in d.l.ex conſenſu.de act.& oblig. Duodecimò, quòd ſit ſingularis,dic vt in aliis.Tertiodecimò , quòd ſit ſimplex, eodem modo.

19 **Inſtitoria.** Primò hæc actio competit tam ei qui contraxit cum aliquo præpoſito per alium alicui negotiationi, puta vino vendendo , vel cuilibet alteri negotiationi in terra,quàm contra illum,qui talem inſtitorem præpoſuit : vt per Azo.in Sum.C.eo.& l.j.& per totum.ff.de inſtitu.& l.iij. & l.quicũq;.in princi.& §.idem ſi inſtitorem.ff.eo.Et intellige ſanè, quod ita demum obligatur , qui præpoſuit inſtitorem, ſi contractus eſt ſuper negotiatione,in qua eſt prępoſitus,& quod ad illã pertineat, non ſi ad aliam.d.l.quicunq;.§.non tamen. prout etiam contingit in exercitoria.l.j.§.non autem.ff.de exerci. De hac etiam per gloſ. in §.actiones autem de peculio.Inſti.de act. & d.§. eadem ratione Inſtit.quod cùm eo.Et in his obligatur dominus in ſolidum:quia eius iuſſu videtur contractum,per text.in §.ſi igitur.Inſti.eo.titu. facit text.in l.ſi quis mancipiis.in fi.princ.ff.de inſtitu. Secundò, q; ſit ſimplex:dic vt in aliis dixi : & eodem modo quòd ſit ſingularis. Item non eſt contraria , vt dixi in præcedenti. Quintò eſt directa, quæ venit ex verbis,& mente prætoris.d.l.j.ff.de inſtitu.licet in aliquibus caſibus competat vtilis:vt l.habeat.in fi.prin.& l.ſi cum vili co.& l.in eum.in princip.ff.de inſti. ſed vide tu ibidem per gloſ. & docto.pleniùs.Item non infamat,vt in aliis dixi.Septimò, eſt ſtricti iuris,vt d.§. actionum.Octauò,quòd detur hæredibus , & contra hæredes,eſt text.in l.nouiſsimè.ff. de inſtit.licet etiam contra prænentem talem inſtitorem poſsit competere redhibitoria.d.l.ſi quis mancipiis.in princ.de inſti.Nonò,eſt perpetua: vt d.l.nouiſsimè.Decimò,eſt in ſimplum,vt dixi in ſuperiori proxima.Vndecimò,eſt rei perſecutoria,cùm veniat ex contractu,per.d §.ſequens. Inſti.de actio.& per illummet text.probat quòd ſit rei perſecutoria,cùm veniat ex contractu,vt patet. Vltimò , quòd ſit prætoria, patet per ea,quæ in ſuperiori proxima dixi.

20 **Tributoria.** Hæc competit illis, qui contrahunt cum ſeruo , vel filiofamilias alicuius , contra dominum eius , vel patrem , quando dicti ſcilicet ſeruus , vel filius in mercibus peculiaribus contrahunt, ſcientibus domino , vel patre,& non contradicentibus:vt habetur in l.j.in princip.& vſq; ad §.poteſtatis.ff.de tribu.Et eodem modo in his,qui ſeruirent nobis bona fide,eſto quòd ſint liberi homines,vel ſerui alieni , vel etiam ſeruus vſufructuarius,dummodo merx,ſuper qua contrahunt , ſit domini:vt habetur in dicta l.j.§.finali.& l.ſequẽti.& etiam in ſeruo communi : vt l.etiam.eod. titu. De hac etiam habetur in §.introduxit.Inſtitu.quod cum eo. & per gloſ.in d.§.actiones autem de peculio.Inſtitu.de actio.& licet in actione de peculio ſoleat deduci quòd domino,vel patri debetur:vt l.ſed ſi damnum.§.j.cum ſequen.ff. de pecul.tamen in hac actione ſecus eſt :quia pater , vel dominus nõ ſunt melioris conditionis, quàm alij creditores,cùm vocentur inſimul ad tributum : vt habetur in d.§. introduxit. & per gloſ.in d.§. actiones autem. vide in dictis iuribus. Et quòd ſit prætoria , probatur in d.§. introduxit. Et quod ſit in perſonam, dic vt in duabus præcedentibus. Item quòd ſimplex , ſingularis, & directa , eodem modo . Sextò , quòd detur in ſimplum , probatur in l.illud. §. ſi cuius.ff. de tributoria. Septimò , quòd non infamet,dic vt in aliis. Octauò , quòd detur hæredibus , & in hæredes, probatur in dicta l.illud.§.finali. Nonò,quòd ſit perpetua, probatur in eodem §.fi. d.l.illud.q; ſtricti iuris,patet in d.§.actionum. Vndecimò,q; ſit perſecutoria,probatur in l.quia verò.& d.l.

illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud.§.si cuius.ff.de tribu. Duodecimò, q̃ in personam : dic vt in duabus præcedentibus.Vltimò,quòd non contraria,eodẽ modo.

21 **Quod iussu.** Primò hæc actio cõpetit illi, qui cõtrahit cum seruo,vel filiofamilias, qui habuerũt iussum à domino,vel à patre:quia dominus,vel pater pro tali contractu possunt in solidum conueniri.Text.est in §.si igitur.Institu. quod cum eo.in l.j.& per totũ.ff. quòd iussu. Et hic iussus potest fieri siue verbis iubeatur,siue per epistolã, vel nuntiũ, siue ad vnũ contractum,siue generaliter ad omnes. Text.est in d.l.j.§.iussum. Item datur hæc actio,licet iussus nõ interueniat, quando pater,vel dominus se subscribunt chirographo:quia per hoc videtur consentire,vel iubere.d.l.j.§.sed & si serui.Plus etiam quòd per ratihabitionem pater vel dominus possunt obligari.d.l.j.§.si ratũ. Et istud iussum potest reuocari re integra,sicut mandatum,d.l.j.§.sed ego quæro.Et per hanc actionem pater,vel dominus in solidum conueniuntur.d.l.j.in princip.& d. §.j. Institu. quod cum eo. Et de hac etiam habetur per glos.in d.§.actiones autem.Institu.de actio.Secundò,quod sit actio prætoria, est text.in d.§.j. Instit. quod cum eo.Tertiò,quòd sit rei persecutoria: probatur,cùm veniat ex contractu,per d.l.j.in princ.ff.quòd iussu.& Institu.de actio.§.sequẽs. Quartò,quòd sit actio in personã,probatur vt dixi in præcedentibus,cùm veniat ex contractu.§.omnium. & §.sequens. Institu.de act.Quintò, quòd detur in simplum,primò arguitur,cùm veniat ex contractu,per §.omnes.Insti.de act.Item ex alio,quia cùm assimiletur mãdato.d.l.j.§.sed ego quæro.ff.quod iussu.& actio mandati detur in simplum.d.§.omnes.Insti.de act.ergo & ista: cùm de similibus ad similia decidere liceat,iuxta l.nõ possunt. cum vulgaribus.ff.de leg.Sextò,videtur perpetua,primò arguendo , quia rei persecutoria,per reg.l.in honorariis.de act.& oblig.Item facit sicut institoria,vel tributoria dantur perpetuò,vt s̃.in eis dixi per l.nouissimè.de insti.& l.illud.in fi.de tribu.Et illæ actiones videntur similes:quia sicut in illis per seruum, vel filiũ quæritur commodum patri,vel domino l.j.in princi.de insti.ita in hac. Septimò,est stricti iuris,cùm non reperiatur in d.§.actionum.Item non est contraria, per dicta in aliis. Nonò videtur dari hæredibus,vt in hærede. primò facit quod proximè dixi de dicta l.illud.in fin.& d.l.nouissimè. Item facit reg.l.j.C.vt act.ab hære.& con.hære.Item ex alio , quia cùm veniat ex contractu.d.l.j.ff.quod iussu. vtiq; videtur dari hæredibus,& in hæredes,per l.ex contractibus.ff.de act.& obli.Item quòd non infamet,& quòd sit directa. Duodecimò , q̃ singularis, & vltimò quòd simplex:dic vt in aliis præcedentibus,cũ similibus.

22 **De in rem verso.** Hæc actio competit ex contractu,vel quasi,celebrato per filiũ, vel seruum ipsi contrahenti contra patrem,vel dominum,quando res est conuersa in eorum patris,vel domini vtilitatem, etiam dato quòd nihil in peculio habeat seruus,vel filius:vt habetur in §.præterea.Insti.quod cum eo.in l.j.in prin.ff.de in rem verso.&, vt ibidem dicitur,videtur cõtractũ cum domino, vel patre. Nec ista est eadem cum illa de peculio:quia potest dari q̃ cessat actio de peculio,& tamen habeat locum actio de in rem verso.d.l.j.in fin.princ. eod.titu.Et etiã,quia altera perpetua,& altera annalis,vt ꝯ.dicetur. Et licet præcedens,vt dixi,detur in solidum,tamen ista datur quatenus est versum in vtilitatem patris,vel domini.d.§.præterea. & si nõ est versum,quatenus est in peculio.Nam est sciendum, quòd edictũ de peculio,est triplex:quia potest referri ad merũ peculium: & tunc dicitur de peculio,Potest etiam esse versum in vtilitatem: & tũc dicitur de in rem verso.Potest,& tertiò interuenisse iussus: & tunc dicitur quod iussu.Et hæc probantur in l.j.§. est autem.ff. de pecu.sed aliter & aliter,vt in discursu apparet. Secũdò quòd sit simplex,patet,quia cognoscitur actor à reo.Itẽ q̃ singularis , patet, cùm non detur pro vniuersitate,dico,iurium. Quartò, q̃ non contraria,patet ex dictis. in gl.in d.l.ex consensu.de act.& obli.Quintò,est directa,cũ veniat ex verbis,& mente prætoris.d.l.j.in princ. & d.§.præterea.& d.l.j.§.est autẽ.ff.de pecu.licet quandoq; vtilis: vt l.patet.in princ.& l.fi.in fi.ff.de in rem verso.Sextò, nõ infamat, per dicta in aliis.Item quòd detur hæredibus , & contra, probatur per ea,quę in præcedenti dixi.Octauò,q̃ sit perpetua,probatur.l.j. circa fin.princip.ff.de in rem ver.licet videatur obstare text. in l.si seruus.§.cũ Sticho.ff.de in rem verso.Sed intelligas vt ibi declaratur,per glo.& doct.Item q̃ sit stricti iuris,patet in d.§.actionum. Decimò,q̃ detur in simplũ,arguas,cùm veniat ex cõtractu, iuxta d.§.omnes.Insti.de acti. Vndecimò,q̃ sit rei persecutoria , probatur in §.sequẽs. Insti.eod.ti.Duodecimò,q̃ sit in personã,patet ex dictis in præcedenti, & cùm detur ex contractu:vt d. l.j.in princi. de in rem verso.Vltimò q̃ sit prætoria,est tex.in d.§.prętereà.Institu.quòd cum eo.& d.l.j.in prin.ff.de pecu.

23 **De peculio.** Hęc cõpetit cõtrahẽtibus cũ filiisfamilias, vel seruis habẽtibus peculiũ ab eorũ patribus,vel dominis.De hac habetur in l.j.in fi.ff.quod cum eo.in l.j.§. verba.& per totũ.ff.de pecu.& in §.prætereà.Insti.quod cũ eo.& melius in §.actiones autẽ de peculio.Insti.de act.&,vt etiã tãgit san. Blasius hîc,intelligitur de peculio profectitio, vel etiam aduẽtitio, quando pater remisit vsumfructũ, & administrationẽ: vt expresè dicit Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.in fi.ff.de dam. infect.iuxta ea,quæ habẽtur in l.penul.C.qui bo.ced.pos.secũdùm eum.Et in hac actione,quando fit condẽnatio,priùs deducitur, quod debetur domino,vel patri,vel aliis,in quorum potestate sunt , vt habetur in §.cùm autem. Insti.q̃ cũ eo.in l.sed si damnũ.ff.de pec.cum simi.Item q̃ non infamet,q̃ sit directa,q̃ singularis,& simplex , vt dixi in superiori,& sic etiam quòd nõ sit contraria.Septimò,videtur q̃ debeat dari hæredibus:nã cùm pœnales regulariter dentur hæredibus,vt in §.non omnes.Insti.de perp.& temp.act.à fortiori ista.Item est aliud fundamentũ,cùm detur ex contractu,per d.l.ex contractibus.de act.& oblig.& d.l.in honorariis.In hæredes etiam datur.l.& ancillarum. §.constat.& l.quæritum.§.si cum hærede.ff. de pecu.& d.l.ex cõtractibus.de act.& oblig. Octauò est prætoria: per tex.in d.§.actiones autem de peculio.Insti.de act.l.j.in princip. ff.de pec.Nonò,est in personam:vt probatur in §.in personã.Insti. de act.Et etiam,quia venit ex contractu:vt in pluribus dictum est. Decimò est rei persecutoria:patet,quia venit ex cõtractu: vt l.j.§. verba.ff.de pecu.iungendo §.sequens. Insti.de act. Vndecimò est in simplum,per d.§.omnes.Insti.de ac.ex quo venit ex contractu, vt est dictũ:nunc bene verũ est,q̃ aliquãdo pater vel dominus potest teneri de peculio de eo,quod ad eos peruenit, & in quantum locupletati sunt,scilicet ex maleficio serui, vel filij:vt habetur in l. licet.§. ex furtiua.ff. de pecu. Duodecimò est stricti iuris,per d.§. actionum.Institit.de act.vt pluries dixi.Vltimò videtur q̃ sit perpetua,primò ex eo,quòd est rei persecutoria,vt s̃.per regu.d.l.in honorariis.de act.& obliga.Sed hoc videtur contra id,quod s̃.dixi in primo termino proximè præcedenti,vbi dixi hanc esse annalem, & in hoc differre ab actione de in rem verso.Sed intellige hoc modo,quòd est perpetua, quousq; filius, vel seruus sunt in potestate. Sed si exirent potestatem per emancipationem, manumissionem, vel aliter,tunc est annalis. Et iste est text.magistralis in l.tandiu.ff. quando de pecu.act.est anna.in l.cùm post mortem. eodem titulo. Item intellige quòd si viuente filio competebat aliqua actio temporalis,puta redhibitoria,quæ durat sex mensibus , vt super ea dixi,tantum durat post mortem filij,vel serui , quantum tempus superat.Ita intelligit glos.text.in dicta l.cùm post mortem.ver. ideo. per textum. in l. sed & si per prætorem.§. quoties.ff. ex quibus cau.maio.in integrum restit.in l.Iunius Diophantus. de minori. in quibus vide , &cogita,&c.

24 **De constituta pecunia.** Hæc competit aduersus eum, qui cõstituit se soluturum pro se,vel pro alio nudo pacto illud,quod erat debitum ciuiliter,& naturaliter,vel naturaliter tãtum: vt habetur in l.j.§.debitum.ff. de constitu.pecu. Secus quando esset ciuiliter tantùm debitum:quia tunc non posset deduci in constitutum : vt not.in d.§.debitum.& l.iij.§.si quis autem.eod.tit.licet secus sit in fideiussore,qui etiã pro ciuili sola põt intercedere.l.j.ff.de fideiuss.& Insti.eod.in princ.Et ratio differentię ponitur per Bar.in d.l.j.licet aliàs ex pacto nudo regulariter nõ agatur.l.iuris gẽtiũ. §.igitur nuda.ff.de pac.tamẽ cùm quis tenetur ex pacto nudo, & posteà illud cõstituat se soluturũ alio pacto nudo,potest agi.d.§.debitũ. & refert

fert san.Blasius hîc: & sic duo pacta nuda magis operantur. Et ad hoc facit glo.sing.in l.cùm scimus.C.de agri.& censi.lib.xj.de confessione geminata quæ magis operatur,licet doc.vt sentit Bar.in d. l.j.de consti.pec.dicant q̃ ex constitutione de soluendo faciat prætor oriri ciuilem:quia si oriretur altera naturalis,sequeretur quòd duæ fœminæ sine masculo operarentur ad generãdum actionem, cùm naturalis habeatur vt mater,& ciuilis vt pater,iuxta l.licet.§. ea obligatio.ff.de procu.& ea , quæ habentur in l. iuris gentium.§. quinimo.ff.de pac.cũ simi.de quo latè per do.meũ do. Bal.de Bartholinis de Perusio in repe.rub.ff.de verb.obli.in xx. col. & seq. Et quis sit fideiussor,constitutor,sponsor,expromissor, & mandator, vide glo.sing.in auth.de fideiuss.in princ.Et de hac actione habetur in toto tit.ff.de cõsti.pec.& in §.de cõstituta.Insti.de act.Et nota q̃ ita demũ tenet cõstitutio, si personaliter fuit concepta:secus si impersonaliter:vt in l.ij.de cõsti.pec.Secundò,q̃ sit prætoria , probatur in d.§.in personam.& etiã quia venit ex contractu, vt dixi in aliis.Item,q̃ rei persecutoria , patet,cùm sit ex contractu,per d. §. omnes.Insti.de act.Itẽ q̃ sit in simplum, probatur in l. quòd si maritus.in prin.de consti.pec.in l.hactenus. §.si quis.cum l.seq.eod.tit. Adde tex.rotundum in l. item illa verba.§.bene.eo.tit.Sextò, q̃ sit stricti iuris,dic vt d.§. actionũ. Septimò , q̃ detur hæredibus,probatur in l.receptitia.ver.sed & hæredibus.C.de consti.pec.& q̃ cõtra hæredes,probatur ibidem,& in l.j.C.eo.ti.Octauò,q̃ sit perpetua,probatur in d.l.receptitia.ver.annorum metis. Item q̃ non infamet,dic vt in aliis.Decimò,q̃ sit directa,potest probari,cùm veniat ex verbis, & mente prætoris.l.j. §. ait prætor.& l.si duo.§. ait prætor.ff.de cõsti.pec.Bene verũ est,q̃ quãdoq; reperitur vtilis : vt l.eum,qui.§.si actori.eo.tit.Vndecimò,q̃ non contraria,dic vt per glo.in d.l.ex consensu.ff.de act.& ob.Duodecimò,quòd sit singularis,& vltimò quòd sit simplex,dic vt in præcedentibus.

25 **Vtilis ex ea causa,** quæ ex cõfessione est, & dicitur interrogatoria. Hæc actio, secundùm Rof.in libel.suis,quem punctaliter refert san.Blasius,hîc, datur quotiescunq; post litem contestatã reus conuẽtus in iudicio confitetur corã iudice sedente pro tribunali se esse debitorẽ illius, qui agebat contra ipsum reũ ex aliqua causa.Et de hac actione habetur in l.proinde.la ij.§.si procurator.ff.ad legẽ Aquil. & secundùm Rof.in dictis libellis licet tex.d.§.si procurator. dicat q̃ dicatur vtilis cõfessoria,tamen nõ est verũ q̃ dicatur cõfessoria,sed debet exponi vtilis est confessione. Et ita sequitur sanctus Blasius hîc merus recitator Rof.& videtur facere : quia confessoria datur illi, qui asserit sibi deberi seruitutẽ:vt in §.æquè.Insti.de act.& l.ij.ff.si ser.ven.Sed aduerte,quia in hoc reperi Lud.Ro.in sing.xxiij. incip. ex confessione.qui dicit esse tex.sin.in d.l.proinde.§. si procurator. q̃ actio descendens ex confessione iudiciali dicitur vtilis confessoria:& ita trãsit.quod credo verius esse,per illũ tex. qui multùm cauillatur,secundùm expositionem Rofr.& ad contrariũ adductũ,q̃ confessoria sit illa,quæ datur pro seruitute tuenda,illud nõ obstat, imò vrget contra:quia illa dicitur cõfessoria,nec adiiciatur vtilis:& sic penitus sunt diuersæ.facit etiam allusio ipsius , vt cùm detur ex confessione,dicatur cõfessoria,iuxta tex.in §.est aliud. Insti. de dona.in l.ij.§.appellata.ff.si cer.pet.cum si.Et vt etiã dicit san. Blasius hîc,propterea ponderatur q̃ cõfessio sit facta in iudicio in istis terminis : quia extra iudicium non pareret actionem , licet per ipsam posset debitum probari:per tex.not.in l.Publia.§.Lucius.& §.fi.ff. depo.Ita etiam sentit Roma.in loco præalle. Item fuit etiam ponderatum , post litem contestatam , quia si fiat confessio ad interrogatoria quæ fierent ad præparationẽ iudicij,ex illa nõ oritur actio, iuxta l.j.& per totum.ff.de interro.act.secũdùm Rof.vbi s̃. Secundò,q̃ sit prætoria , videtur posse probari in l. ij. de interroga. act. cùm quis confiteatur mediante interrogatione,iuxta l. voluit. & l. de ætate.§.qui interrogatur.& l.si quis.eo.tit.In aliis vndecim terminis iudicare in ipsam eius naturæ esse , cuius erat actio contra ipsum confitentem intentata, si in personam,vel in rem,&c. argumen. text. in l.cùm post mortem. & quod ibi notatur. ff. quando actio de pec. est annalis cum similibus. Et facient ea , quæ dicentur in proximè sequenti actione,&c.

26 **Vtilis ex ea causa,** qua iuratur, quæ dicitur iurato ria. Primò est aduertendũ q̃ hęc actio iuratoria potest cõsiderari tripliciter. Primò, quãdo iuratur super actione personali. Secũdò,quãdo iuratur super actiõe reali. Tertiò quãdo iuratur super actione mista.& hoc modo separatim eas ponit sanct.Blasius hîc.Sed vt dixi suprà in actione rescissoria, per hoc nõ est necesse multiplicare : quia in effectu vna est iuratoria,licet aliquãdo deseruiat actioni personali,aliquãdo reali,aliquãdo mistæ:& propterea Ioan. in arbore sua non aliter diuisit. Vnde cùm iuratur adiecta causa aduersario deferente, q̃ res est sua, tunc dicitur in rem:vt l.si duo. §.Iulianus.ff.de iureiurando.& in l.nam & posteà.§.finali.eodem titulo.& §.si quis postulante. Institu. de actio.Cùm verò iuratur quòd debes mihi centum:si adiicitur forma,& causa,puta quia vendidi domum,&c.tunc datur ex empto, vel vendito ad rem tradendam, vel pretium:vt habetur in l.si duo. §.si quis.ff.de iureiuran.Si verò non adiecta forma, vel causa iuretur,tunc ex iuramento datur actio in factum,vt habetur in l.actori.C. de reb.credi.& iureiuran.& istis casibus dicetur iuratoria in personã.Cùm verò iuratur super actionibus mistis , puta finium regundorum : vt , iuro quòd fines sunt tales in agro,&c.& tunc dicetur iuratoria mista,& sic potest esse rei persecutoria, vel pœnæ, vel mista,prout est causa,super qua iuratur:puta in causa furti,rapinæ , &c. Et sic iudicabitur stricti iuris vel non, infamet vel non, quòd detur hęredibus vel non,& sic de aliis terminis , prout habetur in l.nam & posteà.§. iureiurando.& §.fi damnetur.& §.fi is, qui.de iureiurando.Et ex his etiam confirmantur dicta in præcedenti actione , vt iudicetur secundùm naturam illius actionis , & causæ,super qua quis fuit in iure confessus : & in his etiam tu videbis,& considerabis.Et quòd hæc iuratoria,sit prætoria,probatur in l.ait prætor.in princip.ff.de iureiuran.&c.

27 **Negotiorum gestorum.** Vt ꝯ.dicetur , hæc actio consideratur multipliciter.Et primò quantum ad actionem negotiorum gestorum directam , dic quòd competit illi,cuius negotia gesta sunt ab aliquo sine mãdato,ipso domino absente:quia,cùm reuertitur, potest conueniri hac actione dictum gestorem , vt reddat rationem administrationis.De hac habetur in §.j.& §.sicut. Insti. de obliga. quæ ex quasi contra.nascun.in l.ij.ff.de neg.gest.quam multũ not. secundùm Bar.quia ponit formam libelli super hac actione.Est & alia actio negotiorum gestorum contraria, quæ competit ipsi gestori,qui se immiscuit negotiis aduersus dominum negotiorum, si aliquid de suo impendit necessariò, vel vtiliter , ad illud scilicet repetendum,vt habetur in d.l.ij.in fi.& d.§.sicut. Et qualiter distinguantur directa,& contraria,ponit glo.& Bart.in l.consensu.ff.de actio.& obliga.& plenius Bar.& alij. in l.curatoris.C.de nego.gest. Item secundùm glo.in d.l.curatoris.quam sequitur sanctus Blasius hîc.Tertio modo consideratur actio negotiorum gestorum, videlicet quòd dicatur vtilis directa,quæ competat domino , cuius negotia gesta sunt ab aliquo , qui ex necessitate officij gerebat : vt in tutore,& curatore,&c.Et de hac volunt doct.quòd loquatur tex. in d.l.curatoris.Quarto modo consideratur,& dicitur actio negotiorum gestorum vtilis vtiliter,quę competit illi,qui ex necessitate officij gessit,si aliquid impendit,&c.Et ratio est in istis duabus vltimis,quia deficiunt verba,& mens legis : quia edictum de negotiis gestis loquitur in gerente sponte,non coactè,item in gerente alterius negotia,non sua.Ita intelligit gl.in d.l.curatoris.Et dantur istę vtiles ex extensione Iurisconsulti,vt etiam de his habetur per glo. & Bar.in l.actio.ff.de nego.gest.Sed est aduertendum quòd secundùm Bart.Vltramon.tenẽt contra:& quòd distinctio gl.in d.l.curatoris.circa nomina & aduerbia nõ est bona,nec lege probatur: & ita etiã tenet ibi Bar.per text.vbi dicit esse casum in l.electio.§. itẽ ex pluribus.ff.de noxa.vbi si non potest habere locũ actio directa noxalis,datur prætoria.Tu adde tex.in l.si pluriũ.in prin.eo.tit. Item,& melius,si diceretur vtilis directa,prout dicit glo.illa,scilicet actio,quæ datur domino aduersus gestorem ex necessitate,dixisset tex.in d.l.curatoris.qui tamen solum dicit vtili actione:argu.no. in c.ad audientiam.de deci.& hoc stringit.Sed aduerte,ne erres : quia

imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

imò videtur ꝙ etiam contra gerẽtem ex neceſsitate detur directa actio negotiorum geſtorũ,per tex.in l. iij. §. curatori.& §. hac ratione.ff.de nego.geſt.vbi cũ tex.nõ dicat vtili,vel directa, ſed ſimpliciter actione negotiorum geſtorũ,& verba ſunt intelligenda in potiori ſignificato, iuxta l.j.§.j.ſi ager.vec.vel emphy. pe.& etiam qui tex.generaliter ſunt intelligendi,iuxta l.j.§.& generaliter.ff.de leg.præſt.Item videtur obſtare totus titu.de admini.tu.cùm detur actio tutelæ:de qua in Spec.in l.ita autem. §. ſi quis.cum ſeq. de admini.tu.§.tutores.Inſti.de obli.q;æ ex quaſi cõtra. Et hoc ſequendo,ſi velles reſpondere ad d.l.curatoris.C. de neg. geſt. prima facie poſſet dici ꝙ ibi conueniebantur hæredes illius,qui geſsit:& verba edicti loquuntur,quando conuenitur gerens. Sed non eundo per ambages,præallegata non obſtant: quia ſecundùm Bartol. in d.§. hac actione.debet ibi intelligi de vtili actione,vt ſic cõcordet cum. d.l.curatoris.Et ratio eſt,quia verba edicti loquũtur in ſponte gerente alterius negotia:ſed cùm quis gerit ex neceſsitate,dicũtur negotia propria,ſaltem cura,& ſolicitudine:arg.l.ſi pupilli. §. itẽ quæritur.ff.de neg.geſt.Et ad tit.de admi.tu.ſcilicet ꝙ detur actio tutelæ,reſponde vt per Bar.in d.§.hac actione.Et reſponſio ſ. data ad l.curatoris:eſt falſa. Primò,quia ibi eſt dictio Etiam, quæ eſt implicatiua,quaſi det intelligere ꝙ & curator , & eius hæredes teneantur vtili actione.Item ex alio non eſt bona, quia actio negotiorum geſtorum datur in hæredes,vt infra dicam: ꝙ non eſſet , caſu quo alia daretur in geſtorẽ,& alia in hæredes.Concludo ergo cũ Bar.in d.l.curatoris.& cum Vltramon. ꝙ actio competens contra geſtorem ex neceſsitate,& quæ datur ipſi geſtori aduerſus dominũ,ſemper dicatur vtilis:nec fit opus addere directò, vel vtiliter ,cõtra gl. in d.l.curatoris.quam ſequitur ſan.Blaſius hîc, & malè, cum reuerẽtia.Et vltra arg.quod feci ſ.vltra Bar.nunc allego tex. vbi eſt caſus in terminis in l.actio.quæ eſt l.antepe.ff.de neg.geſt.ibi dum dicitur:Nec refert an directa quis,an vtili actione agat, vel cõueniatur. Et ſic vel ꝙ agat geſtor ex neceſsitate aduerſus dominum , vel ꝙ cõueniatur,ſemper dicitur vtilis actio:nec additur directò vel vtiliter. Bene inſurgit ibi dubiũ,quia videtur innui ꝙ quãdo eſt geſtum ſponte.ab vtraq; parte dicatur directa: quod eſſet contra ea, quæ ſ.dixi:niſi dicas ꝙ ibi nomen Directa,ſolùm debeat referri ad verbum Agat, non ad verbũ Conueniatur: & ſic ſingula ſingulis referãtur:arg.d.certè.§.is,qui.ff.de preca.& l.communi diuidũdo. §.neq;.ff.commu.diuid. & quæ dixi per d. §. hac actione.d.l.iij. ff. de neg. geſt. Tu ſubtilis cogitabis. Ego ita intelligo pro nunc hanc materiam,licet ſan.Blaſius tranſeat tribus verbis:& de vna,quę,vt dixi ſ.conſideratur tripliciter,nõ reſidendo,ſcilicet cum gloſ. in d. l.curatoris.ipſe fecit quatuor actiones.Secundò,quòd ſit prætoria, probatur in l.j.in prin.ibi:edictũ.& l.iij.in prin.ff.de neg.geſt.licet videatur obſtare tex.in l.aduerſus.C.eo.tit.dum dicit, ciuiliter cõſiſte.Sed intellige vt ibi per glo.& doct.Tertiò,ꝙ ſit actio in perſonam,poteſt probari:quia deſcendit ex quaſi contractu.d. §. igitur. Inſti.de obli.quæ ex quaſi cõtractu,& ex cõtractu,& quaſi, deſcendentes,ſunt in perſonam,iuxta §.omniũ.Inſti.de acti. & ibi gloſ.in ver.modis.& iuxta §.ſequens.Inſti.eo.tit.Sed eſt tex. expreſſus pro hoc in l.pe.C.de nego.geſt.Item ꝙ ſit rei perſecutoria,probatur in d.§.ſequens.ver.earum.Inſti.de act. Quintò ꝙ detur in ſimplum, probatur in §. omnes. Inſti. de act.Et facit , quia datur in id,quod abeſt ex patrimonio.l.ij.in fine.ff.de neg.geſt.Item facit, cùm ſit rei perſecutoria,per l.in honorariis.ver. ille autẽ.de act.& obli.Sextò, ꝙ ſit bonæ fidei, eſt tex.in §.actionũ.Inſti.de actio.Item eſt perpetua,cùm duret triginta annis:vt eſt tex.iũcta gl.& ibi omnes in l.aduerſus.C.de neg.geſt. Octauò,datur hęredibus, & in hæredes.l.iij. §.hæc actio.ff.de neg.geſt.l.curatoris.C.eo.ti.Nonò,ꝙ ſit ſingularis,& etiã ꝙ ſit ſimplex,dic vt in præcedẽtibus.Vndecimò, nõ infamat,cùm nõ reperiatur,vt in Publiciana dixi.& videtur probari in l.actionibus. iuncta l.j.§.qui pro ſocio.ff.de neg.geſt.vbi exprimuntur actiones, quæ infamãt, inter quas nõ eſt iſta:ergo &c.arg.l.cùm prætor.ff.de iudi.& l.maritus.C.de procu. Duodecimò,eſt directa, & vltimò ſit cõtraria,per latè dicta ſ.in primis eius terminis.& eſt tex.in d.§.igitur.Inſtit. de obli. quæ ex quaſi cõtractu. & d.l.actio. de nego.geſt.Et etiã vtilis,vt dixi,& in d.l.actio.Et de hac ſatis,&c.

28 Protutelæ directa & contraria. Primò eſt aduertendum quòd iſta actio conſideratur dupliciter. Vno modo dicitur directa. Alio modo dicitur contraria. Directa actio protutelæ competit pupillo, vel minori contra illum , qui geſsit negotia eorum tanquam tutor , vel curator ſingula ſingulis referendo hoc modo:vel quòd ſciret ſe non eſſe tutorem, vel curatorem, tamen fingebat ſe eſſe: vel quòd ignoraret, putans ſe eſſe ad reddendum adminiſtrationis rationem , & ad intereſſe pupilli vel minoris , &c. habetur in l.j.in princip.& §. pro tutore. & per totum.ff.de eo, qui pro tut. vel cura. nego.geſt. Contraria protutelæ datur ipſis gerentibus ſe pro tutore vel curatore , cùm verè non eſſent , aduerſus pupillum, vel minorem , ſi aliquid neceſſariò , vel vtiliter de ſuo impenderunt in rebus pupilli,vel minoris:& de hac habetur in l.ſi.eo.tit.Et pro cognitione terminorum,aduertatis,quia ſanctus Blaſius,qui ſtudet multiplicare numerum actionum, poſt has duas reliquit vnum circulum,videlicet actionem tutelæ contrariam , quæ longè differt ab actione protutelæ contraria. Tutelæ nanque contraria competit vero tutori aduerſus pupillum,ſi aliquid impendit:& ſic curatori aduerſus minorem. Contraria verò protutelæ datur ei , qui ſe fingebat, vt dixi,vel putabat ſe eſſe,vbi non erat.& de cõtraria tutelæ habetur in l.j.& per totum.ff.de contra.act.tut.de qua j̃.ſtatim dicã.Secundò,hæc actio protutelæ eſt prętoria:vt eſt text. in l.j.in princ. ff.de eo,qui pro tuto.Tertiò,quòd in ſimplum,probatur in d.§.pro tutore. Quartò, eſt rei perſecutoria:vt in d.l.j.§.protutelæ. ff. de eo, qui pro tuto.Quintò,eſt in perſonam,cùm veniat ex contractu: vt dixi in præcedenti proxima.Sextò,ꝙ ſit ſtricti iuris,videtur innui: quia non reperiatur in §.actionum.Inſtit.de act.vt in aliis pluries dictum fuit. Nam in d. §. actionum. licet ſit actio tutelæ , tamen nõ reperitur ibi actio protutelæ.Sed ꝙ ſit bonæ fidei , videtur tenere glo.in d.§.actionũ.in ver.tutelę,dicit in numero plurali.quòd iſtæ actiones cùm reperiantur cõtrariæ,& directę.in dubio omnes debent iudicari bonæ fidei.Item ex alio fundamento:quia in actionibus ſtricti iuris nõ veniunt vſuræ abſq; ſtipulatione: ſed in actionibus bonæ fidei veniunt à tempore moræ: vt habetur in l. quamuis.C.de vſur.Sed in hac actione vſuræ veniunt abſq; ſtipulatione: vt d.l.j.§.in protutelæ.ff.de eo, qui pro tuto.vel cur. nego. Et facit tex.in l.quod ergo .§.contrariũ.de cõtra.act. tu. Breuiter Ioan. de Cremo.in arbore ſua tenet ꝙ iſtæ duæ actiones,directa ſcilicet , & contraria protutelę,ſint ſtricti iuris.per rationem,quia non reperiuntur in §.actionũ.Quem ſequitur Dy.in l.j.in princip.ff.de eo, qui pro tut.vt refert ibi Nic.de Neap.& ſequitur. Idem tenet Dy. Ioan.Fab.& Io.de Pla.& Nic.de Neap.in d.§.actionũ.in gl.in verb. tutelæ.licet Aret.ibi referat Dy.tenere contrariũ:& Bart.in l.j.ff. de eo,qui pro tut.quod tamen non reperi, Concludo igitur ꝙ hæc actio protutelę,tam directa,quàm contraria,ſint ſtricti iuris.Et ad gloſſ.in d.§.actionum. poteſt dici ꝙ loquitur in actione tutelæ. Ad aliud fundamentum,ꝙ vſurę veniãt, &c,reſpondet Nic.de Neapo. in d.l.j.ff.de eo,qui pro tut.quia non inconuenit ꝙ ſint ſtricti iuris, & in aliquo habeant naturam bonę fidei,vt etiam eſt in actione ex teſtamento:vt l.Titię.§.vſuras.de leg.ij.iuncta l.alias.ff.de in lit.iuran. Vide etiam do.Iaſo. præceptorem meum in d.§.actionum.in glo.prędalle.Septimò,ꝙ ſit perpetua:arguitur,cùm ſit rei perſecutoria per regu. l.in honorariis. de act. & ob. Item quòd non infamet,videtur poſſe probari,prout eſt dictum in aliis cùm non reperiatur expreſsè cautum.Sed in contrarium innuit tex.in §.in quibuſdam.Inſti.de pœna teme.liti.vbi dicit ꝙ damnati iudicio tutelæ infamantur,loquendo ſolum de directa actione tutelæ , cùm contrariæ non infament.Et videtur ſentire glo. in d. §. ex quibuſdam, ergo idem ſit in directa protutelę.Prętereà,ſi infamatur verus tutor.à fortiori ille,qui falsò gerit ſe protutore , argumento authen, multò magis.C.de ſacroſan.eccl.Poſſet dici ꝙ non infamet:quia ibi text.loquitur de actione tutelę,non autem protutelę. Item pœnæ ſunt in dubio molliendę.l.interpretatione.de pœn.& facit l. Arrianus.de act.& obliga. Item ex alio,ſi non iudicamus ipſam bonę fidei,vbi eſt fauor,qui ſolet extendi,iuxta l.cùm quidam. de liber. & poſthu.& c.odia.de regu.iur.in vj.A fortiori non debemus dicere in dubio

in dubio quòd infamet,vbi eſt odium,dictis iuribus allegatis:& per conſequens quòd non compræhendatur in dicto §. ex quibuſdam cogitabis. Nonò , ꝙ detur hæredibus , & in hæredes , probatur ex eo , quòd eſt rei perſecutoria:per dictam l.in honorariis. facit reg.l.j. C. vt actio. ab hære. & contra hære. & §. non autem. Inſtitu. de perpe.& temp.actio. cùm etiam pœnales dentur , vt ibi regulariter.Decimò , quòd ſit ſimplex , dic vt in aliis dixi. Et eodem modo quòd ſit ſingularis. Duodecimò, quòd ſit directa, iam eſt probatum in primo termino. Et hoc quantùm ad directam protutelę.Vltimò,quòd ſit contraria,patet etiam in primo termino:& hoc quantùm ad contrariam.

29 Contraria tutelæ. Iſtam dereliquit ſanct. Blaſius, vt dixi in proxima prȩcedenti, & competit vero tutori aduerſus pupillum, ſi aliquid neceſſariò, vel vtiliter impendit,ad repetendũ illud à pupillo. De hac loquitur tex.in l.j.& per totum.ff.de contra.& vti.act.tu.Et idem eſt in curatore.d.l.j.§.hęc actio.& tunc demum cõpetit , ſi ſcilicet eſt finitum officium.d.l.j.§.finito. Secundò, ꝙ ſit ſimplex. Item ꝙ ſingularis,dic vt in præcedenti.Quartò, ꝙ non infamet , probat expreſſe tex.in §.ex quibuſdã.Inſtituta de pœna teme.litigantium.l. furti.§.ſi.ff.de inſa.Quintò,eſt prætoria:vt d.l.j. in prin. ff. de contraria,& vti.act.tu.licet directa actio tutelæ ſit ciuilis , vt dicemus, quando erimus in actionibus ciuilibus. Nec obſtat text.in d.l. j.in prin.in ver.ciuiliter.quia loquitur quantùm ad obligationem,quæ contrahitur ex geſtis à tutore.Sextò,ꝙ ſit contraria , patet ad nomen,& dixi in primo termino: & ſic eſt manifeſtum ꝙ non ſit directa:cùm,vt dixi,illa ſit ciuilis.Octauò,videtur in perſonam, cùm veniat ex quaſi contractu.§.tutores.Inſtit.de obli.quæ ex quaſi cõtra.vt etiam dixi in præcedentibus.Nonò,eſt rei perſecutoria : vt probatur in d.l.j.in ſi.prin.de contra.& vti. act. tu. Decimò, quòd detur in ſimplum,probatur in eo.prin.l.j.§.quod ergo.& §.in hoc iudicio. Vndecimò , videtur quòd ſit ſtricti iuris , ex eo quia non reperitur in §.actionum.Et ita tenet Dyn.vt refert Nico. de Neapo. in l. prima.in princip. ff. de eo , qui pro tut. tamen gloſſ. in §. actionum. in ver.tutelæ.Inſtitu.de actio. tenet contrarium, ſcilicet quòd ſit bonæ fidei : quam approbat Dyn. vt refert ibi do. Iaſo. do.meus,& ſequitur Ioan.Faber,& do.Pet.de Bellaper.& Nico.de Neapo. & etiam Aret. & vltra rationem glo.quam Dyn.dicit eſſe debilem , facit , quia in iudiciis eſt ſeruanda æqualitas,per l.ſi cùm dies.§.pe.ff.de arbi.facit etiam gloſſ. ad hoc in dicto §.actionum.in verſi.pignoratitia. quæ idem vult de pignoratitia contraria , &c. & Ioan. Faber,mouit dubium quare Imperator non fecit mentionem de contrariis , prout dixit ex locato , & conducto , &c. quæ habito reſpectu de locatore ad conductorem , videntur vt directa , & contraria. &c. vide per do.Iaſo.ibi. Duodecimò , quòd ſit perpetua , dic vt in ſuperiori , cùm ſit rei perſecutoria.Et eſt text. apertus in l. quod ergo. §. fin.de contra. & vti.actio.tut. & facit, quia etiam directa actio tutelæ eſt perpetua : vt l. tutores.C.eod. titu.& in iudiciis eſt ſeruanda æqualitas , vt ſ. dixi. Vltimò , datur hæredibus , & in hæredes.dicta l. quod ergo.§.fin. de contra. & vti. actio.tu.

30 Depoſiti in quatuor caſibus directa, & contraria. Primò eſt aduertendũ ꝙ actio depoſiti regulariter eſt ciuilis, vt videmus j̃.inter ciuiles actiones:ſed in quatuor caſibus prætor dedit actionem depoſiti,ſcilicet quando metu tumultus , & incendij, ruinæ,aut naufragij aliquis depoſuit rem ſuam pœnes alium:& ſic depoſitũ deſcendit potiùs ex neceſsitate , quàm ex voluntate.Vnde in iſtis caſibus datur ipſi deponenti directa actio depoſiti , quæ principio ineſt in ſimplum:id eſt , datur ad rem depoſitam ſolùm: ſed ex inficiatione,& perfidia depoſitarij creſcit , & datur in duplum.De hac actione habetur in l. j. cum duabus ſeq.ff. depoſi. & ibi glo.in ver.in duplum.Et eſt tex.cum gloſ.in §.in duplum.Inſti. de act.& §.ſequens.ver.planè.eo.tit.Et hoc ꝙ detur, ſcilicet in duplum,intelligitur intra annum,non autem poſt: vt habetur in §. ſed furti quidem.& §.at illæ.Inſtit.eo.Et ratio differentiæ,quare in depoſito ex voluntate ſemper detur in ſimplum,& in hac ſecus eſt: quia hîc non potuit ita deliberare,& prouidere apud quem deponeret,vt dicit glo.in d.ver.planè. & in ver.dolo. & l.j.§.merito. ff. depo. Et ſic conſideratur iſta actio directa ex parte deponentis. Item & ſecundò conſideratur contraria ex parte depoſitarij, ſi aliquid impendit neceſſariò , vel vtiliter in re depoſita : prout etiam dixi in aliis præcedentibus.quòd reperiuntur directæ & cõtrariæ. Et propterà,tu inuenis,aduertas ad rubricam ff.depo. dum dicit, vel contra:quaſi dicat,& de directa actione depoſiti,& contraria. Et de contraria actione tutelæ eſt tex.in l. ei, apud quem. in princ. ff.depoſi.licet etiam poſsit loqui de alia contraria ciuili:& vide tex. in l. quod tumultus.eo.tit.Secundò,ꝙ ſit prætoria,probatur in l.j. §.j.& d.§.ſequens.ver.planè.Inſtit.de act.Tertiò, quòd ſit in perſonam,innuitur, cùm veniat ex quaſi contractu , vt eſt dictum in præcedentibus.Quartò,eſt rei perſecutoria regulariter , ſed ex inficiatione creſcit,& eſt pœnæ perſecutoria,cùm detur in duplum. dicto §. in duplum. cum aliis , quæ alleg. & inde poſſet dici miſta : vt dicto §. ſequens. verſi. planè.in fin. Quintò, datur in ſimplum , & quandoque in duplum , vt dixi ſ. in primo termino. Sextò , quòd ſit bonæ fidei, patet , quia reperitur in §.actionum. Inſtitu. de actio. Septimò , poteſt eſſe perpetua , & annalis,ſecundùm varios terminos , vt dixi ſ.in primo termino , & habetur in dicta l. quod tumultus. ff. depoſi. Octauò , datur hæredibus , & in hæredes , ſecundùm tamen varios terminos , vt habetur etiam in dicta l. quod tumultus. Nonò , eſt infamatoria , vt in §. ex quibuſdam.Inſtit.de pœna teme. liti.Intellige de directa actione, cùm contraria non infamet: vt eo. §. ſicut in aliis contrariis. Decimò, quòd ſit directa , patet ſ.in primo termino habendo reſpectum ad directam. Vndecimò , quòd contraria , patet eodem modo. Item eſt ſingularis per dicta in Publiciana. Vltimò eſt ſimplex, per ibi dicta.

31 Viæ reiectæ. Primò eſt ſciendum, quòd ſunt opi. an iſta ſit proprium nomen actionis , vel ſit adiectio ad actionem in factum,quæ datur ex illo edicto de via publica.& gloſſ.in l.ſi in agrum.ff.de via pub. &itine. pub.reſi. videtur tenere cum Ioanne,& ſic ꝙ non ſit proprium actionis nomen,ſed propter viam reiectam detur actio in factum , vel vtilis actio legis Aquiliæ.quod patet,dum glo.ibi ſubdit:vt quidã. Ita ſequitur Bar. ibi:ſed Ioan.Cremo.in arbore,vult quòd ſit propriũ nomen actionis : ex quo videtur redargui vna opi.ſancti Blaſij, quam tenet in j. q.tractatus,vbi dicit quòd Ioan.Cremo.qui fecit arborem,fuit ille, de quo Accur.ſæpiſsimè in glo.ſuis mentionem facit. Nam hoc nõ videtur verum:quia Ioan.Cremo.in arbore tenet quòd iſta actio habeat proprium nomen de per ſe: & tamen Ioan. gloſſator tenet contra in d.l.ſi in agrum.in glo.j.nec eſt dicendum quòd ita in hoc fuit ſibi contrarius.cogitabis.Nam ſi in d.l.ſi in agrum. ita reſupine fuiſſet ſibi contrarius,poteris videre.Bene verum eſt quòd glo. in cle.ſi.de teſti.videtur innuere cum dicto ſancti Blaſij : niſi dicamus quòd Ioan.in hoc fuit ſibi contrarius. cogitabis. Quantùm tamen ad hanc actionem tex. in d. l. ſi in agrum. videtur velle quòd ſit proprium nomen , dum dicit: Viæ reiectæ actio dabitur. vt etiã dicitur l.qui act.vt l.ſed & ſi.§.iniuriam.ff.ad legem Aquil. & in fine facit,quia aliâs genitiuus ſolet importare de per ſe,iuxta no. in rubrica de noui oper. nun. Poſſet bene eſſe ꝙ hodie ſit loco adiectionis, cùm loco cuiuſlibet interdicti detur actio in factum : vt in §.fin.Inſtitu.de interdi.Et latè dicetur in materia interdictorum. Et quòd ſit proprium nomen , facit , quia datur quanti actoris intereſt.dicta l.ſi in agrum.vt etiam dicitur in illo interdicto de via publica,quòd detur quanti intereſt : vt habetur in l. prima.§. fin. eod.titulo.Et poſſet fortè attentari quòd illud interdictum de via publica non differat ab actione , ex eo quòd reficiendo quis viam publicam , ſi reiicit in fundum alterius. Sed iſtud eſt in capite edicti: quia debet ſeruare ille , qui reficit , veterem altitudinem: dicta lege prima. in principio verſi. viam. Sed cogitabis: pro nunc non recedo ab opinione antiquorum,& maiorum,&c.Et redeundo ad terminos huius actionis.eſt ſciendũ ꝙ competit illi , in cuius fundo via publica eſt reiecta ab alio , qui reficiebat,fortè gratia dilatandi fundum ſuum , & datur quanti intereſt domini fundi.Ita habetu

in d.l

Universidad de Deusto
Biblioteca

in d.l.si in agrum.ff. de via publi.& iti. pub.resi. Secundò, quòd sit simplex,patet, cùm cognoscatur actor à reo, vt dixi in Publiciana. Et eodem modo quòd sit singularis.Quartò,quòd sit directa,probatur , quia ex verbis & mente prætoris.d.l. si in agrum. Quintò, non est contraria,iuxta glo.in d.l.consensu.ff.de act.& obli.Sextò, quòd nõ infamet,patet cùm non sit expressum:vt in pluribus dixi. Septimò,quòd detur hæredibus , & in hæredes, potest probari per §.non autem.Insti.de perpe.& tempo.act.in fi.& ex his,quæ habentur in d.l.si in agrum.§.fi.Octauò probatur,ex quo est rei persecutoria,per reg.l.in honorariis.de act.&ob.Et nonò,quòd sit rei persecutoria,probari potest, cùm detur ex quasi maleficio : sicut dicimus in his,quæ dantur ex quasi contractu,& contractu: vt in §.sequens.ver.earum.Insti.de actio. & dixi in pluribus præcedentibus. Decimò,quòd sit stricti iuris,patet, cùm nõ reperiatur in §.actionum. Vndecimò,quòd detur in simplum, potest probari, cùm detur ad interesse:vt dixi per no.in l.si in agrum. Duodecimò, quòd sit in personam,potest argui,cùm sit ex quasi maleficio,per d.§.sequens. &c. Vltimò, quòd sit prætoria , potest probari in d.l.j. in prin.ff.de via publi.& itine.publi.resi.&c.

32 **Quod metus causa.** Ante omnia sciendum est quòd hęc actio quod metus causa personalis differt ab vtili actione in rem, quæ datur metum passo,de qua s. est visum : vt potest colligi ex dictis per glos. & doc.in l.metum.§.volenti.ff.quod met.cau.Nam secundùm primã lec.ibi,vtilis in rem,quæ datur metum passo,habet locum, quando metus intercesit super incorporalibus : sed ista quod metus causa personalis,quando super corporalibus.Sed secundũ lec.Io.differũt, scilicet quòd actio quod metus causa procedat aut pur cũ vtili in rem,vt in corporalibus vtraq; procedat, sed super incorporalibus solùm quod metus causa. Sed secundũ tertiam lect. quæ fuit Azo. quã sequitur Bar.per l.si mulier.§.fi.ff.quod me.cau.ista actio personalis quod metus causa,datur vbicunq; datur vtilis in rem: vt scilicet si per metum fuit translatũ dominiũ alicuius rei , vel quis per metum fuit ab actione liberatus , datur quod metus causa , vt quis restituatur in pristinũ statum,& quasi reincidit in lec.Io. vt scilicet ista quod metus causa personalis,detur etiam vbi datur vtilis in rẽ, scilicet circa corporalia. Sed additur illud , quia nunc est vtilis ista quod metus causa,vbi prius erat directa.Ita colligitur ex opi. Azo. secundùm verba Bar.si bene ponderabis in d.§. volenti.ver. tertia lec.& ita dicit glos.mag. dum dicit: Ideo dic secundùm Azo. quòd etiam prima personalis datur vtilis, &c. Et ex his habes primũ terminum,scilicet cui cõpetat,& quãdo,hęc actio.Et pro plena intelligentia vltra ea,quæ dixi s.in vtili in rem,quæ datur metum passo adde quòd debes scire ratione metus esse prodita tria remedia , scilicet vtilis in rem,quãdo sumus in corporalibus , vt in alienatione alicuius rei:vtilis in personã,tam in corporalibus , quã in incorporalibus:itẽ datur exceptio metus,puta quãdo quis promisit numerare pecuniã,& numeratio nõ fuit secuta : quia datur illi, qui promisit exceptionẽ metus, & datur negotio nondũ perfecto:licet aliquãdo detur etiã negotio perfecto:puta, si res, quã dederã per metum,redibit ad me,& ego cõueniar:quia excipiã de metu. De vtili in rẽ,& de vtili in personã,habetur in iuribus pręall. De hac exceptione est tex.cũ gl.in d.l.metũ.§.sed quod prętor.ver. siue imperfecta.ff.quod me.cau.Et vide quę alleg.s.in vtili in rem, quæ datur metũ passo:& adde hĩc dicta. Secũdò, quòd sit prętoria,est tex.in l.j.in prin.ff.quod me.cau. & per alia iura, quę allegaui in vtili in rẽ: vbi vide.Tertiò est in personã:vt in §.prætereà quasdã. in verb. in personã.Insti.de act.Est bene verũ,q; est scripta in rem:& sic datur cõtra omnes,ad quos peruenit cõmodum ex metu:vt est text.in l.metũ.§.cùm autẽ.ff.quod me.cau,in l.si cũ exceptione.§.in hac.eo. tit.gl.in d.§.cùm autẽ.Et sic patet, q; datur cõtra tertiũ possessorẽ. Hinc Bar.in l.iij.C.eo.tit.versi.circa hoc quęritur.& versi.sed ego. post glo.mag.ibi reuocat in dubiũ, vnde nascat hęc actio personalis in rẽ scripta: & pertrãsit, q; nascatur ex variis figuris causarum, quasi cõtrahat quędã obligatio ex sola rei peruẽtione , & propterea hęc actio sit in rẽ scripta, & detur etiã cõtra tertiũ possessorem: vtilis verò in rẽ detur,eo quia quis possidebat,arg.l.de eo.§.fi.ff.ad exhi.sicut aliãs in actione ad exhibẽdũ,quę est personalis, & in rem scripta:vt l.iij.§.est autẽ.& §.fi.ff.ad exhi.sic etiã in pluribus interdictis.l.j.§.pe.ff.de interdi.& j. suis locis ostendemus. Quartò,potest dici q; sit rei persecutoria,ex eo q; est in rem scripta,vt dixi s.in vtili in rẽ,& iuxta l.iij.& iiij.C.quod me.cau.Et aliquãdo est pœnę persecutoria,& facit, cùm def cõtra quẽlibet possidentem.l. metũ. §.fi.ff.eo.& vide tex.in l.quod diximus.§.hęc actio.ff.eo.tit.Quintò,datur in simplum regulariter:sed res,si nõ restituitur,in quadruplum intra annũ vtilem,& post annũ in simplum.d.l. iiij. & l.si cũ exceptione.§.j.& seq.& §.in hac.in fi.& §.hæc autẽ actio.ff. eo.cũ his,quæ allegaui s.in vtili in rem ad istum terminũ. Vide etiã in §. quadrupli.& §.item actio.Insti. de act. Sextò , quòd sit stricti iuris, patet,cùm non reperiatur in §.actionũ.Septimò, est arbitraria:vt in §.prætereà quasdam.Insti.de act.in l.si cũ exceptione.§.hęc autem actio.ff.quod me.cau.cũ simili.Octauò,potest dici q; sit perpetua,ex eo q; est personalis:& personales durant per triginta annos. l.pe.versi.quas omnes.C.de cõsti.pecu. Sed est aduertendũ, quia secundũ gl.in d.l.iij.C.quod met.cau.in ver.munitus. quã dicit Bar. no.licet ista actio sit personalis,non tamẽ durat triginta annis,contra d.l.pe.sed solũ viginti.Et ratio est,secundũ gl.prælleg. & etiam Bar.quia cùm hæc actio sit in rem scripta , & sic excedat suos terminos,cùm detur cõtra quẽlibet possidentẽ, vt s. est dictũ, exceditur etiã à suis terminis.ar.l.fi.in fin.C. de edi.diui Adria. tol. & per consequẽs nõ durat,sicut aliæ personales.vide ibi. Item hoc intellige quantum ad rei persecutionem, & sic ad simplum : quia ad quadruplum non durat nisi per annũ, vt s.dixi. Nonò, datur hæredibus,& aliis successoribus: vt dixi in vtili in rem,l. quod diximus.§. hæc actio.ff.quod me.cau.Vide quæ dixi in vtili in rem circa hunc terminũ.In hęredes datur in id,quod ad eos peruenit.d.§. quod dixi mus.Decimò,non infamat,per ea,quę in Publiciana,& aliis dixi. Et ita firmat glo.in l.si cum exceptione.§. eum, qui. ff. quod met. cau. licet Pla. dixerit contrarium, ex eo quòd admittat secum aliã actionẽ de dolo,& etiã descẽdat ex causa famosa:sed nõ obstat,sicut aliãs est in interdictis.l.neq;.ff.de vi & vi arma.Itẽ alias in cõdictionibus.l.cessat.ff.de act.& obl.& ita sequif Bar.in d.§.eũ,qui.Vndecimò,q; sit vtilis, patet ex dictis in primo fundamẽto. Itẽ nõ cõtraria per dicta in pręcedẽti.Item est singularis,& simplex,vt clarè patet.

33 **De dolo malo.** Hæc competit illi, qui recipit damnum dolo malo alicuius : vel si quis aduersus ipsum dolosè versetur consulendo , vel quid simile dolo faciendo : tunc si non supereſt ei aliqua actio , qua possit experiri, datur sibi hæc de dolo. Ita probatur in l.j. §.j. & per totum.ff. de dolo. Item est aduertendum , quòd datur cum causæ cognitione: nec potest dari pro modica quantitate , sed debet excedi summa duorum aureorum:vt l.si olim. §.fin.& l.sequenti.cum princ.l.non debet.ff.de dolo.habetur in §.gallinarum.Insti.de re.diui. Nec etiã datur contra quasdam personas , de quibus habetur in d.l. non debet.Sed eo casu eius loco datur in factum actio,quæ verbis temperatur,cùm debeat fieri mentio bonæ fidei:vt videtur transire Bartolus post Vltramon.in dicta l.non debet. & Cyn.in l.si superstite. C.eodem titulo. Et vt etiam dicit sanctus Blasius hĩc , est multum aduertendum super quo contractu interuenerit dolus , aut in contractu bonæ fidei,aut stricti iuris:de quo habetur in l. & eleganter. per gloss.& omnes eodem titulo.in l.si quis cùm aliter. de verborũ oblig.maximè per repetentes.Ibi addit etiam vnum verbum,quòd dolus debet esse talis,qui cadat in constantem virum: aliãs adscribe retur leuitati,& fatuitati potiùs,quàm dolo; per ea,quæ habentur per Innoc. in c. cùm dilectus.ff. de his, quæ vi, metúsve cau. & ibi etiam per do. Abb. & dicit esse menti tenendum pro articulis faciendis in hac actione:ita sanctus Blasius. Aduerte circa hoc,quia si est verum, est multũ no. & potest dupliciter intelligi , scilicet quòd dolus adhibeatur à constante viro , vt teneatur de dolo : vel quòd dolus adhibeatur contra constantem virũ, aliãs dolosus non tenea tur de dolo. Intelligendo primo modo credo q; nõ sit verũ.Primò per bonũ simile:quia in actione quod metus causa Iurisc̃onsultus interpretatur de metu,qui cadat in cõstantissimũ virũ, vt s. diximus, & l.metum.j.& ij.ff.quod me.cau. quasi non contentus de simplici

metu

metu.Sed in hac actione de dolo non fuit aliter dictum:igitur.arg. c.ad audiẽtiam.cum fi.de deci.Item,& fortius, si hoc esset verum, sequeretur q; pupillus esset constans vir:cùm pupillus possit committere dolum,& teneri de dolo,per l.harum. §.item in causę.ver. ego arbitror.ff.de dolo.Pupillus autem est infirmi consilij , & captionibus potius suppositus.l.j.cũ si.ff. de mino.ergo,&c. Item restringeretur diffinitio doli,vt non intelligatur in persona pupilli, & similium personarum,contra l.j.§.dolum.ff.de dolo. Et per hoc primo modo non potest intelligi. Item & altero modo non potest stare:primò per tertium fundamentum s. adductũ. Item sequeretur q; quis ex suo dolo præmium reportaret, contra l.fi.in fi. C.si cer.pe.Sed fortè voluerunt ita intelligere,q; ex quo minoribus nõ potest dari actio de dolo,ex quo est famosa,& datur in subsidium, vbi alia non datur.d.l.j.§.verba.ibi alia actio non erit:& cũ minoribus detur in integrum restitutio,si sunt decepti.l.j. & l. diuus. §. nec intra has.ff.de in integ.resti.& l.j.§.idem Pomponius.ff.de dolo.corolariè sequitur q; actio de dolo non possit competere inconstantibus,& sic minoribus,cùm requiratur q; dolus cadat in constantem virum. Ita credo q; possit bene se ita intelligere sanctus Blasius,licet verba sua non ostendant hunc spiritum. Et ad c. cùm dilectus.respondet plenè q; nihil facit,quia non videntur decepti, qui meliorem vitam elegerunt:vt dicit ibi glo. fi. Et etiam ex alio, quia ibi sumus in spiritualibus,in quibus cùm etiam non habeat locum in integrum restitutio, à fortiori non habet locũ actio de dolo.quæ est famosa:cùm facilius concedatur restitutio , quàm actio de dolo.per l.diuus.§.nec intra has.& d.§.idẽ Pomponius. Ita ego intelligerem pro nunc istos terminos, in quibus tu cogitabis , quia non legi apud alios.Secundò,hęc actio est prætoria : vt ff.de dolo. l.j.in prin.& §.ait prætor.& l.si oleum.§.fi.& l.item exigit prętor. ff.eo.tit.Tertiò est in personam:vt §.prætereà. ver. in personam. Instit.de acti. cum simi. Quartò potest dici q; sit rei persecutoria: quia datur in id,quod ad aliquem peruenit.l.sed si ex dolo.§. item si quid. & l. si plures.§. hæc actio. ff.de dolo. cum simi.Aliquando autem est pœnæ persecutoria,cùm possit iurari in litem, & ex cõtumacia reus condemnari quanti iuratum est , vel iudicis arbitrio: vt l. arbitrio. §.j.ff. eo.Quintò, q; detur in simplum, patet in d.§. hæc actio.& d.§.item siquidem.Sextò, q; sit stricti iuris , probatur ex §.actionum.Insti.de act.Septimò, nõ est perpetua,sed durat tantum per duos annos connumerandos à die commissi: doli continuo,vt habetur in l.fin.& vide C. de dolo.Et in hoc sunt correcta iura antiqua:vt l.iij.vbi vide.C.eo.tit.Octauo potest dici q; detur hæredibus,per §.non autem.Insti.de perpe. & temp. act. in l. hæredibus.ff.de dolo.In hæredes datur de eo , quod ad eos peruenit, d.l.hęredibus.& l.si plures.§.hæc actio.& l.in hæredem. ff. eod. tit. cum simi.Nonò, est actio famosa.l.j.§.prætor ait.ff.de dolo.d.§.ex quibusdam.Insti.de pœ.teme.lit.Decimò, q; sit directa,patet,quia ex verbis,& mente prætoris,& iuribus in secundo termino alleg. Item non est contraria,vt in præcedentibus dixi.Item q; sit singularis , & etiam simplex , patet manifestè. Addo & decimoquartò quòd est arbitraria,in d.l.arbitrio.§.j.ff.de dolo.Instit.de actio. in §.prætereà.cum simil. &c.

34 **Furti manifesti.** Primò est sciendum quòd hęc actio competit illi,cuius interest furtum illud manifestum non esse factum : & de hac habetur in §.furti autem actio.Insti.de oblig.quæ ex deli.nascun.cum simi.Nec refert an ille,apud quem res est subtracta sit dominus,vel non , dummodo eius interſit : vt d.§.furti.& §.fi. Instit. vi bo. rap. Et fur manifestus dicitur,qui facto furto antè , quàm ad locũ destinatum rem præferat,depræhenditur in publico ,vel priuato loco, siue à domino, siue à quocunque : vt habetur in l. iij. iiij. & v. ff. de fur. Imò plus , quòd si dum fur fugit , abiiciat furtum , etiam erit fur manifestus : vt est text.in l.si quis in seruitute.§. sed Celsus. ff. de fur. Habetur etiã in manifestis.Institu.de obli.quæ ex delict.nascun.& l.vulgaris.ff.eo.& in c.vulgaris.de pœni. dist.j. Et si aliquis caperet furẽ,nõ posset ipsum retinere vltra viginti horas,iuxta ea,quæ habentur in l. capite quinto. ff. de adul.aliãs quis incideret in pœnã priuati carceris,de qua in l.j.C.de pri.carc.Etiã dato q; laicus caperet furem , vt per Bart.in dicta l. si quis in seruitute. & per Bald.in c.cùm non ab homine.de iud.refert sanctus Blasius hic. Est etiam aduertẽdum quòd pœna furti manifesti est in quadruplum,in quo non continetur rei persecutio,cùm absq; quadruplo ad rem ipsam possit agi conditione furtiua vel rei,vendicatione.conditione furtiua aduersus furem , vel eius hæredem,rei vendicatione aduersus quẽcunq; possessorem:vt habetur in §.fi.Institu. de obliga. quę ex deli.nas.Et quòd in quadruplo non insit rei persecutio , probatur in dicto §.fin.dum dicit,ad pœnæ tantum persecutionem. & probatur in §.sic itaq;.ibi:vt extra pœnam,&c.Institu.de act. Et quòd agatur ad quadruplum,intelligitur intra annum : post annum verò datur in simplum. In eo autem quod dixi , q; potest dari condictio furtiua , & rei vendicatio, est intelligendum , si quis sit dominus.Si autem nõ sit dominus,quod remedium habeat,vide Bar. in l.manifestissimi.C.de fur.per Ang.Aret.in d.§.fi.insti.de obliga. quę ex deli. nascun. Item est vlterius sciendum quòd ista actio, quę datur ad quadruplum,& alię:vt s.cùm sint ciuiles,per d.§. fin. dicta causa esset agitãda coram iudice causarũ ciuilium: sicut aliãs causæ criminales non agitantur coram iudice ciuilium:vt habetur in l.solemnis.§.latrunculator.ff.de iudi.cum fi.licet in contrarium videatur tex.in l.ex eo.C.de agen.in re.lib.xij. Item etiã posset agi criminaliter:vt habetur in l.fina.ff.de fur.Sed in hoc est etiam pro iuuenibus aduertendum,an scilicet pro furto quis de iure possit suspendi:& in hoc non reperies multa iura. De iure Digestorum reperitur text.qui facit mentionem de pœna furcarum, in l.capitalium.§.famosos.ff.de pœn. qui tamen duobus modis intelligitur, vt j. dicam. De iure nouo est text.in auth.sed nouo iure. & in corpore vnde sumitur.C.de seruis fugitiuis qui dicit quòd pro furto quis non moritur.Est & alius text.magis nouus in §.fi quis quinq; solidos.in auth.de pact.tenen. in x.collatio.Sed secundùm Bartol. in d.§.famosos.secundùm vnam lecturam.quãdo est fur famosus, qui de iure Digestorum potest suspendi, per illum textum secus, quãdo nõ est famosus.& ita loquitur text.in d.auth.sed nouo iure. & tex.in l.fi.ff.de fur.Sed de iure nouissimo vltra quinq; ducatos quis potest suspendi:aliãs fustigabitur. Ita loquitur text.in d.§.si quis quinq;.Et ita etiam firmat glo.in §.iniuria.in tit.de pa. iur.fir. licet quidam per illum tex.velint in hoc esse reuersum ad leges antiquas:prout refert Bartol.in d.§.famosos.qui tandem tenet illam gl.in puncto iuris:licet per viam statutorum dicatur esse prouisum in qualibet ciuitate.Quis autem dicatur famosus latro, vide glo.& doct,in d.§.sed nouo iure.& Bar.in d.§.famosos. Vide in materia maximè Bal.& Sali. in d.auth. sed nouo iure. Vide etiam in materia vnum mirabile dictum Bar.in l.si dominium.ff.de fur.quòd scilicet ex mutatione territorij noua nascitur actio furti ad vindictam publicam,& dicuntur furta multiplicari,per quod multi suspenduntur:vt refert Ange.Aret.quem vide in §.j.in j.col. Instit. de oblig.quę ex deli.nascun.Secundò,quòd sit prętoria , est text.in §.furti autem.Instit.de perpe.& tempo.act.cum si.Tertiò,q; sit in personam,patet,cùm veniat ex delicto, prout dixi in his, quæ veniunt ex contractu,per d.§.sequens.Insti.de actio.Quartò, quòd sit rei persecutoria,satis patet ex dictis suprà in primo eius termino.Quintò , q; detur in quadruplũ,superius dixi,& allegaui. Sextò ,q; sit stricti iuris ,patet in d.§.actionum.Septimò, q; sit perpetua,vel temporalis,patet ex allegatis in termino s.Octauò,q; detur hęredibus,probatur in §.non autem.Insti.de perpe.& temp.act.& §.pœnales.In hęredes non, nisi de eo,quod ad eos peruenit: per dicta in aliis,&c.Nonò, q; infamet,probatur in l.furti.ff.de insa.in §. ex quibusdam.Institi.de pœna teme.liti.cum si.Decimò, q; directa, patet,quia ex verbis,& mente.Vndecimò,q; non cõtraria,clarum est.Item q; singularis,& simplex,planè intelligas,&c.

35 **Furti aduersus** nautas , caupones stabularios. Antè quàm vadam vlterius, primò est aduertẽdum,q; Ioan.in arbore sua posuit istam actionẽ furti aduersus nautas,&c.Deinde in duobus aliis circulis posuit duas actiones in factum.Vna est in simplum aduersus caupones,&c.Alia in duplũ: & ambæ dicuntur in factum. Et licet sanctus Blasius statim post illam furti subdat illas duas,tamen nos sequemur ordinem arboris

Universidad de Deusto
Biblioteca

Io et de illis, suis locis dicemus. Ad hanc dicas q̃ cõpetit illi, cui est factum furtũ in caupona, naui, vel stabulo alterius per suos famulos, quorũ opera dicti nautæ, scilicet caupones, vel stabularij vtũtur, vel etiã q̃ cõsilio cauponũ, nautarũ, & stabulariorũ, furtum sit factum. Et hęc actio datur in duplum. & de his est tex. in l. j. in prin. & §. nauigandi. ff. fur. aduer. nau. cau. sta. Et est in electione ipsius, qui rem amisit, an velit agere hac actione prætoria contra exercitorem nauis, an verò contra furem actione furti, & sic actione ciuili. d. §. nauigandi. in fine. Et secundùm Bar. in rub. ff. eo. tit. referendo Dy. & Rof. in libellis suis, ista actio appellatur in factum aduer. nau. caup. &c. Nec est actio furti manifesti, vel non, prout quidam dicunt. Et vltra Barto. hoc probatur in d. §. nauigandi. in fi. iuncta glos. in ver. experiri. Quæ autem sit differentia inter hãc actionem, & illam, de qua in titu. nau. caup. stab. gl. in rub. ff. eod. tit. & in rub. fur. aduer. nau. & etiam colligitur ex glos. in l. licet. §. in factum. ff. nau. cau. ponit plures differentias. Quę autem sint bonę, & quę nõ, vide Bart. in d. rub. ff. fur. aduer. nau. Ad illud autem, quod dixi, q̃ hæc actio datur in duplum, est aduertẽdum: quia licet gl. in d. rub. ff. nau. caup. dicat q̃ in hoc duplo ineſt rei persecutio, tamen secundùm Bart. in d. rub. vult dicere contrarium, vt scilicet in hoc duplo non insit rei persecutio, sed totum sit pœna. Et quòd sit actio in factum, probat text. optimus in materia ista in §. itẽ exercitor. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. in l. fin. §. hæc actio. ff. nau. cau. stab. Reliqua pro terminis vide in locis prælleg. & dicetur, cùm erimus circa illas duas actiones in factum, de quibus s̃. mentionem habui. Secũdò, q̃ sit prętoria, est tex. in dicta l. j. §. nauigãdi. in duobus locis, ibi: ex edicto prætoris. & ibi: iure honorario. & l. fi. §. hæc iudicia. ff. nau. caupo. Tertiò, q̃ sit in personam, probatur, cùm veniat ex quasi delicto. d. §. finali. Institu, de oblig. quæ ex quasi deli. Quartò q̃ sit rei persecutoria, probatur in dicta l. j. Et est etiã pœnæ persecutoria, vt ibidem. Quintò quòd sit in duplum, probaui suprà in primo termino. Sextò, q̃ sit stricti iuris, patet in d. §. actionum. Septimò potest dici q̃ sit perpetua quãtum ad rei persecutionem, & annalis sit quantum ad pœnam, per ea, quæ habentur in l. in honorariis. de act. & oblig. Et satis patet ex his, quæ dixi in proxima præcedenti. Vide tex. in dicta l. fi. §. hæc iudicia. Octauò, q̃ detur hæredibus, patet ex text. in d. §. fin. Institu. de oblig. quę ex deli. nascun. Sed contra hæredes non datur. d. l. fi. §. hæc iudicia. ver. in hæredem. Nisi dicamus quòd teneantur de eo, quod ad eos peruenit, prout dicitur in multis pœnalibus: vt in §. penulti. Institu. de perpe. & tempo. actio. Nonò, nõ infamat, per dicta in Publiciana. Item est directa, per dicta in præcedenti. Item non est contraria, eodem modo. Item est simplex, & singularis, vt in præcedenti, &c.

36 **Serui corrupti.** Hæc competit domino serui aduersus illum, qui suo consilio, & persuasionibus seruum talem corrupit, vel q̃ ortatus sit eum ad furtum faciendum, vel quod simile delictum, vel cùm deteriorem fecerit animo, & moribus, puta contumacem domino, luxuriosum, & sic de similibus: prout hæc omnia probãtur in l. j. & seq. ff. de ser. coru. in l. si quis persuaserit. C. eod. §. vnde. Institu. de act. & obli. quæ ex delict. nascun. & §. in duplum, in ver. item serui. Insti. de act. Et datur in duplum, vt dictis iuribus. Bene verum est, q̃ in duplo ineſt simplum, cùm non sit totum pœna. Tex. est in l. vt tantũ. §. in hac. ff. de ser. corru. glos. in l. j. in princip. ver. in duplum. eod. titu. Et est aduertendum q̃ habet locum in seruis corruptis solum: quia si corrumperetur filiusfamilias tunc non habet locum hęc actio, sed succedit vtilis actio: & respectu interesse potest deferri iuramẽtum in litem, reseruata taxatione iudici: vt est text. & ibi bona glo. & doct. in d. l. vt tantum. §. j. ff. eo. Secũdò, q̃ sit simplex. Item q̃ singularis. Item q̃ nõ contraria, sunt termini manifesti, per sæpe dicta in præcedentibus. Quintò, q̃ sit prætoria, est text. in l. j. in prin. ff. de ser. corru. cũ si. Sextò, q̃ sit in personam, probatur, cùm sit ex delicto. vt dixi in pluribus aliis. Et q̃ sit ex delicto, est text. in l. in hoc iudicio. ff. de ser. corrup. Septimò, q̃ sit rei persecutoria quantum ad rem, patet ex ẽ. dicendis. Octauò datur in duplum: vt l. doli. §. hæc actio. j. & l. si quis. §. fi. & l. vt tantum. §. in hac. ff. de ser. cor. d. ver. item serui. Instit. de act. intelligendo sanè q̃ insit rei persecutio, vt dixi in primo termino. Et ex hoc arguitur q̃ sit etiam persecutoria. Nonò, est stricti iuris. d. §. actionum. Item est perpetua, & non temporalis: vt est tex. in l. hęc actio. ff. de ser. cor. Intellige sanè quãtum ad rem persequẽdam: aliâs est annalis, per reg. l. in honorariis. de act. & oblig. cogitabis. Vndecimò, datur hæredibus: vt d. §. hæc actio. In hæredes non datur, ex eo q̃ pœnalis, per illum text. nisi saltem de eo, quod ad eos peruenit: vt in præcedenti dixi. Item non infamat, per dicta in Publiciana. Vltimò est directa, cùm veniat ex verbis, & mẽte prętoris, vt latè dixi in Publiciana, licet reperiatur quandoq; vtilis, vt in vsufructuario, cui datur vtilis, si sit corruptus seruus, in quo vsumfructum habet. l. si quis seruum. §. si in seruo. ff. de ser. corru.

37 **Vi bonorum raptorum.** Hæc actio competit illi, cuius bona per vim ablatiuam rapta, & ablata sunt, dummodo sint mobilia, quæ asportari possint: vt habetur in toto titu. ff. vi bo. rap. & Instit. eo. per glo. in l. j. C. de his, quæ vi, metúsve cau. Et intra annum datur in quadruplum, in quo ineſt rei persecutio post annum in simplum. Insti. eod. titulo. in princip. & in l. j. in prin. & §. in hac actione. ff. eodem titulo. Quot autem sint genera violentiarum, vide gl. in dicta l. j. C. quod metus causa. & glossa in l. extat. ff. eod. ti. Et dato casu quòd aliquis ex loco, vbi nullus erat, rem abstulisset, an teneatur furti, vel vi bonorum raptorum, vide quæ habentur in l. si quis ex domo. ff. de fur. per Bart. in l. j. ff. vi bo. rap. Vide etiam sanctum Blasium hîc, qui refert, & sequitur. Secũdò, quòd sit prætoria, est text. in dicta l. ij. in princip. ff. vi bo. rap. Insti. eod. in princip. Tertiò, quòd in personam patet, cùm veniat ex maleficio vt in pluribus aliis dixi. Quartò, quòd sit rei persecutoria quantum ad rem patet, cùm post annum detur in simplum: vt iuribus allega. in primo termino, licet intra annum sit pœnæ persecutoria. Item quòd detur in simplum, & in quadruplum, secundùm varios terminos, iam est declaratã. Item quòd sit stricti iuris, patet in d. §. actionum. Item quòd sit perpetua quantũ ad ipſam rem, patet. vt s̃. licet quantum ad pœnam annalis. Octauò, datur hęredibus. Tex. est in l. j. §. fin. qui incip. hæc actio. ff. vi bo. rap. Contra hęredes non datur, vt ibi habetur. Sed an detur pro eo saltem, in quo essent facti locupletiores, vide in textu in ver. an tamen. cum glos. & doct. &c. Nonò, est infamatoria. l. j. ff. de infa. §. ex quibusdam. Insti. de pœna teme. litig. Decimò, est directa: quia ex verbis, & mente, vt s̃. dixi in aliis. Sed aduerte, quia gl. Inst. vi bo. rap. in prin. in ver. vtilis. videtur tenere q̃ ita demum hæc actio sit directa, si plures res raptæ sunt: sed si vna tantùm, sit vtilis. Ita videtur transire gl. in ij. oppo. iuxta theoricam traditam ad l. qui filium. §. Sabini. post glos. ibi. ff. ad Trebel. Angel. Are. in §. responsa prudentum. Instit. de iur. na. gen. & ciui. Sed ille tex. Insti. vi bo. rap. in princ. dum dicit quòd actio vtilis est, etiam si quis vnam rem minimam rapuerit, innuit cõtrarium: imò si hoc esset verum, sequeretur quòd semper hæc actio esset vtilis, per dictionẽ Etiam, ibi positam, quæ implicat: quasi dicat, non solùm si plures res raptæ sunt, est vtilis actio vi bonorum raptorum, sed etiam quando vna solum. Vnde melior videtur prima opi. glo. ibi dicentis, vtilis est: id est, efficax. Vel potest dici, vtilis est: id est, prodest: quasi posit intentari hæc actio non solum pluribus rebus raptis, sed etiam vna. Vndecimò, non est contraria per dicta in aliis. Item est singularis. Vltimò est simplex, per dicta in Publiciana, &c.

38 **Iniuriarum, quæ non** descendit ex lege Cornelia. Primò est sciendum, quòd actio iniuriarum reperitur duplici iure introducta, scilicet prætorio, & ciuili. Et hinc est q̃ altera dicitur prætoria, quam nũc tangam. Altera ciuilis. de qua dicemus inter ciuiles. Pro nunc breuiter scias quòd hæc, quę est prætoria, competit extra tres casus, in quibus competit ciuilis: de quibus est tex. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniu. in §. sed lex Cornelia. Insti. eod. titu. & ibi glos. in ver. introduxit. scilicet cùm quis fuit pulsatus, vel verberatus, vel quis per vim intrauit eius domũ. In aliis casibus cõpetit hæc iniuriarũ prætoria: puta quòd alicui iniurioſe sit dictum conuicium, vel quid simile vt habetur in l. si non conuicij. C. de iniu. in l. prætor. in princ ff. eo.

ff. eo. in l. itẽ apud Labeonem. §. ait prætor. eodem titulo. Et in hac actione fit æstimatio per iuramenrum actoris, secũdùm suam æstimationem, & taxationẽ iudicis, secundùm glossam in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniu. in l. lex Cornelia. in princip. eodem titu. & gl. in §. sed lex. & §. pœna. Insti. eo. quod aliter procedit in actione ciuili, vbi iudex æstimat: vt dicitur in locis præal. licet Bart. in dicta l. iniuriarum æstimatio. post Azo. in Sum. C. eodem titulo. dicat veriorem esse opi. quòd non differãt in hoc prætoria & ciuilis, per l. sed si vnus. §. seruus meus. & l. item apud Labeonem. §. quod ait prætor. ff. eo. de quo ibi vide, & in d. l. si non conuicij. C. eo. & adde quę dicam in actione ciuili iniuriarum ad vtriusq; declarationem. Secundò, quòd sit prętoria, patet in iuribus præalle. cum simi. Tertiò, q̃ sit in personam, probatur, cùm veniat ex delicto: vt in multis dixi. Quartò est pœnæ persecutoria, cùm detur solum ad vindictam, non ad aliquid, quod de patrimonio absit: Ita probatur inl. prętor. §. j. ver. quod ergo. el j. in fi. ff. de iniu. dum dicit, vt vendicetur, non vt damnũ sarciatur. Item potest dici q̃ detur in simplum: hoc est, ad id, quod est in æstimatione deductum secuta iudicis taxatione, nec reperitur prius simplum, cui posset addi duplum, vel quadruplum. Sextò, est stricti iuris: vt d. §. actionum. Item non est perpetua, sed durat anno: vt l. si non conuicij. §. j. C. de iniu. Qualis autem sit iste annus vtilis, an continuus: dic vt ibi, & vide in §. pœna. Instit. eod. Item non est transitoria ad hæredes, cùm non detur hęredibus, vel contra. l. iniuriarum. in prin. ff. eod. Et ratio est, quia non dicitur in bonis nostris ante litis contestationem. l. iniuriarum actio. ff. eo. vide text. & glos. in §. nos omnes. verſicu. sed hæredibus. Insti. de perpe. & tempo. act. Item infamat. l. j. ff. de infa. §. ex quibusdam. Instit. de pœna teme. liti. l. j. §. prætor. in princi. ibi: qui famosam actionẽ. ff. de iniur. Decimò, quòd sit directa, patet, quia ex verbis & mente. Et quòd non contraria, & quòd singularis, & vltimò quòd sit simplex, sunt termini manifesti, per latè dicta in aliis, maximè in Publiciana.

39 **In factum subsidiaria** legis Aquilię. Primò est sciendum q̃ hæc actio habet locum, quando alicui est datum damnum, vel iniuria de nõ corpore in non corpus: vt ponitur exemplum in §. fina. Institu. ad legem Aquiliam. tunc, quia non potest habere locum directa, nec vtilis actio legis Aquiliæ prætor supplet hanc in factum actionem: vt est textus not. in l. quia actionũ. ff. de præscrip. verb. quod dic vt in §. fi. Et plenè declarabitur, cùm erimus in directa actione legis Aquiliæ, quę est ciuilis. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in d. §. quia actionum. ff. de præscrip. verb. & d. §. fi. cum si. Et quòd in personam, patet etiam, cùm descendat ex delicto: vt in præcedenti. & pluribus aliis dixi. In aliis decem terminis dicas vt latè dicam in directa actione legis Aquiliæ inter ciuiles: & tuipſe interim potes inuestigare, &c.

40 **In factum loco** cuiuslibet interdicti. Antè, quàm descẽdam ad terminos interdictorum, plura principalia præmittenda duxi ad euidentiam, quibus visis, quàm facilima tibi erunt interdicta. Primũ igitur est, q̃ hodie loco cuiuslibet interdicti est prodita vtilis actio in factum: vt habetur in §. finali. Instit. de interdi. & l. incerti. & l. finali. C. eo. Sed aduerte quòd licet hodie non proponantur interdicta cùm illa solennitate, qua olim, tamen extra ordinẽ possent proponi: vt d. l. incerti. Et ita sanxit glos. in l. j. §. restituendæ. ff. vti pos. in glos. in ver. per actionẽ. Secundò, præmitto q̃ sunt plura genera actionis in factũ: vt est gl. not. in d. §. fin. in rubri. ff. de præscrip. verb. & l. quoties. eo. ti. vbi vide. Tertiò, quod licet plures reperiantur diuisiones interdictorũ, vt in toto tit. Insti. de interdi. tamẽ ego recolligi plures alias, vt ẽ. patebit: & profiteor apud neminẽ legisse. Prima igitur diuisio interdictorũ sit, q̃ quædã dantur respectu diuinarũ rerum, quędã respectu humanarũ. Ista diuisio probat in l. j. in ver. sciendũ. ff. de interdi. Respectu rerũ diuinarũ interdicta sunt, ne quid in loco sacro. de mor. inſe, de sepul. edi. Respectu humanarũ sunt omnia alia. Secũda diuisio, quę potest dici respectu effectus, est, quia quædã dicũtur exhibitoria, quędã restitutoria, quędã prohibitoria, & quędã mista. Hęc diuisio probatur in l. j. §. interdictorum autem. ff. de interdi. Et exhibitoria sunt de lib. ho. exhi. de lib. exhi. Instit. de interdi. §. exhibitoria. Prohibitoria, ne quid in loco pub. & de mor. inſe. §. prohibitoria. Insti. eo. Restitutoria, vt interdictum de vi & vi arma. quo. bo. & si. Mista sunt, ne vis fiat ei, de libe. exhi. Nam primò prohibet prętor inferri vim possessori, & amissam cogit restituere. l. pe. §. cùm prętor. §. ne vis fiat ei. l. j. §. interdictorum. de interd. Sed aduerte, si huic diuisioni posset addi quintum membrum, vt quædam interdicta dicantur deductoria, vt interdictum de lib. dedu. per text. in l. iij. §. j. & seq. ff. de lib. exhi. licet hoc membrum non posuerit Iurisconsultus, dicam suꝑ eo. Tertia diuisio est respectu temporis, pro quo dantur interdicta: quia quædam dantur in tempus pręsens, quædam in tempus pręteritum. Ista probantur in l. j. §. interdictorum quædam. ff. de interdi. In præsens tempus dantur vti possidetis, & vtrobi. quia ille, qui reperitur possessor tempore litis contestationis, ille vincit, dummodo non vi, nõ clam, non precario possideat. Ita habes in §. hodie. Instit. de interdi. in l. j. in fi. ff. vtrobi. In tempus præteritum dantur: vt ff. de iti. actíque priua. de aqua quoti. & æsti. l. j. Quarta diuisio fit respectu temporis, intra quod dantur interdicta: quia quædam sunt annalia, quædam perpetua. Ista probantur in d. l. j. §. fi. ff. de interdict. Et annalia sunt, vt interdictum vnde vi. l. j. in prin. de vi & vi arma. Perpetua, vt de tab. exhib. l. iij. §. fi. ff. de tab. exhi. cum si. Et adde distinctiunculam, quòd autem sunt interdicta, quæ continent rei persecutionem: & tunc datur perpetuò, nisi sint ex maleficio. Si verò non continent rei persecutionem, terminantur anno, nisi de eo, quod peruenit ad hæredem. Vide in l. in honorariis. de act. & obli. in l. ij. in prin. ff. de vi & vi ar. in §. non autem omnes. Institu. de perpe. & tempo. act. cum simi. Quinta diuisio est respectu personarum, quibus competunt: quia quædam simplicia, & quædam duplicia. Ista probatur in l. ij. in prin. ff. de interdi. Simplicia sunt, vt exhibitoria, & restitutoria interdicta: hoc est, vbi cognoscitur actor à reo. Duplicia, prout est interdictum vti pos. & vtrobi, vbi non cognoscitur actor à reo: vt habetur in §. tertia. Institu. de interdict. d. l. ij. in princ. eo. tit. Sexta diuisio respectu causæ pro qua competunt quædam hominum causa, quædam causa diuini iuris. Ista probatur in l. ij. §. interdicta autem. ff. de interd. Hominum causa omnia interdicta cõpetũt, excepto ne quid in loco sac. de mor. inſe. & de sepul. ædi. nec ista est eadem cum prima, quia ista dicitur respectu causæ, illa respectu pertinentiæ, licet videatur eadem. Septima diuisio potest dici respectu causæ, quam continent: quædã enim continent causam proprietatis, quædam quasi proprietatis. Ista probatur in d. l. ij. §. quædam interdicta. ff. eo. causam proprietatis continet interdictum de iti. actúq; pri. Quasi proprietatis verò, vt ne quid in loco sac. cùm res sacræ sint in nullius bonis. §. nullus. Instit. de re. di. Octauò diuisio est respectu possessionis: quædam sunt adipiscẽdæ possessionis, quædam recuperandæ quędam retinẽdæ. Ista probatur in d. l. ij. §. hæc autem. & §. adipiscendę. Insti. eo. Adipiscendæ autem sunt, vt quorum bonorum, & Saluianum interdictũ. Recuperandæ, de vi & vi ar. Retinẽdæ, vt vtrobi, & vti pos. vt §. adipiscendæ. §. recuperandę. §. retinendę. Institu. eo. Nona est diuisio respectu vtilitatis, & iuris: quædã enim ad publicã vtilitatem sunt, quędam iuris sui tuendi causa, quædam officij causa, & quædã rei familiaris. Ista probatur in d. l. ij. §. hominũ causa. Ad publicã vtilitatem, vt interdictum de via pub. vt in flumi. publi. de cloa. & iti. publi. Iuris sui tuendi, vt de libe. exhib. Officij causa, vt de lib. ho. exhi. cùm homo homini officiũ debeat. l. seruus ea. in fin. ff. de ser. expor. Obsequium est inter patronum & libertum. l. obsequij. C. de neg. gest. Pietas inter patrem & filium. l. ij. C. eo. tit. vide glos. in d. l. obsequij. Causa rei familiaris sunt, vt de itine. actúq; priua. vti pos. vnde vi, quo. bo. & quo. lega. & si. & habes diuisiones ad interdicta: nec ita aliter reperies. Quartò, ad euidẽtiam habes scire quot sint regulę affirmatiuæ interdictorũ. Et prima est, q̃ omnia interdicta sunt personalia. l. j. §. pe. ff. de interdi. licet in rem scripta sint. Et aduerte, quia quando actio dirigitur in personam præsupponit quem obligatum: sed quando in rem, quis non est obligatus, licet moueatur controuersia super re: vt probatur in §. omnium. Insti. de act. Secunda regula, q̃ in omnibus interdictis habetur ratio fru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctuum à die sit. cõtest. & non ante l. interdicta. ff. de interdi. licet sal lat in interdicto de vi & vi ar. in quo veniũt fructus à die expulsionis: vt l. j. in princip. & §. ex die. ff. de vi & vi ar. Tertia regula, q̃ loco cuiuslibet interdicti hodie datur actio in factũ: vt in d. §. fi. Instit. de interdi. l. incerti. & l. fi. C. eod. titu. de quo etiam tetigi s. in j. euidentiali ad interdicta. Quarta regula, q̃ interdicta, quæ sunt annalia, fiunt perpetua de eo, quod peruenit ad eum, cum quo agitur. l. penultima. ff. de interdi. Quinta regula, quòd interdicta, quæ sunt annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. licet. C. de exceptio. Sexta, vt quæstio de possessione procedat per interdicta, cùm ipsa sint de possessione. l. incerti. C. de interdi. & l. finali. C. quo. bo. Septima, quòd vbi concurrit petitorium & possessorium, prius agitur possessorium. l. incerti. C. de interdict. latè per Bart. & omnes in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. cum fi. Octaua, quòd petitorium, & possessorium debent intentari coram eodem iudice: vt l. nulli. in fi. C. de iudi. cum si. Nona, q̃ omne interdictum potest vtiliter proponi deficientibus directis verbis: vt probatur in l. j. C. de interdi. cùm detur ibi vtile interdictum de arb. cæd. casu quo radices arbori, noceãt domui alterius: & sic non rami, iuxta verba edicti. Quintò, & vltimò, ad euidentiam interdictorum præmitto quòd sunt plures aliæ regulæ negatiuę. Prima est, q̃ nullum interdictum infamat, vt l. neq;. ff. de vi & vi ar. quod tene menti pro vno termino ad omnia interdicta. Secunda quòd nullum interdictum redditur solenniter. d. l. fi. Institu. de interdi. & l. incerti. C. eod. Tertia, quòd in nullo interdicto habetur ratio fructuum ante litis contestationem nisi in interdicto vnde vi, vt dixi in secunda regula affirmatiua s. Quarta, nullum interdictum potest reddi inter non subiectos. l. ij. C. de interd. facit text. in l. extra territorium. ff. de iur. omnium iudicum. Quinta nullum interdictũ redditur pœnaliter, nisi descendat ex maleficio. l. fi. ff. de interdi. Et sic habes regulas interdictorum tam affirmatiuas, quàm negatiuas: de quibus habes gl. magistram in l. antepenul. ff. de interdi. aliam in l. incerti. C. eodem titulo. Et hoc tene menti: quia non reperies alibi istos terminos ita declaratos. ¶ His igitur præmissis ad laudem Dei, & matris eius, pro sequendo arborem, intro nunc interdicta, &c.

41 **In factum de mortuo** inferendo. Et cùm sit clarum, vt dixi in primo euidentiali, quòd hodie loco cuiuslibet interdicti datur actio in factum. Pro primo termino est sciendum, q̃ dicta actio loco huius interdicti competit ei qui vult sepelire cadauer in aliquo loco, in quo habet ius sepeliendi, cõtra eum, qui prohiberet ipsum mortuum inferre, vt designat prohibere. Et eodẽ modo si prohiberetur quis portare ea, quæ sunt necessaria ad sepeliẽdum. De hoc est tex. in l. j. in prin. & §. ædificare. & ff. de mor. infe. Et hoc interdictũ est prohibitorium. d. l. j. §. hoc interdictum. Secũdò, quòd sit prætorium: probatur in l. j. in princ. ff. eod. Tertiò, est in personã: quod patet, cùm omnia interdicta sint in personam, licet in rem scripta. l. j. §. fi. ff. de interdi. cum fi. Quartò potest dici, q̃ sit rei persecutorium, cùm prosequatur ius inferendi in locum. d. l. j. de mor. infe. l. liberum. ibi: quanti eius interfuit. de reli. & sump. fune. Item q̃ sit stricti iuris: probatur in §. actionum. Item q̃ perpetuũ, patet, cùm est rei persecutorium, per l. in honorariis. de acti. & oblig. Item datur hæredibus, ex quo est rei persecutorium, per d. l. in honorariis. In hæredes non, cùm veniat ex delicto, per l. j. C. ne ex deli. defun. Item nõ infamat, vt fuit dictum in prima regula negatiua ad omnia interdicta. per l. neq;. ff. de vi & vi ar. Item est directum ex fundamento: quia ex verbis & mente. Non est cõtrarium, quia nõ ex contractu, vt dixi in Publiciana, & in aliis, & etiam iuxta gl. in d. l. consensu. ff. de act. & oblig. Item est singulare, vt patet. Vltimò, & sic Decimo tertiò est simplex, eodem modo.

42 **In factum de sepulcro** ædificando. Pro hoc interdicto est sciendum, q̃ datur illi, qui prohibetur ædificare sepulcrum in loco suo, vt desistat à prohibendo: vt etiam si impediret portare cæmenta, vel reformare sepulcrum iam ædificatum, vt de his omnibus est text. in l. j. §. facere. & §. ædificare. ff. de mor. infer. & sepul. ædifi. & est prohibitorium, vt etiam superius. Et q̃ sit prætorium, est tex. in d. l. j. §. ait prætor. Et in omnibus aliis fundamentis idem putarem dicendum, vt in proximo præcedenti: tamen cogita, &c.

43 **In factum, ne quid** in loco sacro. Hoc interdictum habet locũ, cõtra eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere in loco sacro, cùm in eo nõ possit aliquid ædificari, vel immitti, propter deformitatem, vel incommodum: vt est text. in l. j. ij. & iij. ff. ne quid in loco sac. Et dicit sanct. Blasius, q̃ habet locum antè, quàm aliquid factum sit. quod verũ est, si loquimur de capite prohibitorio: secus si de capite restitutorio, vt. s. proximè dicam. Et in his terminis pone q̃ aliquis vult facere depingi crucifixum in ecclesia, vel alium sanctũ: quid dicendum? Respõdeo, q̃ non prohibetur, quia interdictum debet intelligi de his, quæ tendunt ad incommodum, & deformitatem, non in aliis. Ita probat text. in l. j. §. quod ait. ff. ne quid in loco sa. & ibi expressè hanc quæstionem decidit Bart. Et hoc interdicto quilibet de populo agere posset, vt ibi etiã Bar. arg. l. si quis in hoc. C. de epi. & cleri. l. ij. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publ. Item scias, q̃ cùm muri ciuitatis Romanæ sint sacri, q̃ quis non posset superædificare. Et eodem modo in muris omniũ ciuitatum, propter incendia, & similia. Ita probat text. in l. iij. ff. ne quid in loco sac. nisi princeps permitteret, vt ibi dicit Bartolus. Et tene menti, quia vidi multoties superædificari in muris ciuitatum, vel castrorum. Secundò, quòd sit prætorium, probat text. in l. j. in princip. ff. eod. Tertiò credo quòd sit perpetuum, & non annale: sicut interdictum de via publica, vt in l. ij. §. hoc interdictum. antepenulti. ff. ne quid in loco publico. licet actiones populares soleant esse annales: vt l. fin. de pop. act. Et hoc sit speciale fauore publicæ vtilitatis, & etiam rerum sacrarum: iuxta glo. in dicta l. hoc interdictum. In aliis fundamentis dicerem vt in præcedenti.

44 **In factum, & quod factum,** immissúmve tollatur: vt etiam tetigi in præcedenti, quia interdictum ne quid in loco sac. habet caput restitutorium, scilicet postquàm aliquid est factum, non solùm ante: videlicet quòd si aliquid sit factum in loco sacro, per hoc interdictum cogitur illud tollere. Et hoc est, quod Ioan. in arbore sua posuit hîc duo in separatis cellulis, licet in effectu posset dici vnum interdictum, habẽs duo capita, alterum prohibitorium, alterum restitutorium. Et dato casu, quòd quis nõ faceret aliquid in loco sacro, sed in loco religioso, & sic præter mentem, vel melius præter verba interdicti, tunc crederem quòd haberet locum istud superius, & secundùm varios terminos & vtile, arg. l. j. C. de interdi. cum fi. In aliis terminis dic vt in præcedenti, &c.

45 **Ne quid fiat, immittatúr ve** in via publica, aut itinere, quo deterior fiat. Primò, hoc interdictum habet locum contra illum, qui aliquid vellet immittere, vel facere in via, vel itinere publico, propter quod iter, vel via redderetur deterior aliquo modo. De hoc est tex. in l. ij. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publico. & hoc casu est prohibitorium antè, quàm scilicet aliquid sit factum. Secundò, quòd sit prætorium, patet in d. §. ait prætor. Tertiò, est personale, prout alia, vt in regulis dictum fuit, licet in rem scriptũ, &c. Quartò, est simplex, vt patet. Quintò, singulare. Sextò, est directum, quia ex verbis, & mente. Septimò, non est cõtrarium: vt in primo interdicto dixi, & in Publiciana. Octauò non infamat, vt in regulis dixi. Nonò, non datur hæredibus, nec in hæredes. cùm sit populare, per l. fi. ff. de pop. act. l. si verò. §. hæc autem actio. ff. de his, qui deie. vel effu. Decimò, est rei persecutoriũ, & satis arguitur, cùm tendat ad interesse consequendum: vt d. l. ij. §. interdictum hoc. & §. hoc interdictum. eod. tit. Vndecimò, quòd detur in simplũ, patet, cùm detur ad interesse, vt dixi. Duodecimò, est stricti iuris, quia non reperitur in §. actionum. Vltimò est perpetuum, per ea quæ dixi in decimo termino, iuncta l. in honorariis. de actio. & obliga. Et secundùm glos. in d. §. hoc interdictum. est speciale propter publicam vtilitatem: cùm regulariter omnes actiones populares soleant esse annales, per l. fina. de pop. act. cum fi. Et

si. & hoc est, quod facit dubiũ, q̃ etiam deberet dari hæredibus, & in hæredes, vt sit speciale. Sed ex quo sumus in capite prohibitorio: & plura specialia in dubio nõ cõceduntur: igitur. tamẽ cogita &c.

46 **In factũ, vt quod factum,** immissúmve tollatur. Hoc habet locum contra eum, qui aliquid immisit, vel fecit in via publica, vel itinere, propter quod via est facta deterior, vt illud tollat: & pro eadem causa datur, quia superius. Sed differunt, quia illud prohibitorium, hoc verò restitutorium: vt est text. in l. ij. §. hoc interdictũ. el pe. ff. ne quid in loco pub. & habetur in d. §. prætor ait. In omnibus aliis terminis dicerem vt in superiori, & per illas leges, hoc excepto, quòd hoc quandoque reperitur vtile: vt in casu textus d. l. ij. §. habere. ver. non enim. ff. ne quid in loco publico.

47 **In factum,** ne quid in loco publico. Hoc procedit contra eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere in loco publico, propter quod locus fieret deterior, reiecta via, vel itinere, vt s. est visum. Nam per hoc interdictum prohibetur facere, in l. ij. §. j. ff. ne quid in loco publico. Et quæ intelligãtur loca publica, vide in ea. l. §. publici. & ista loca publica deseruiunt vsui vniuscuiusque. Nam si essent in patrimonio fisci, tunc non ageretur hoc interdicto. d. l. ij. §. hoc inter. el ij. Et aduertendum, quòd si aliquis esset iam prohibitus facere, & hoc non obstante faceret, cogitur illud tollere. Sed si non esset prohibitus, & faceret, tunc non cogitur tollere: quia est prohibitorium, non restitutorium. Et ratio est, ne vrbs ex destructione deformetur. Vide text. in d. l. ij. §. fi quis neminẽ. ff. ne quis in loco pub. Et in hoc, cũ reuerẽtia, malè sensit san. Blasius, dum subdit. Vel quod immissum est, tollatur. Adde tex. in d. l. ij. §. hoc interdictũ. el pe. ff. eo. Secundò, q̃ sit prætorium, est tex. in l. j. in prin. ff. eo. In reliquis terminis dico vt in proximis. Est etiam verum quòd hoc aliquando vtiliter datur: vt in casu d. l. ij. §. cùm quidam. & §. aduersus. ff. eodem.

48 **In factum de fluminibus, & ne** quid fiat, immittatúrve in flumine, ripáve eius, quo statio, vel nauigatio deterior fiat. Primò, hoc interdictum competit aduersus eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere in flumine publico, vel ripa, vt nauigatio, vel statio ripæ deteriores fierent: quia prohibetur per hoc interdictum, vel hanc actionem in factum: vt l. j. in princip. & per totum §. hoc interdictum. Et est prohibitorium antè, quàm aliquid fiat. d. l. j. §. deinde. eod. tit. Secundò, quòd sit prætorium, est text. in d. l. j. in princip. Tertiò, quòd in personam, dixi in regulis. In aliis terminis dicas vt in superioribus. Est bene verum quòd aliquando est vtile: vt d. l. j. §. non autem omne. ver. sed Labeo. eod. tit.

49 **In factum, & quod factum, im-** missúmve tollatur. Hæc actio competit circa eandem causam, vt superior: sed hoc interdictum differt ab illo, quia est restitutorium, vbi illud est prohibitorium: Et hoc competit aduersus eum, qui aliquid immisit, vel fecit in flumine publico, vel ripa, &c. quia per hoc interdictum cogitur illud tollere. De hoc est tex. in d. l. j. §. pe. & fin. ff. de flumi. Et in omnibus dico in isto vt in proximo: & vtrunque est populare, vt patet.

50 **In factum, vt cui liceat frui loco** publico, quem is conduxit, & eius socio. Hæc actio competit ei, qui conduxit aliquem locum publicum, vel eius socio, casu quo prohiberentur frui, vel vti, puta quòd conduxerint vectigalia, &c. vt habetur in l. j. ff. de lo. pub. fruen. Et intellige quòd hæc conductio fiat ad modicum tempus: aliàs si ad decennium, & quis possideret, de iure ciuili habet exceptionem: si non possideret, haberet vtilem rei vendicationem, vt habetur in l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. vel emph. pe. in l. j. §. quod ait. ff. de superfi. & sequitur sanctus Blasius, & bene. Adde gloss. in d. l. j. in ver. conduxerit. & doct. &c. Secundò, hoc interdictum, siue hæc actio, est perpetua: probatur ex eo, q̃ est persecutorium, iuxta l. in honorariis. de act. & obli. Tertiò, q̃ detur hæredibus, eadem lege probatur, non in hæredes, cùm descendat ex quasi delicto, cùm quis prohibet. Item quòd directum. Item quòd non infamet. Item quòd singulare, & simplex, est manifestũ. Item nec est contrarium. Nonò, quòd stricti iuris, patet in d. §. actionum. Decimò, est prætorium: vt d. l. j. in princip. ff. si ager vec. Item quòd in personam, dixi in regulis. Item quòd rei persecutorium. patet, quia datur in id, quod abest ab aduersario. Item est simplum, vt in vulgaribus pluries allegatis.

51 **In factum, vt liceat reficere viam** publicam, vel iter publicum. Hoc interdictum, siue hæc actio competit illi, qui pro interesse publico vellet reficere viam, vel iter publicum vel purgare, aduersus eum, qui prohiberet ipsum. De quo habetur in l. j. in princip. & per totum. ff. de via pub. & iti. pub. refi. Secundò, quòd sit prætorium, est text. in l. j. in prin. Item q̃ sit personale, probaui in regulis. Quartò, est rei persecutorium, quia datur ad id, quod actoris interest, d. l. j. in fine. eodem titulo. Quintò datur in simplum: vt ead. l. in fi. Sextò, est stricti iuris, vt patet. Septimò, est perpetuum: vt in d. §. fin. Octauò, non datur hæredibus, nec in hæredes. d. l. fi. de popu. act. quia est populare: licet tex. in d. l. j. §. finali. ff. de via pub. videatur innuere contrarium, dum dicit: Datur omnibus & in omnes, qui prohiberent. Item omnibus volentibus agere contra eum, qui prohibuit. Item non infamat, vt dixi in regulis. Item est directum, quia ex verbis, & mente, vt in aliis. Item non est cõtrarium, per dicta in Publiciana. Duodecimò, est singulare, vt patet. Vltimò est simplex, &c.

52 **In factum, vt liceat ire, vel agere** per viam publicam, vel iter. Hoc interdictum competit aduersus eum, qui prohiberet aliquem ire, vel agere per viam publicam, vel iter publicum: de quo reperitur text. in l. ij. §. finali. ff. ne quid in loco publico. & textus in l. j. ff. vt in flumine publico. Et est interdictum prohibitorium, vt ibi probatur. Secundò, quòd sit prætorium, probatur ibidem, & d. §. j. vt in flumine publi. Tertiò quòd sit personale, patet. Quartò, rei persecutorium: vt in præcedenti dixi. Et in reliquis per omnia eodem modo, &c.

53 **In factum, ne quid in flumine pu-** blico, ripáve eius fiat, quo aqua aliter fluat, quàm priori æstate fluxerit. Hoc interdictum competit aduersus eum, qui aliquid vellet facere, immittereve in flumine publico vel ripa, vt aqua aliter fluat, quàm priori æstate fluxerit: vt est text. in l. j. in princip. ff. ne quid in flumine publico. Et primũ caput, vt est istud, dicitur prohibitoriũ: quia cõpetit antè, quàm fiat. d. l. ij. §. hoc interdictum. & est populare. d. l. ij. §. hoc interdictũ. el j. & est gl. ẽ d. l. j. in fi. in gl. fi. & in quo differat ab interdicto de fluminibus, vide glo. in d. l. j. Secundò quòd sit prætorium, probatur in d. l. j. in princip. Tertiò q̃ sit in personã, dixi in regulis. Quartò, quòd sit rei persecutorium, probatur in d. l. j. §. fin. & ibi glos. quia datur pro interesse, secundùm glo. ibi: & probatur in §. j. d. l. j. ibi: aliquam iniuriam faciat. Item datur in simplum, vt probatur in iuribus præalleg. Item q̃ sit stricti iuris, patet in d. §. actionum. Item quòd sit perpetuum, patet ex his, qui in diuisionibus dixi: & cùm sit rei persecutorium, iuxta l. in honorariis. de actio. & oblig. Item datur hæredibus, & in hæredes, per text. in l. j. §. hoc interdictum. el ij. ff. ne quid in flumi. pub. licet glo. ibi aliter dicat, & fortè melius, propter contrarium. l. fi. de popu. act. quia datur in hæredes, scilicet lite contestata, vide ibi per gl. & doct. Item q̃ non infamet, dixi in regulis. Decimò, quòd sit directum, patet quia ex verbis, & mente venit. Vndecimò, non est contrarium, per dicta in Publiciana, circa hunc terminum. Duodecimò, est singulare: vt patet cùm nõ detur pro vniuersitate. Vltimò est simplex, cùm actor à reo discernatur.

54 **In factum, & quod factũ, immis-** súmve tollatur. Hoc interdictum pertinet ad eandem causam, vt præcedens. Sed differt, quia hoc est restitutorium, vt ibi dixi, & competit aduersus illum, qui iam immissum habet in flumine, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ripa,vt aliter aqua fluat &c,quia cogitur illud tollere. De hoc est text.in d.l.j.§.hoc interdictum.el iij.ff.ne quid in flu. pub.& §.fin. & §.pe.& §.antepe.Et est sciendũ q̃ hęc duo interdicta pertinent ad quæcunq; flumina,tam nauigabilia,quàm nõ:vt est text.in d.l.j. §.j.qui incip.hoc interdicto. & vide glos.j. in princip.legis. Secundò, quòd sit prætorium, est text. in dicta l.j.§. deinde. Tertiò, quòd in personam,patet.In aliis omnibus terminis, dicerem vt in superiori.

55 ## In factum, vt liceat ripam flumi-

nis reficere,vel munire.Hoc interdictum cõpetit aduersus illum, qui prohibet volentem reficere,vel munire ripam fluminis: ne ripa destruatur in vicini damnum, dummodo caueat de damno infecto intra decem annos,quod posset vicinis contingere. De hoc est tex.in l.vnica.ff.de ripa mu.Fuit propositum ad exemplum interdicti de via reficienda:& ista refectio ripæ nõ debet officere nauigationi.d.l.j.§.illa.Et ista cautio debet præstari ante opus factum. d.l.j.§.his autem.& §.sequenti: quia damnum, quod sequeretur post opus factum non præstita cautione resarciretur per actionem legis Aquiliæ.d.l.j.§.etenim.in fi.Et habet locum non solùm in ripa fluminis,sed etiam lacus,fosse:vel stagni:vt ead.l.in fi. Secundò, quòd sit prętorium,patet in d.l.j.Tertiò q̃ in persona, patet in regulis.In aliis fundamentis, dic vt fuit dictum in interdicto de via publica reficienda,cum ad eius similitudinem sit reductum,vt dixi ibidem,&c.

56 ## In factum, vt liceat nauigare in

flumine publico.Hoc interdictum competit aduersus illum, qui prohibet quem nauigare in flumine publico, vel in ripa onerare, & exonerare,naues:quia per hoc interdictum cogitur desistere à prohibitione.Et de hoc est text.in l.j.in princip.ff.vt in flu.pub. & procedit non solum in flumine,sed etiam in fossa,lacu, vel stagno publico:vt in l.j.Et quid sit lacus,stagnum,fossa,ibidẽ vide per gl.j. Et ibi. Hoc interdictũ redderetur vtile, dato q̃ quis in mari probaretur nauigare. Facit in simili quod habetur in l.ij.§. si quis in mari.ff. ne quid in loco publico. & ibi glos. in ver.spectare. Secundò, quòd sit prætorium, vt patet in dicta l.prima. in princip. Tertiò, quòd sit in personam,patet.In aliis dicas vt dixi in interdicto, vt liceat ire per viam publicam, &c. cùm ad eius similitudinem sit reductum : vt l.vnica.§.hoc interdictum.ff. vt in flumine publico,&c.

57 ## In factum,ne vis fiat ei,qui in pos-

sessionem missus est. Hoc interdictum competit aduersus eum: qui infert vim ei,qui à prætore causa rei seruandæ in possessionem missus est:quia per hoc interdictum vim inferre prohibetur:vt habetur in l.j.& per totum.ff.ne vis fiat ei. Puta, quòd mulier missa in possessionem ventris nomine, vel quis alius legatorum seruandorum causa,vel ex causa damni infecti:vt in d.l.j.§.est autẽ. cum si.Et hoc interdictum differt ab interdicto vti possidetis,quia illud datur vero possessori,istud illi,qui habet tenutã,& possessionem.l. iij.in fi.ff.de acquir.posse.& videbimus in interdicto vti possidetis: & est interdictum prohibitorium,& etiam restitutorium : vt d.l.j. §.hæc actio.& l.iij.§.cùm prætor.eodem titulo.Secũdò,est prætorium.dicta l.j.Tertiò,in personam:vt in regulis.Quartò,est pœnę persecutorium:vt dicta l.j.§.finali.Datur tamen bene ad interesse ei,qui missus fuit:vt dicta l.j.in princip.& §.hæc verba.Quintò datur in simplum,vt dictis iuribus,cùm detur ad interesse,&c.Sextò est stricti iuris.d.§.actionum.Septimò,nõ est perpetuum,sed temporale:quia intra annum,ex quo est pœnale:vt d.l.j.§.fin. Et bene verum quòd in casu,quando quis est missus causa legatorum, vel fideicommissorum seruandorum, tunc est perpetuum , per rationem,de qua in dicto §.finali.in fine,& ibi vide in glos.&c. Octauò datur hæredibus:vt d.§.finali.& in hæredes ita demum , si aliquid ad eos peruenit: vt ibidem habetur.Nonò,non infamat,vt in regulis dictum est.Decimò,est directum.Vndecimò,singulare.Duodecimò,simplex.Vltimò,non est contrarium,

58 ## In factum quorũ bonorum. Hoc in-

terdictum competit ei,qui iam agnouit bonorum possessionem de iure prætorio: quo casu licet per solam agnitionem acquisuerit dominium, iuxta l.j.ff.de bonorum possessio.titul.generali, non tamen acquirit possessionem, per l.cùm hæredes.ff. de acquirenda possess.Vnde pro adipiscenda possessione bonorum hęreditariorum datur hoc interdictum illi, qui succedit de iure prætorio. De quo interdicto habetur in titu. C.& ff.quo.bono. & in §.adipiscendæ. institu.de interdi.Et dicit sanctus Blasius hîc , qualiter agnoscatur hodie bonorum possessio,habetur in l.fi.C.qui admit. Quid de iure antiquo,vide in l.j.§.decreta.de suc.edi.Et est interdictum restitutorium adipiscendæ possessionis.l.j.§.hoc interdictum.ff. quo. bo.& datur ad vniuersitatem bonorum, non autem ad res singulas.dicto §.hoc interdictum. Et isti tales successores non possunt agere petitione hæreditatis directa,licet vtili bonorum possessoria hæreditatis petitione agere possint.Et eodem modo hæres de iure ciuili non potest agere interdicto quorum bonorum directo, sed vtili sic.Et ita probat tex.in l.j.ff.quo.bo.Et hoc interdictũ conuenit cum petitione hæreditatis.Primò,quia vnũquodq; remedium datur pro vniuersitate,non pro rebus particularibus.dicta l.j.& ij. Item vnũquodq; datur contra possessorem. Sed differunt in hoc, quia petitio hæreditatis datur ad proprietatem,sed quorum bonorum ad possessionem. Item quorum bonorum directum non datur hæredibus de iure ciuili,sed vtile:vide ad hoc glos.not.in rubri. C.quo.bo.& in rubri.ff. eodem titulo. Secundò, quòd sit prætorium,est text.in l.j.in principio.ff.eod.Tertiò quòd in personam, patet in regulis.Quartò rei persecutorium , certum est , vt patet. Quintò,est in simplum:vt dicta l.j.in fin.prin.Sextò, est stricti iuris.Septimò,est perpetuum , quia rei persecutorium.l. in honorariis.Octauò,datur hæredibus.dicta l.in honorariis.& facit ver.non autem omnes.Institu.de perpe.& temp.acti.In hæredes potest dici quòd detur:vt in possessores.§.j.ff.eo.Nonò, quòd non infamet, patet.Decimò,quòd directum,patet.Vndecimò est vniuersale,vt s̃.dixi in primo fundamento. d.l.j.§.hoc interdictum.l.j.§.quæ autem,ff.de interd.Duodecimò,quòd simplex,patet.Vltimò non est contrarium,&c.

59 ## In factum, quorum legatorum.

Hoc interdictum competit aduersus legatarium , vel fideicommissarium,qui post mortẽ testatoris propria authoritate occupat legatum,vel fideicõmissum, nec expectat ipsum recipere per manus hæredis.Nam hæredes de iure ciuili vltra bonorum possessionem de iure prætorio possunt intentare hoc interdictum, ne restituatur dicta res,vt ipsi possint super ea imponere Falcidiã,vel Trebellianicam.De hoc habetur in titu.ff.quo.leg.C.eo.Et est aduertendum,vt dicit etiam sanct. Blasius hîc, & doct.not.in l.j.C.quo. leg.q̃ vbi interfit hæredis habere legatum , vel fideicõmissum ratione Falcidiæ,vel Trebellianicæ,nõ procederet hoc interdictum. Itẽ hęres tenetur satisdare de dãno postea legatario,vel fideicõmissario imposito,scilicet Falcidiã:vt no.in d.l.j.& §.quod ait prętor. el iij.& l.fi.quasi per totũ.ff.eo.tit.Et sciatis vnum,q̃ licet aliâs donatio causa mortis soleat æquiparari legatis, & vltimæ voluntati.l. fi.C.de dona.cau.mor. tamen hoc interdictum non habet locum pro donatione causa mortis:vt l.j.§.si quis ex morte.ff. quo.leg. & vide ibi rationem in glos.Et aduerte,tu scis q̃ dominium à morte testatoris transit in legatariũ.l.à Titio.de fur.& l.legatũ. de lega.ij. Pone q̃ legatarius habeat res penes se tempore mortis testatoris, an super tota re sit translatum dominium? Respondeo q̃ pro illa parte,pro qua potest imponi Falcidia , dominium remansit penes hæredem,in tantum q̃ pro illa parte Falcidiæ potest agere rei vendicatione contra legatarium,cùm hæres pro ea parte remansit dominus ipso iure. Text.est in l.lineam margaritarum.in ver. at siue malit.ff.ad leg.Fal.& in d.§.si quis ex morte.dum dicit q̃ portio legis Falcidiæ apud hæredẽ ipso iure remanet.Et tene menti ad limitationẽ d.l.à Titio. Hanc limitationẽ fortè amplius nõ audiuisses: & cogitabis,&c.Secũdò,est prætorium.l.j.in principio. & §. quod ait præ

ait prætor.ff.quo lega. Tertiò , est in personam , vt dixi in regulis. Quartò , est rei persecutorium , vt patet ex allegatis s̃.Quinto in simplum,vt iam dixi:& quis cogitur restituere legatum , & si non restituit , soluit interesse : vt l.ij. §. ex hoc. ff. quo.bon. Sextò , est stricti iuris , vt patet.Septimò,est perpetuum , ex quo est rei persecutorium. d.l. in honorariis. Octauò, datur hæredibus.l.j.§.hoc interdictum. ff. quo. lega. In hæredes,vt in singulares successores: vt d.l.j.§.legatorum.& §.illud. Nonò, non infamat. Decimò,est directum.Vndecimò,singulare.Duodecimò,simplex.Vltimò, nõ est contrarium : vt in aliis dixi , &c.

60 ## In factum de tabulis exhibendis.

Hoc interdictũ cõpetit aduersus illũ, qui occultat testamentũ post mortem testatoris : quia hæres , vel legatarius , quorum interest, per hoc interdictum ipsum possunt cõuenire,vt exhibeat:& si monitus à iudice non exhibet,tunc condemnatur in æstimatione,quę in hærede est æstimatio hæreditatis,in legatario æstimatio legati, etiam si sit legatum conditionale : vt habetur in l.j.& l.locum. §. condemnatio.ff.de tab.exhi.Bene verum est, quòd cessat hoc interdictum , quando esset controuersia de hæreditate , vel quæstio falsi super testamento,iuxta l.fi.ff.eod.tit.secundùm sanctum Blasium hîc,& bene:& competit non solum pro testamẽto, sed etiam pro codicillis. Item pro quacunque scriptura pertinente ad testamentum,siue testamentum sit validum,siue non,siue sit primum, siue secundum.l.j.§.hoc interdictum. §.siue autem.Et debet intelligi de testamento mortui,non de testamento viui.d.l.j.§.fi.de tab. exhi.Item est sciendum , in quo differt ab illo de remedio , de quo in tit.ff.quemad.test.aper. quia quando quis confitetur testamentum esse penes se,sed non vult pati quòd inspiciatur, agitur ex illo edicto:sed quando negat esse penes se,agitur isto.Ita est text.in l. ij. §.fi.ff.quemad.test.ape.& glo.in l.iij.§. fi. ff.ad exhi. Et practica est in terminis istis,quia fiunt interrogationes,an habeat tabulas,necne:si confiteretur,vtrum vellet ostendere,vel non si negaret , ageretur de tab.exhi.Vide ad hoc Bart.in l.j.circa princip.ff.quemad. test.aper.Et differentias inter hoc interdictum. & illud quemad. test.aper.vide per glo.in l.j.C.de tab.exhi.& est interdictum exhibitorium:vt in l.locum.§.hoc interdictum,&c.Secundò , quòd sit prætorium,est tex.in d.l.j.in princ. Tertiò, quòd sit in personam, patet.Quartò,est rei persecutorium,cùm detur ad interesse.l.iij.§. condemnatio.ff.de tab.exhi.cùm simi.licet etiam possit dici pœnæ persecutorium:vt eo.§.ver.nec compelli. Quintò, est in simplum: vt ibidem.Sextò,est stricti iuris,vt patet.Septimò, est perpetuum: vt d.l.iij.§.fi.ff.de tab.exhi.Octauò,datur hæredibus:vt d.§. fi.d.l. iij.In hæredes potest dici quòd detur, vt in possessores, arg.l.iij.§. si tabulæ.ff.eo.cùm quisq;,apud quem sunt tabulæ, teneatur. Nonò,infamat.Decimò,est directum.Vndecimò, singulare. Duodecimò,simplex, &c.Vltimò,non est contrarium,vt in aliis dixi.

61 ## In factũ, de liberis exhibẽdis. Hoc interdictum

competit aduersus illum, qui detineret filium alicuius inuitum : nam pater , vel auus , qui haberet eum in potestate , per hoc interdictum possunt cogere detentorem , vt exhibeat,& demonstret talem filium, &c. Et de hoc habetur in titu.de lib.exhi.& dixi quòd habet locum,cùm filius detinetur inuitus:nam secus esset , si esse volens : vt l. si filius. de libe. exhib.& est exhibitorium : vt etiam in præcedenti dixi. Secundò, est prætorium : vt l.j.in princip.ff.de libe. exhib. Tertiò est in personam: vt in regulis dixi.Quartò,potest dici rei persecutorium,ex quo persequimur vt restituatur filius,vel filia,&c.per tex. in d.l.j. §.in hoc interdicto.& cùm sit in potestate,videretur esse in patrimonio,&c.Quintò,est in simplum , vt eodem text. Sextò, est stricti iuris.Septimò,potest dici perpetuum cùm sit persecutorium. d. l.in honorariis.Octauò,nõ potest dici quòd detur hæredibus,cùm non habeant in potestate:quia debet quis habere in potestate : vt d. l.j.§.fi.In hæredes potest dici quòd non detur nisi vt in quoslibet detentores,&c.In casu autem secundùm quosdam potest dici quòd detur hæredibus,puta filio,in cuius potestate recidit nepos, mortuo auo. Sed dico , quòd hoc casu non datur vt hæredi, sed datur iure patriæ potestatis , iuxta §.hi vero. Institu.quib.mod. ius pa. pot.sol.Nonò , non infamat.Decimò,directum . Vndecimò,singulare.Duodecimò,simplex.Vltimò,nõ est contrarium,vt in aliis.

62 ## In factum de liberis deducendis.

Hoc interdictum competit aduersus eum qui non permitteret patri ducere filiũ suum ex quo fuit exhibitus in iudicio : quia per hoc pater tuetur vt possit ducere,& ad se reuocare.De hoc habetur in l.iij.§.hoc autem.el j.ff.de libe.exhib. & probatur ex secunda parte rub.dũ dicit, deducẽdis.& interdictũ de libe.exhib. est præparatoriũ istius : quia vt possit filius duci, debet priùs esse exhibitus. §. hoc autẽ interdictũ.ver.itaq;.Et ex eisdẽ causis cõpetit hoc interdictum ex quibus superius,de libe.exhi.Et eadẽ hîc dicenda sunt, quæ in illo,prout dicit text.ad literam in d.ver.itaq;.& sic respectu exhibitionis superiora interdicta,& interdictum de libe.ho.exhib. dicuntur exhibitoria.Et eodem modo istud respectu deductionis potest dici deductorium , quia ad deductionem pertinet. Ita probat tex.in d.l.iij.§.j.& seq.de libe.exhi.Et ideo in secũda diuisione, quam dedi.s̃.ad interdicta,dixi posse addi hoc quartũ membrum, licet per Iurisconsultum nõ fuerit positum in l.j.§.interdictorum autem.ff.de interdi. cogitabis. In reliquis fundamentis eadem dicenda sunt de isto,prout in superiori dixi,per text.in d.l.iij.§. hoc autem.ver.itaq;.el ij.de libe.exhi.&c. Adde ad hęc duo interdicta, quia licet in arbore non reperiatur, tamen potest dici q̃ sit vnum interdictum de vxore exhibenda. Et eodem modo de deducenda: puta si maritus vellet , quòd pater vxoris suæ eam exhiberet. de quo in l.ij.de lib.exhib.& C.eod.l.fi.& gl.in l.ij.vide Bart.

63 ## In factum,de libero homine exhibendo. Hoc

interdictũ competit aduersus illum,qui detineret hominem liberum inuitum:& competit cuilibet,qui diceret quòd homo liber relaxaretur: de quo habetur in l.j.& ij.§.hoc interdictum.ff.de lib.ho.exhib.& per totum. Et est aduertendũ,q̃ interdictum competit aduersus eum,qui dolo malo detineret,secus si bona fide:vt probatur in d.l.j.& l.fi.in fi. princip.nec requiritur an detentus sciat,vel ignoret statum suum: vt ibidem dicitur.Et in hoc interdicto admitteretur etiam mulier, & pupillus,casu quo suam,& suorum iniuriam prosequeretur : vt l.iij.§.sed si mulier.ff.eod.& pupillus hoc casu habetur loco maioris:de quo vide gl.in ver.quamuis.& ibi Inno.in c.ex parte. de resti. spo.& quilibet de populo admittitur: & cùm plures concurrent, qui vellent agere,eligetur,qui est magis idoneus : vt habetur in d.l. iij.§.si tamen plures.Et dato casu,q̃ vnus succumbat , si non probatur de aliqua præuaricatione,præcluditur via aliis volẽtibus agere iterum:vt d.l.iij.§.si tamen.posteà,nisi in casu quando conuentus vellet priùs sufferre litis æstimationem, quàm hominem exhibere:quia tunc & illi, qui egit, & succubuit,& etiã aliis licet agere: nec obstat exceptio rei iudicatæ,vt est casus mirabilis in d.l.iij.§.si tamen reus.quod est contra naturam popularium actionum.l.iij. ff.de popu.act.Et competit etiam in absentem:vt d.l.iij.§. penulti. Nec per hoc interdictum tollitur remedium legis Fauiæ : vt l.iij. in princip.ff.eod.de quo in l.nõ statim.§.fina.ff.ad legem Fauiam. & l.si fratrem.C.eo.Secundò,q̃ sit prætorium.patet in d.l.j.ff.eo. Tertiò,q̃ in personam,patet.Quartò,est rei persecutorium , vt in præcedentibus dixi:& probatur in l.iij.§.si tamẽ reum.Nec obstat text.in l.fi.§.penul.ff.eod.ibi,pœna prestanda est:quia potest dici q̃ illam quis ex contumacia præstet , non q̃ ex natura interdicti veniat,vt in rei vendicatione,quę est rei persecutoria:vt in §.sequẽs. Institit.de actio.& tamen in ea æstimatur lis ex contumacia non restituentis,iuxta l.qui restituere.ff.de rei vendic. Quintò est in simplum,vt probatur in prælleg.Sextò est stricti iuris.Septimò , est perpetuum,non annale:vt d.l.iij.§.fi.ff. de libe.homi. exhi. contra naturam popularium:vt l.fi.ff.de popu.act.Sed est speciale fauore publicæ vtilitatis,sicut etiam dixi,quòd non obstat exceptio rei iudicatæ:vt dicit glos.in dicto §.si tamen reus. Octauò , non datur hęred.vt hęredi,sed vt cuilibet de populo:vt dicta l.iij.§.hoc interdictum.Et eodem modo potest dici q̃ in hæredes non detur, iuxta dictã l.fi.de pop.act.nisi vt in detẽtores,&c.Nonò, q̃ nõ infamet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decimò, ꝙ directum. Vndecimò. ꝙ singulare. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non est contrarium.

64 In factum, vnde vi, Hoc interdictum competit ei, qui spoliatus est possessione fundi, vel domus, vel cuiuslibet rei immobilis: quia spoliator per hoc interdictum cogitur possessionem restituere ipsi spoliato: vt habetur in l.j.in princip.& per totum.ff. de vi & vi arma. & de hoc habetur C.vnde vi.per totum.& habetur extra de restitu. spo.& per interdictum recuperandæ possessionis: vt habetur in §.recuperãdæ.Instit.de interdi.¶ Et quæ vis dicatur illa, pro qua datur hoc interdictum,& de aliis generibus violentiarum, vide gl. ordinariam in l.j.C.quod met.cau.& in l.extat.ff.eodem titulo. Et in tantum procedit hoc interdictum,ꝙ etiam prædo spoliatus est restituendus: vt habetur in c.in literis.de restit.spol.&, vt dicit sanctus Blasius hîc.& bene, possessio debet restitui cũ fructibus, damnis,& interesse,& debet spoliatus reponi in pristinum statum: vt habetur in c.grauis.eodẽ titulo. & dic vt ibi. Nec potest ipsi spolia to referri quæstio dominij: vt d.c.in literis.& l.si quis ad se fundum. C.ad legem Iuliam de vi.& habetur in l.si de vi.ff.de iudi. Patet, quia in possessoriis non est necesse probare de iure: vt habetur in c. ex transmissa.de restitu.spo.& in c.accepta.eodem titulo.quod ca pitulum habui in pũctis in doctoratu meo Ferrariæ Mccccl xxxix. xvj. Octobris. Quot autem remedia competant spoliato pro recu peranda possessione, sanctus Blasius se remittit ad dicta in c.redin tegranda.iij.q.j.in glo.summæ,circa finem ver.hoc autem scias. Et quia est vtilis articulus, igitur est sciendum, quòd plura sunt prodi ta remedia pro recuperanda possessione tam rei mobilis, quàm immobilis,& tam de iure antiquo Digestorum, quàm Codicis, & de iure canonico. Et vltra Bartol.in l.rem, quæ nobis.ff. de acquirenda possessione. est sciendum, quòd primò pro re mobili potest agi actione vi bonorum raptorum. Secundò, furti. Tertiò, ad exhi bendum secundùm varios terminos: vt habetur in l.j.§.illud vtiq;. ff.de vi & vi ar. Item est proditum remedium c. sæpe.de restit.spol. quia si spoliator in alium, qui sciat, rem transferat, licet de iure ciui li sint subtilitates, quæ habent possessorem non posse agere inter dicto, iuxta l.cùm à te.ff.de vi & vi ar.cum concor.tamen de iure canonico habet condictionem ex c.sæpe.quasi ius canonicum non curauerit has subtilitates, iuxta c.dilecti.de iudi.c.j.de dolo & con tuma.xlviij.di.huic stemus.cum si. Et secundùm communem opi nionem Cano.d.c.sæpe.habet solum locum in terris ecclesiæ: quia venit ad correctionẽ iuris ciuilis, vt ibi probatur, nõ ad declaratio nem, iuxta not.in c.licet ex suscepto. de foro competenti.cum si. Item est proditum remedium c. redintegranda.iij.quæstio.j.vbi ge neraliter tam pro dolo, quàm pro violentia, sine metu spoliatus debet restitui: licet aliter disponat ius ciuile: & sic potest agi ex illo canone, qui solum compræhẽdit ecclesiæ subditos, vt in superiori bus dixi. Et est pinguius remedium, quàm d.c.sæpe. quod procedit etiã tertio possessore ignorante: & c.sæpe.procedit possessore scien te, vt dictis iuribus. Item est proditũ remedium l.inuasor. C. vnde vi. vbi Imperator remedio illius l.si.secũdùm veram lect.si aliquis inuadat possessionem vacantem, vult eum teneri. Item est reme dium l.authoritatem. C. vnde vi. vbi licet spoliator ostendat referi ptum principis, tamen spoliatus potest niti ex illa lege: de quo dic, vt ibi habetur. Item est remedium l.fi.C.eodem titulo. quod datur contra illos, qui dolosè inuadunt possessionem vacantem, vt eam restituant,& puniantur: & per hoc differt à l.inuasor. eodem ti tulo. quæ loquitur, quando non dolosè inuadit, nec imponit aliquã pœnam. Item est remedium l. si quis conductionis. C. loca. vbi est casus sextus, ꝙ non potest referri quæstio dominij domino locanti, quando ageretur contra colonum, qui spoliauit dominum pos sessione: nã potest possessio auocari remedio illius legis. die vt ibi. Item est remedium l.non ab re. C. vnde vi. quæ venit addendo ad dictam l.si quis conductionis. quia ibi imponitur pœna colono re sistenti,& nolenti rem domino restituere: nam punitur in rei æsti matione. quod tene mẽti: quia quotidie potest occurrere. Item est remedium l.si me,& Titium. ff. si certum petatur. quia potest agi ex æquitate illius legis: de quo ibi. Item datur officium iudicis de tentori non habenti aliquam possessionẽm, vt per glos. in l.nõ tantum. in princi. ff. de peti. hæred. in l. manifestũ. §. sed cùm in secunda. C. de fur. in l.j. in princ. C. si per vim vel alio mo. de quo etiam per glos. iij. quæstio. j. in sum. Item est remedium l. si coloni. de agri. & censi. lib. xj. De quo dic vt ibi. Item est aliud scilicet triticariæ ꝙ datur pro omnibus, excepta pecunia: vt habetur in l.ij.ff. de tritic. Item per condictionem indebiti, dummodo sit gestum inter duos: vt aliàs habetur in l. indebiti. §. si numi. ff. de condi. inde. Item re medium l.fi. C. de acquirẽda possessione. vbi si procurator, seruus, filius, colonus, vel inquilinus dolosè transferant possessionem in aliam iuuatur dominus ex illa lege. Item remedium l. finalis. ff. de rei vendicatione. vbi propter mendacium condictione ex illa lege transfertur in alium possessio. Item est remedium l. finali. C. de edi. di. Adri. tol. quod datur hæredi, qui ostendit testamentũ non can cellatum, &c. de quo dic, vt ibi habetur, &c. Et ista omnia remedia memoriæ mandauit cùm audirem, do. Bald. de Bartolin. de Peru sio in dicta l. rem quæ nobis. de acquirenda possessione qui. fuit do minus meus in ordinariis de sero. & tene menti. Et aliàs in propo sito recitaui dum legerem Paduæ l.iij. C. de exceptio. pro domino Bertucio Bagarotto. Et vt dixi s̃. hoc interdictum non datur ad res mobiles, nisi solo cohæreant: vt dicit l.j.§. illud vtiq;. ff. de vi & vi arm. in ver. planè. Item nõ solum datur illi, qui habebat ciuilem possessionem, sed etiam si naturalem, vt d.l.j.§. deiicitur. ff. eodem titu. & datur etiam fructuario, vt l.iij. C. vnde vi. ff. eo. Et est inter dictum recuperandæ, & etiam restitutorium. d.l.j.§. hoc interdi ctum. ¶ Et aduerte, licet videar prolixus, non prætermittã vnum, quod est disputabile, & aliàs vidi disputatum Paduæ in publica di sputatione. Nam cùm dixi, quòd vsufructuario datur hoc interdi ctum. d.§. vnde vi. per illum tex. fundatur cõmunis opi. post Ioan. in l.naturaliter. ff. de acquirenda possessione, quòd vsufructuarius habeat naturalem possessionem. Cuius contrarium in puncto iu ris clausis oculis posset sustentari: &, vt ista conclusio sit clara, ar guam pro & contra: & à parte affirmatiua, quòd possideat, addu citur. d.§. vnde vi. Ita tenet glo. & hoc in d.l.naturaliter. & gl. in §. hodie. Insti. de inter. & quasi in omnibus partibus iuris ciuilis. Et est communis opinio Legistarum per fundamentum, quod videtur inconuincibile in d.§. vnde vi. quia interdictum vnde vi, cùm non detur nisi possidenti. l.j.§. hoc interdictum. ff. de vi, & vi ar. saltem naturaliter: vt dicto §. deiicitur. Sed sic est, quòd datur vsufructua rio. dicto §. vnde vi. ergo sequitur, quòd possideat naturaliter. Sed in contrarium. Primò potes allegare text. in §. quod enim placuit. Institu. per quas perso. not. acq. Secundò, in l. acquiritur. §. finali. ff. de acqui. re. do. Tertiò, in l.j.§. per eum. ff. de acquirenda possessio ne. ibi, licet eum non possideamus. Quartò in l. sciendum. §. eum. ff. qui sat. cog. vbi vsufructuarius non cuitat onus satisdandi, licet ad hoc sit facilis responsio. Quintò, in l.j.§. quod ait. ff quo. leg. vbi dicitur, quòd vsusfructus non possidetur. Sextò, in l. finali. ff. vti possi. vbi fit differẽtia inter possessorem, & fructuarium. Septimò per l. possessio quoq;. ff. de acquirẽda pessessione. vbi dicitur, tenea tur: ergo non possideatur. Octauò, per l.ij. ff. vsufruct. quemad. ca. dum dicit, quòd vsufructuarius præstat custodiam. Nonò, quia vsufructuarius est tanquam procurator proprietarij. l.j. in fi. ff. de ope. no. nun. sed procurator detẽtat: vt l. quod meo. ff. de acquiren da possessione. Decimò, text. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruc. vbi dicitur, quod in fundo & seruo retinemus vsumfructum: pon dero Retinemus. Vndecimò, in l.iij.§. penul. ff. de vi, & vi ar. dum dicit, quasi in possessione. Duodecimò, l. naturaliter. ff. de acquiren da possessione. dum dicit Videtur: & sic impropriè. Decimotertiò, l. permisceri. in princip. ff. de acquirenda possessione. vbi dicitur, quòd nõ permiscentur causę possessionis, & vsusfructus, &c. Deci moquartò, l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhib. qui tex. fortiter stringit, dũ dicit, quòd vsufructuarius rem retinet, nec possidet. Decimo quintò, in l. certe. §. is, qui. ff. de preca. vbi dicitur, Vsufructuarius, colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tamẽ nõ possidẽt. Põdera primò vnã æquiparatur ibi colonus: deinde verbum, Possidet, quod facit vnã orationẽ, &c. Et isti duo vltimi textus stringũt passum in tantùm, ꝙ nõ potest eis fine iuris violẽtia responderi: licet aliàs, dum iste

iste articulus disputaretur Perusij, ad omnia ista argumẽta respon derẽ per bona remedia, quæ nunc omitto. Vide ad hoc Bal. & Mo der. in d.l. naturaliter. ff. de acqui. pos. & tene menti, quia posset tibi facere honorẽ. &c. ¶ Secundò, hoc interdictum est prætorium l.j. in princ. ff. de vi, & vi ar. Tertiò, quòd sit in personam, patet pro batum. Quartò, est rei persecutorium d.l.j.§.j. cùm detur ad recu perandum possessionem. Quintò, est in simplum, vt probatur in l. in interdicto. ff. eo. Sextò, est stricti iuris, vt patet. Septimò, non est perpetuum, sed annale. d.l.j. in princip.& l.ij. C. eo. tit. Bene verum est, quòd de eo, quod ad aliquem peruenit, competit perpetuo. l.iij. §. hoc interdictum. ff. eo. Et iste annus est vtilis: vt d.l.j. & ibi gloss. & licet quo ad agendum sit annale, tamen ad excipiendum est per petuum, iuxta l. purè. in fin. ff. de do. excep. licet de iure Canonico duret perpetuo: vt not. in c.ij. de resti. spo.& ibi vide in glo. fin. cùm spoliatus nulla cõditio temporis opponi possit: vt d.c. redintegran da. iij. q. j. Facit ad hoc, quòd iure ciuili instantia perit triennio. l. properandum. C. de iudi. & tamen de iure Canonico est secus, vt in c. venerabiles. & c. significauerunt. de iudi. Octauò, datur hæredi, & aliis successoribus: vt l.j. §. hoc interdictum hæredi. ff. de vi, & vi ar. In hæredes datur de eo, quod ad eos peruenit. d.l.j. §. fin. & l.iij. in princip. §. hoc interdictum. & facit l.j. C. ex deli. defun. Nonò, non infamat, vt l. neque. ff. de vi, & vi ar. quod tamen intellige de infamia iuris, non autem de infamia facti, secundùm gloss. in d. l. neque. & ideo in parentem, vel patronum non datur: vt l.j. §. hoc interdictum. ff. eo. & l. licet. de obseq. & l. ceffat. de act. & obli. dixi s̃. in j. regula negatiua. Decimò, est directum, licet quandoque repe riatur vtile: vt l.j. §. filiusfamilias. ff. eod. tit. cum si. licet possit expo ni vtile, id est, efficax, &c. Vndecimò, est singulare. Duodecimò, simplex, &c.

65 In factum, quod vi aut clàm. Hoc interdictũ competit illi, in cuius solo vi, vel clàm ædificatum fuit: vel quòd vi ædificauerit post prohibitionem domini: vel clàm, scilicet ꝙ ce lauerit se, cùm intelligeret dominum prohibiturum: nam cogitur per hoc interdictum opus demoliri: de quo interdicto habetur in l. j. in princip. & per totum. ff. quod vi aut clàm. Et quid sit vi facere, & clàm facere, vide tex. in l.j. §. quid sit. cũ seq. & in l.ij. §. fi. ff. eo. tit. Et est interdictum restitutorium. d.l.j. §. j. & pertinet solũ ad rem, quæ in solo finitur. d.l.j. §. hoc interdictũ. & prohibitio potest fieri, non solùm per dominum, sed per plures alias personas: de quo est text. in l.iij. in princip. eo. titu. Nec potest istæ, qui ædificauit vi, vel clàm, aliqua exceptione se tueri: vt d.l.j. §. denique. nisi in casi bus, de quibus ibi per gloss. in ver. posteà. videlicet in l.iij. §. sed si permiserit. ff. eo. quando dominus, vel alij, qui potuissent etiã pro hibere, post prohibitionem permiserũt. & in l.si alius. §. bellissimè. eo. tit. & §. est & alia. & l. semper. §. hoc interdictum. Et de libello pro hoc interdicto, vide Bar. in l. competit. §. in summa. eo. tit. Et in illo tit. discas. l. aut quæ aliter. quæ secundùm Bar. literis aureis etiam describenda. Secundò, quòd sit prætorium, est text. in l.j. in prin. Tertiò quòd sit in personam, patet. Quartò, quòd sit perse cutoriũ, probatur in l. semper. §. in hoc interdicto. & §. fi. ff. quod vi aut clàm. Quintò, est in simplum, per eadem iura, cùm detur ad interesse, &c. Sextò, est stricti iuris, vt d. §. actionum. Septimò, est annale, non perpetuum: vt l. semper. §. hoc interdictum. & l. si inter. in princip. ff. quod vi aut clàm. Octauò datur hæredibus: vt l. denique. §. quæsitum ff. eo. In hæredes non datur, nisi de eo, quod ad eos peruenit: vt d.l. semper. §. hoc interdictum. Nonò, quòd non infamet, patet in dicta l. neque. ff. de vi, & vi arm. & secundùm glossam ibi verum est, quòd de infamia iuris, licet de infamia fa cti secus, de quo ibi. Decimò, ꝙ directum, patet: quia ex verbis, & mente. dicta l.j. in principio. licet vtile quandoq; reperiatur: vt l. is, qui in puteum. §. si tutoris. & §. fi fundum. eod. ti. & in d.l. si vi tem. in princip. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vl timò, non contrarium, &c.

66 In factum, vti possidetis. Hoc interdictũ competit ei qui molestatur ab alio in possessione rei immobilis: quia dicat se esse dominum vel possessorem, &c. quia per hoc interdictum ille, qui possidet, nec habet possessionem ab alio vi, vel clàm, vel precario, potest se tueri, & prohibetur ille molestator ipsum turbare, &c. De quo interdicto iuxta verba prætoris habetur in l.j. in princ. & per totum. ff. vti pos. & C. eo. tit. & per Canonistas in c. licet causam. de proba. & non solùm habet locum in possessione ædium, sed etiam aliarum rerum immobilium: prout est tex. secundùm intellectum communem in d.l.j. in princ. vti pos. Et pro hoc sunt textus aperti in d.l.j. §. hoc interdictum. el ij. & seq. Item est prohibitorium reti nendæ possessionis, per quod quis prohibetur inferre vim possi denti. Sed interdictum de vi, & vi armata, vt dixi, est restitutoriũ, & recuperandæ possessionis. Text. est in l.j. §. est igitur. & §. illud enim. ff. vti pos. Et de forma libelli in interdicto de vi, & vi armata, vide Barto. in l. in interdicto. ff. de vi. & vi ar. Et de forma libelli in hoc interdicto, vide eundem Bartol. in l.j. §. interdictum. ff. vti pos. Et debes scire alium terminum, quod ille, qui vult agere tali inter dicto, est opus, quòd non possideat ab aduersario vi, clàm, vel pre cario. Est tex. in l.j. §. perpetuò. & fi. ff. vti poss. & Bart. in d. §. fi. po nit exempla ad hæc tria requisita. ¶ Item scias, ꝙ hoc interdictum non datur, nisi possidenti, vel ciuiliter, vel naturaliter. Nam si quis esset in possessione causa rei seruandæ, cùm non possideat, non haberet interdictum. Text. est in l. si duo. §. creditores. ff. vti pos. cum simi. ¶ Secũdò, quòd sit prætorium, est text. in d.l.j. in princ. ff. vti pos. Tertiò, quòd sit personale, patet. Quartò est rei perse cutorium, cùm detur ad retinendam possessionem: vt d.l.j. §. hoc interdictum. Quintò, est in simplum, vt patet, & l. pe. §. finali. eod. titulo. Sextò, est stricti iuris, vt etiam patet. Septimò, non est perpe tuum, sed annale. d.l.j. §. j. ff. vti pos. Ergo potest dici quòd detur hæredibus, iuxta §. non autem omnes. Insti. de perpe. & temp. act. cum simi. In hæredes possumus dicere, quòd non detur, cùm sit annale, iuxta l. in honorariis. de actioni. & obligatio. Nonò, quòd non infamet. Decimò, est singulare. Vndecimò, directum. Duo decimò, duplex: quia non cognoscitur actor à reo: iuxta ea, quæ super hoc termino dixi, suprà in Publiciana actione, & probatur ad literam in l.si duo. §. hoc interdictum. ff. eo. titu. Vltimò, non contrarium.

67 In factum, vt ubi. Primò hoc interdictum competit ad similitudinem superio ris, quando quis turbatur in possessione: sed differunt, quia illud da tur pro possessione rei immobilis, istud verò pro possessione rei mobilis: vt habetur in l. vnica. ff. vt ubi. & prout in superiori, vt quis possit intentare, requiritur quòd ab aduersario non possede rit vi, vel clàm, vel precario. Eodem modo in hoc, vt habetur in dicta l. vnica. de qua etiam habetur Instit. de interdi. §. sed hodie li cet Canonistæ in d.c. licet causam. de proba. non videantur facere differentiam inter hoc interdictum & superius: vt etiam refert sanctus Blasius hîc, &c. Et quia hoc interdictum est hodie exęquatum cum superiori, vt habetur in d.l. vnica. ideo in reliquis funda mentis dicas, vt in superiori dictum est.

68 In factum, de superficiebus. Hoc interdictũ competit ei, qui turbatur in possessione superficiei, quę habetur in solo alieno. Nam potest se tueri hoc interdicto, ne molestetur, &c. dato scilicet, quòd turbetur ab alio, quàm domino soli: quia tunc dan tur sibi actiones ciuiles. De hac habetur in l. prima. in principio. & §. qui superficiem. cum simi. ff. de superfi. & ibi vide. Et quòd sit prætorium, patet in dicta l. prima. & dixi in superioribus. Vt quis obtineat, requiritur quòd superficiem non possideat ab alio vi, clàm, vel precario: vt dicta l. prima. in principio. ff. de superficie. In reliquis dic vt est dictum in interdicto vti possidetis: quia eadem in isto seruantur, vt habetur in d.l.j. §. præponitur. verfic. omnia. ff. de superfi. &c.

69 In factum, de itinere, actúque priuato. Primò hoc interdictum competit ei, qui per fundum alterius ad fundum suum habet iter, vel actũ, cùm iuerit saltẽ per triginta dies per illud iter, etiã discon tinuos in anno proximè retro: quia si vicinus ipsum prohiberet

ire

Universidad de Deusto
Biblioteca

ire,per hoc interdictum, potest prohibere vt à prohibitione desistat.De hoc habetur in l.j. in prin.ff. de iti. actúq; priua. Et in hoc interdicto, vt dicit hîc etiam sanctus Blasius, & bene non agitur de iure seruitutis, quod expeditur per actionem confessoriam & negatoriam,iuxta l.ij.ff.si ser. vend. sed agitur in possessione, qua fuerit vsus ille,qui prohibetur per dictos triginta dies. & in hoc,vt j. dicam, venit interesse, scilicet quanti interfuit, eum non fuisse prohibitum, &c. vt habetur in l. ij.§. in hoc interdicto.ff. de iti. actúq; priua.Et requiritur,quòd ille, qui prohibetur ab aduersario non fuerit vsus itinere vi, clàm, vel precario : vt dicta l. prima. in princ. & §.hoc interdicto. eodem titulo. Et est prohibitorium ad tuendas rusticas seruitutes.d.l.j.§.primo.Et quia tex. est no.in d.l.j. §.si quis propter.ff.de iti.actúque priua. quod propter inundationem vsus viæ & itineris,perditur,&c. sicut aliàs per inundationem perditur possessio:vt habetur in l.iij.§.Labeo.ff.de acquirenda pos. Et sic si aliquis præscriberet per inundationem, interrumperetur præscriptio, cùm perdatur possessio: vt habetur latè in d.§. Labeo.Tex.in d.§.si quis propter. dicit quòd quis restituitur ad hoc interdictum per in integrum restitutionem. ¶ Ego volo tibi relin quere in proposito vnam dubitationem, scilicet an interrupta prescriptione detur restitutio in integrum, & licet communis sit opi. quòd non, vt habetur in d. §. Labeo. tamen in disputando posset teneri contrarium : pro nunc vide in d.§. Labeo. & in d.§.si quis propter.& vide in l. qui fundum. §. qui bona.ff. pro empt.&c. Secundò quòd sit prætorium,est text.in d.l.j.in princi. Tertiò, quòd in personam,patet.Quartò,quòd sit rei persecutorium, probatur in l. vnde etiam.§. in hoc interdicto.ff. eodem. Quintò, quòd in simplum,probatur in eod.§. Sextò,quòd stricti iuris, patet. Septimò,est annale.vt l.j.in princi. & d.l.vnde etiam.in princip. eodem titulo.Octauò,datur hæredibus.d.l.vnde etiam.§.si quis ab authore.si author possessionem sit adeptus.In hæredem non videtur dari,cùm sit annale,iuxta l.in honorariis.de act.& oblig.nisi dicamus, quòd detur in quemlibet prohibentem,&c. Nonò,quia non infamet. Decimò directum : quia ex verbis, & mente, licet aliquando reperiatur vtile:vt dicta l. vnde etiam.§. idem Iulianus. eodem titulo. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contrarium.

70 **In factum, de itinere,** actúq; priuato reficiendo.Primò hoc interdictum competit ei, qui habet iter, & actum per fundum vicini ad fundum suum,vt suprà dixi in proximo præcedenti. Et dato quod vellet reficere iter,& vicinus prohiberet,vel alius,per hoc interdictum potest se tueri, vt cogat illos desistere à tali prohibitione. Et de hoc interdicto est tex.in l.iij.§.ait prætor.ff. de iti. actúq; priua. Et requiritur etiam in hoc, quòd non fuerit vsus itinere vi, clàm, vel precario.d.§.ait prætor.¶ Sed differt à superiori : quia in hoc requiritur,quòd in anno vsus fuerit itinere.Item, quòd probet sibi competere ius seruitutis:vt est text.in d.l.iiij.§.hoc autem superiori.& §.sequenti.eodem titulo.& si alterum deficiat, deficit interdictum:vt in §.seq.Et volens reficere tenetur vicino cauere de damno infecto:vt d.l.iij.§.qui hoc interdicto.Et ex hoc infertur, quòd refectio viæ non incumbit debenti seruitutem, sed ei, cui seruitus competit:prout habetur etiam in l.quoties.§. finali.ff. de serui.tit. generali. Sed secus sit in seruitute oneris ferendi, vt habetur in l. eum debere columnam. de ser. vrb. prædio. quod tene menti &c. Secundò,quòd sit prætorium, est text.in dicto §.ait prætor. Tertiò,quòd in personam,patet.Quartò,quòd rei persecutorium. Et Quintò, quòd sit in simplũ, probatur in d.l.iij.§. vtilitas.eo. titu. Sextò,quòd stricti iuris. Septimò, est annale, vt superius.d.§. ait prætor.& l.j.§.antepe.ff.de interdic. Octauò,datur hæredibus, vt l.apparet.§.j.ff.eodem titulo.In hæredem non datur,nisi dicamus quòd det in quemlibet prohibentem. Nonò, non infamat. Decimò,directum.Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò,non contrarium.

71 **In factum, de aqua quotidiana.** Primò hoc interdictum competit illi,qui per fundum alterius saltem vno die,vel nocte in anno retro,duxit aquam ad fundũ suum: quia si ille dominus fundi,per quem aquam duxit,ipsum prohibet, vel impedit,agitur contra ipsum hoc interdicto, vt à prohibitione desistat.De hoc habetur in l.j.in princ.& §.j.& §.quod autem.ff. de aqua quoti.& æsti.nec debet duxisse aquam vi,clàm, vel precario:vt d.l.j.in principio. Et est interdictum non solùm prohibitorium,sed etiam restitutorium,vt quis tollat, si quid fecit ad impediendum ducere aquam,&c.vt est tex.cum glo.in d.l.j.§.j.& §.Labeo.eo.titu.Secundò,est prætorium.d.l.j.in prin.Tertiò,in personam.Quartò, rei persecutorium, cùm prosequitur ius seruitutis: & illud,quod quis amittit, requiritur per hoc interdictum.d.l.j.§. prætereà.Quintò,quòd in simplum,probatur in prælleg.Sextò, quòd stricti iuris,patet.Septimò,est annale,non perpetuum, vt in superiori fuit dictum,& probatur in d.l.j.in princi. Octauò,datur hæredibus.d.l.j.§.ait prætor.In hæredes potest dici, quòd non detur cùm sit annale,per d.l.in honorariis.nisi detur, vt in quemlibet prohibentem:vt in superiori dixi.Nonò,non infamat.Decimò,est directum,&c.licet vtile quandoq; sit:vt d.l.j.§.si fundum.Vndecimò,singulare.Duodecimò,simplex. Vltimò,non contrarium.

72 **In factũ de aqua æstiua.** Primò, hoc interdictum pertinet ad eũ, qui per fundum alterius vno die, vel nocte in æstate retroduxit aquam in fundum suum, vt non posit prohiberi, &c. vt in superiori dixi.Et differunt : quia qui interdicit de aqua quotidiana, interdicit,vti hoc anno : sed in aqua æstiua interdicit vti hac æstate. Vide etiam de hoc in d.l.j.in princ. & vide in §. quod autem diximus. & quando incipit æstas, vide in dicta l. prima.§. æstatem.& ibi glo.no.in quot partes diuidatur annus. & in hoc requiritur illa clausula, quòd non duxerit aquam vi,clàm, vel precario, vt superiori.d.l.j.§. deinde ait. & in princip.l. Et est etiam restitutorium dicto §.j.&c.Secundò,quòd sit prætorium,patet in d.l.j. in princ. in personam, &c. In aliis fundamentis, dicas vt in superiori : cùm sint similia:vt d.l.j.§.Labeo.Sed in hoc discordant, quia licet superius sit annale,tamen hoc durat per annum,& sex menses.Item potest durare per biennium, secundùm variam computationem temporis: vt habetur in dicta l. prima.§.deinde. & §. æstatem. & seq. eodem titulo,&c.

73 **In factũ , de aqua ex castello ducenda.** Primò competit ei,qui habet ius ducendi aquam ex castello:id est,loco vbi in publico aqua recipitur, vel riuo, vel alio loco publico ad fundum, vel domum eò quia habuit concessionem à principe,vel communitate : si aliquis ipsum prohibeat, habet hoc interdictum,de quo loquitur text.in l.j.§.ait prætor.§. quo ex castello.cum duobus seq.ff.de aqua quoti.& æsti. Et hoc est quotidianum in ciuitatibus,in quibus in stratis est castellum : vt est in ciuitate Aquilianæ & Viterbij:quia si habent concessionem, quòd ex castello ducet aquam in domum,vel hortos, non possunt prohiberi.Et est aduertendum,quòd hoc interdictum non continet solùm possessionis causam, & sic præparatorium, vt superiora proximè, sed continet causam proprietatis : quia hîc non probatur, an quis duxerit,&c.sed an habeat ius seruitutis assignatum, vel non : vt est tex.not.in d.l.j.§.fin.ff.eodem. Et ea hora,qua quis habet ius ducendi.ea debet ducere,& non alia:vt habetur in l.penult.eodem tit. In aliis fundamentis,dic vt in duobus proximis.

74 **In factum , de riuis purgandis.** Primò,quòd interdictum hoc competit ei,qui habet ius aquæ ducendæ : vt dixi in superioribus interdictis, per riuum, quem volens purgare,& reficere,prohibetur ab alio:quia tuetur se per hoc interdictum : & non habet probare an iure aquam ducat : de quo vide in l.prima.de riuis.& in l.finali. eodem titulo. Et est prohibitorium: vt dicta l.prima. in fine princip. & potest etiam esse restitutorium:vt in proximis dixi.Bene verum est,quòd tenetur cauere de damno infecto iste volens purgare.dicta l.j.in prin. Secundò, quòd prætorium,patet in d.l.j.in prin.Tertiò,quòd in personam. In aliis dic, vt in superioribus. Bene verum est, quòd est annale,

dicta

dicta l.j.§.hoc interdictum.el ij. & datur iisdem personis, & in eadem,prout superiora:vt l.ij.§. iisdem. eodem titulo. & datur non solum ad riuos,sed etiam ad specus,& septa: vt d.l. prima.in princi. Quæ in quo differant, & quid importent, vide in d.l.j.§. ait ergo. cum simi.&c.Et sub verbo reficiendi,quid contineatur,vide in d.l. j.§.reficiendi,&c.

75 **In factum , de fonte, vt liceat eo** vti.Primò,hoc interdictum competit illi, qui prohibetur haurire aquam ex fonte,cùm per annum hausisset : vel appellere pecudes: vel inde aquam ducere,vt ille scilicet prohibens desistat à prohibitione:de quo habetur in l.vnica.in principio.ff.de fonte. Et differt à superiori,scilicet de aqua ex castel.duc.& aqua æsti. & quoti. quia illa loquuntur de aqua deducenda : istud verò de aqua haurienda: prout etiam dicit glossa in rubrica de fonte. Nec habet locum pro aqua mortua,vt in cisterna:sed solum de aqua viua. dicta l. prima. §.hoc interdictum. el iij. eodem titulo. Et procedit non solum in fonte,sed in piscina, puteo, & lacu : dummodo aquam viuam habeant:vt dicta l.prima.in fin.princ.& §.deniq;.Et requiritur,quòd quis non fuerit vsus hausto vi,aut clàm vel precario.d.l.j. in princ. sed secundùm Bartolum in dicta l.prima.§.hoc interdictum. el iij. licet in cisterna non habeat locum directum, tamen habet locum vtile.Hinc sumpta occasione pone, quòd extat statutum in ciuitate,quòd mulieres portantes perlas,vel margaritas,puniuntur tanta pœna:& est aliqua mulier, quæ portat perlas fictas, seu contrafactas,non veras,& viuas:certè non incidet in statutum.Ita decidit Bartolus in l. prima.§. hoc interdictum. Et tene menti : quia in multis ciuitatibus extant huiusmodi statuta,&c. Secundò est prætorium.l.prima in principio.Tertiò,in personam,vt alia. Quartò, potest dici rei persecutorium, cùm quis prosequitur ius aquę hauriendæ.d.l.j.Quintò in simplum: vt ibidem patet. Sextò stricti iuris.Septimò est annale, non perpetuum.d.l.j. Octauò, hæredibus datur, non in hæredes, vt in præcedentibus dixi, scilicet de aqua quoti.& æsti.cùm procedant à pari quantum ad personam : vt d.l. j.§.hoc autem.ff. de fonte. Nonò, non infamat. Decimò.est directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

76 **In factum , de fonte reficiendo.** Primò hoc interdictum competit illi, qui habens ius hauriendi aquam,vt in proximo dictum est,ex fonte,vellet reficere fontem, puteum,piscinam, &c. vt suprà dixi, quæ indigerent refectionem, si prohiberetur,habet hoc interdictum vel à domino fundi,vbi est fons,vel ab alio,&c.Et de hoc interdicto loquitur tex.in l.vnica.§. deinde ait.ff.de fonte.Et fuit introductum ad similitudinem interdicti de riuis reficiendis : quia nullus esset vsus, &c. vt dicit text.in d.l.j.§.hoc interdictum. Secundò quòd sit prætorium, est text.in d.§.deinde.Tertiò,quòd in personam,vt patet. Quartò,quòd rei persecutorium,dic vt in proximo. Quintò, quòd in simplum, eodem modo.Sextò,stricti iuris. Septimò,est annale.dicto §.deinde. Octauò,datur hæredibus,& in hæredes, vt in illo de aqua æstiua. de quo proximè dixi.& approbat tex.in d.l.j.§.fin.ff.de fon.Nonò, quòd non infamet. Decimò,quòd directum. Vndecimò,quòd singulare.Duodecimò,quòd simplex,&c. Vltimò,non contrarium.

77 **In factum, de cloacis purgandis.** Primò competit illi, qui haberet cloacam iuxta fundum alterius, vel alium locum, per quam immunditiæ & colluuies demittebantur:dato casu,quòd vellet ea purgare,vel reficere : puta, quia curtus impediebatur : & quia dominus fundi, vel alius eum prohibet, habet hoc interdictum prohibitorium, &c. de quo loquitur totus tit.ff. de cloa.&c. Et est aduertendum, quia fauore publicę vtilitatis, vt quis possit purgare, vel reficere cloacam, non quærimus an clàm,vi, vel precario fit vsus cloaca : vt l. prima.§. quia autem. de cloa.Item pertinet ad priuatas cloacas.d.l.prima.§.hoc autem. Secundò,quòd prætorium,dicta l.prima.in principio. Tertiò,quòd in personam patet. Quartò,quòd rei persecutorij, patet per media, quæ dixi in duobus proximis.Quintò, q̃ in simplum, eodem modo.Et etiam ex eo,quòd pertinet ad priuatas cloacas, vt dixi. Sextò,quòd stricti iuris.Septimò,quòd sit perpetuum potest dici, cùm sit rei persecutorium,per d.l.in honorariis.nec reperiatur annale : per quod respondeo, si obiicitur, quòd superiora plura sunt rei persecutoria, tamen sunt annalia, &c. Octauò datur hæredibus, per regulas. §. non autem omnes. de perpetuis & temporib. actio.Nonò, quòd non infamet. Decimò,quòd directum.Vndecimò, quòd singulare. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

78 **In factum , ne quid** in cloaca fiat, immittatúrve.Hoc interdictum competit illi,qui habens vsum cloacę,vnde aqua fluat,vel colluuies:aliquis vult aliquid facere,vel immittere in cloacá,propter quod vsus eius impediatur:quia cõtra illum est proditũ hoc interdictum prohibitorium,&c.de quo est text.in l.j.§.pe.& fin. ff. de cloacis. Item pertinet ad cloacas publicas.d. §. pen. Secundò, quòd prætorium. d. §. deinde. Tertiò, quòd in personam. Quartò,rei persecutorium.Quintò,in simplum.Sextò,stricti iuris. Septimò, est annale ex eo, quod est populare,per l.fin. ff. de popu. act. Et quòd sit populare,patet ex eo,quòd pertinet ad publicas cloacas, vt iam dixi. & in hoc istud differt à superiori. Octauò, hæredibus non datur, nisi vt cuilibet de populo:arg.l.populares.de popu.act. In hæredes non datur. l. fin. de popu.act.Nonò,quòd non infamet. Decimò, quòd directum .Vndecimò , quòd singulare. Duodecimò , quòd simplex.Vltimò,non contrarium.

79 **In factum , vt quod factum** immissúmve est in cloacam , tollatur. Hoc competit, quando quis aliquid habet immissum in cloacam , vel factum , propter quod est impeditus vsus , &c.quia cogitur tollere , & statum pristinum reducere : & sic est interdictum hoc casu restitutorium , & superius prohibitorium, quæ ambo ponuntur in text. quem s̃. allegaui in d.l.j. §.pe.& fin. ff.de cloa. Et inquantum pertinet ad cloacas publicas, dic vt in superiori.si ad priuatas cloacas , termini sui possunt assimilari illi interdicto , de cloacis purgan.&c.Et eodem modo dicas in s̃.proximo &c.

80 **In factum , de precario.** Hoc interdictum competit illi , qui precario concessit aliquam rem alicui vtendam, & fruendam , qui sibi nollet rem restituere : contra ipsum datur hoc interdictum , vt rem restituat, &c. de quo habetur in l.ij. in princip. ff. de precar. cùm precario possidens videatur nomine concedentis possidere: iuxta not.in l.quod meo.in princip. & l. interdum. ff.de acquirenda possess.Et interdictum restitutorium. d.l.ij.in princip.& §.j. Et in hoc fit condemnatio secundùm interesse actoris : vt habetur in l. quæsitum. §. ex hoc interdicto. ff. de precar. Et in quo differat precarium à commodato, vide gloss. not.in l.j.ff.de precar. Et potest constitui precarium in rebus mobilibus, & immobilibus : vt l. in rebus.ff.eod.Et potest constitui,quòd transferatur possessio, & quòd non.l.ij.§.fi.& l.in rebus.& l.certè. §.is, qui.ff.de preca.¶ Et scitis q̃ quotidie in instrumentis ponitur illa clausula , Et ex nunc constituit se precario nomine emptoris possidere ,&c. quid importet ? dicas quòd importat, quia primò intelligitur translata omnis possessio in emptorem , ciuilis , & naturalis : deinde intelligitur translata naturalis in precario possidentem : vt habetur in dicta l.interdum.de acqui.possess.Sed si diceretur simpliciter, Et ex nunc constituo me nomine emptoris possidere.tunc omnis possessio remanet penes emptorem.& sic plus operatur constitutum, quàm precarij rogatio , in fauorem emptoris : vt habetur in l. qui bona.in principio.ff.de acquirenda possessione. per Bar.& omnes in d.l. interdum. Et tu Canonista habes titulum de precariis. & in c. primo habes de precaria. Quid sit precaria , dicas , quòd est concessio rei immobilis per annuam pensionem , de quinquennio in quinquennium.c. primo.de precariis. & ibi glossa.& in c. precariæ.vbi glossa magistralis decima quæstione secunda.Bal.in capitulo primo. §. tua. quibus modis seu. amit. &c. Secundò , quòd

sit præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit prætorium, est text. in d.l.ij. Tertiò, in personam, vt alia. Quartò, rei persecutorium: vt l. quæsitum. §. ex hoc interdicto. ff. eodem. Quintò, quòd in simplum, probatur ibidem. Sextò, stricti iuris. Septimò, perpetuum est, non annale per text. qui assignat pulchram rationem ab absurdo, in dicta l. quæsitum. §. penultimo. Octauò, datur hæredibus, & in hæredes. d.l. quæsitum. §. fin. licet precarij rogatio ad hæredes non indistinctè transeat. De quo vide in l. cùm precario. §. fin. ff. eo. titu. Nonò, non infamat. Decimò, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contrarium.

81 ## In factum, de arboribus cædendis.

Primò ad hoc interdictum est sciendum, quòd habet duo capita: alterum in arboribus, quæ sunt prope prædia vrbana: alterũ in arboribus existentibus in prædiis rusticis. Primum caput competit illi, in cuius ædes rami arboris alterius pendent, & nocent ædificio. nam dominũ potest monere, ꝙ succidat arborem radicitus: si nolit facere, ille, cui competit interdictum, propria authoritate potest succidere, & auferre ligna. l.j. in princi. vsque ad §. deinde. ff. de arbi. Secundum caput pertinet ad illum in cuius fundo rami arboris vicini extenduntur: quia potest monere facere, quòd rami cædantur, quousq; arbor distet per quindecim pedes à terra in altitudinem. Iste est text. in dicta l.j. §. finali. de arbo. cæden. quod tene menti: quia posset quotidie contingere, maximè in hac ciuitate Paduæ, vbi sunt multi horti, & arbores. ¶ Et practica est. secundùm Bartolum quòd denuntietur domino illius arboris, quòd ipsam succidat: & de hoc fiat instrumentũ: & tunc si non succidat, potest denuntians propria authoritate facere, imò potest ligna asportare. tene menti. Et non solùm procedit in arboribus, sed etiam in vitibus cùm veniant appellatione arboris. dicta l. prima. versic. arboris. Et aduerte, dato casu, quòd radices arboris nocerent tunc datur vtile interdictum de arboribus cædendis, per glo. in l.j. C. de interdi. de quo ibi. Secundò, quòd prætorium. l.j. §. ait prætor. & §. deinde. Tertiò, quod in personam, vt alia. Quartò, videtur rei persecutorium. Quintò, in simplum: vt probantur isti duo termini in dicta l. prima. §. non solum. Sextò, stricti iuris. Septimò, perpetuum, ex quo rei persecutorium. d.l. in honorariis. Octauò, datur hæredibus: vt in §. non autem omnes. de perpe. & temp. act. In hæredes, dic eodem modo, &c. Nonò, non infamat. Decimò, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contrarium.

82 ## In factum, de glande legenda.

Hoc interdictum competit ei, qui habens arborem, quæ pendet in fundum vicini, vel aream, in quam cadunt fructus: quia si prohiberetur recolligere dictos fructus, haberet dictum interdictum intra dies tres, postquàm fructus ceciderunt. Et appellatione glandis, veniunt omnes fructus. De quibus omnibus habetur in l. vnica. ff. de glan. leg. & in l. qui venenum. §. glandis. ff. de verborum signific. Secundò, quòd sit prætorium, est text. in dicta l. prima. in princi. Tertiò, quòd in personam, vt reliqua. Quartò, quòd rei persecutorium, probatur in d.l.j. in princ. Quintò, quòd in simplum, ibidem. Sextò, quòd stricti iuris. Septimò, non est perpetuum, sed temporale, vt suprà patet. Octauò, hæredibus datur, & in hæredes intra illud tempus, quod durat, vt suprà. Nonò, non infamat. Decimò, quòd directum. Vndecimò, quod singulare. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

83 ## In factum, de migrando.

Hoc interdictum competit inquilino, qui soluta pensione domino, vellet recedere de domo, & asportare res suas, & dominus domus prohiberet: quia potest se tueri ex hoc interdicto. Et de hoc est text. in l. prima. ff. de migran. Et aduerte: dicitur in dicta l. prima. §. hoc interdictum. quod est infrequens, &c. debet intelligi ille text. quòd de raro itur ad illud interdictum, ex eo, quia inquilino, qui turbaretur, competit actio ex conducto, & officium iudicis: vt l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca. & ideo de raro recurritur ad hoc interdictum. ¶ Et circa hoc scias quòd pensio domus, nisi aliud sit dictum, soluitur in fine anni: vt l. ædem. C. loca. & ita tenet etiam Bartolus in dicta l. prima. §. si pensio. ff. de migran. Et habetis etiam illam regulam vulgatam in hac materia, quòd res conductoris inuectæ & illatæ intelliguntur obligatæ ratione pensionis. Pone quòd vnus conductor locauit, quod potest facere, iuxta l. nemo rem. C. loca. & l. Moschis. §. Aemilius Prætolinus. ff. de iure fisci. an res istius secundi conductoris sint domino obligatæ: vide casum singularem in l. si in lege. §. si colonus. ff. loca. & quod ibi gloss. & docto. quem textum exclamat Pontanus in singul. cccl xxxvj. Et competit hoc interdictum solùm inquilino, non autem colono: vt habetur in dicta l. prima. §. hoc interdictum. ff. de migran. Et dato, quòd haberet habitationem gratuitam, daretur vtile interdictum, vt eodem §. Et eodem modo daretur vtilis, si non essent res propriè inquilini, sed fortè sibi commodatæ, vel locatæ, vel apud eum depositæ, vt habetur in l. finali. eodem titulo, &c. Secundò, quòd prætorium, est text. in dicta l. prima. in principio. Tertiò, in personam, vt reliqua. Quartò, rei persecutorium dicta l. prima. in principio. Quintò, in simplum, vt ibidem. Sextò, stricti iuris. Septimò, perpetuum, & non temporale. dicta l. prima. §. finali. Octauò, datur hæredibus, & in hæredes, vt est text. in d.l. prima. §. finali. Nonò, non infamat. Decimò, est directum: cum ex verbis & mente, licet quandoque vtile dicatur, vt prædixi: & habetur in dicta l. prima. §. interdictum. Vndecimò, quòd singulare. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

84 ## In factũ, de Saluiano interdicto.

Hoc interdictum competit locatori aduersus conductorem ad aduocandam possessionem earum rerum, quas asportauit, quę erant obligatæ ipsi locatori ratione pensionis. Et eodem modo competit creditori aduersus debitorem pro rebus sibi iure pignoris obligatis: iuxta ea, quæ habentur in §. item Seruiana. Institu. de act. & istis casibus datur directum. Sed in casu, quo dictæ res essent alienatæ per conductores, vel debitores, tunc competit vtile interdictum Saluianum: de quo habetur in l. prima. in principio. ff. de Saluia. interdi. & in l.j. C. eodem titulo. ¶ Et, vt dicit etiam sanctus Blasius, est pinguius remedium huius interdicti, quam Seruianæ hypothecariæ: quia sufficit in ipso, quòd creditor probet illas res fuisse possessas, tanquàm suas per debitorem, tempore obligationis cõtractæ. Sed in hypothecaria oportet creditorem probare de domino debitoris: vt habetur in dicta l. prima. de Sal. interdic. & per omnes in dicto §. item Seruiana. de quo ibi. Et in hoc reus condemnatur ad restituendam detentationem, vel possessionem rei obligatæ: vt habetur in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. &c. Et licet text. in l. prima. C. de preca. & Saluia. interdi. dicat, quòd Saluianum non detur contra tertium possessorem, debet intelligi de directo: quia vtile potest dari: vt dicta l.j. ff. eodem. secundùm gloss. in dicta l. prima. C. eodem. Et in hoc differt à Seruiana, quæ contra tertium datur. Et in alio etiam, quia Saluianum est inter possessoria, Seruiana inter petitoria, & alia etiam est interdicta: de qua suprà dixi. Secundò, quòd prætorium patet ex his, quæ habentur in l. finali. C. de condi. inde. Tertiò, quòd in personam, vt reliqua. Quartò, quòd rei persecutorium, probatur in d.l.j. in prin. Quintò, quòd in simplum ibidem. Sextò, quòd stricti iuris. Septimò, perpetuum, cùm rei persecutorium. d.l. in honorariis. Octauò, hæredibus, & in hęredes, tanquam in extraneos possidentes, datur iuxta §. non autẽ omnes. Insti. de perpe. & temp. act. & d.l.j. & j. §.j. & j. responso. Nonò, nõ infamat. Decimò, directũ. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimò, nõ cõtrariũ.

85 ## In factum, de opere

demoliendo, quod factũ est, post noui operis nuntiationem, antè remissionem nuntiationis. Antè, quàm transeã ad terminos huius interdicti, putaui aliqua prœmittenda fore. Primò, quia in l.j. in princ. ff. de ope. noui nuntia. dicitur hoc edicto, quòd differant interdictum, & edictum. De quo tu posses de facili dubitare. Vide glo. in loco prælleg. in versi. edicto. & ibi Bart. in prima col. & Rofr. in libellis suis, licet variè loquantur: tamen communis

conclusio

conclusio post Barto. ibi, est quòd edictum differat ab interdicto, vt genus & species: vt edictum sit nomen generis: vt in §. constat. Insti. de iure natu. sed interdictum sit tanquàm species: vt alias dicitur in adoptione. Sed cognoscitur vnum ab alio, quia interdictum dicitur quasi inter duos dictũ: nam quandocúq; erat quæstio inter duos, & prætor aliquid cõtra statuebat: tunc dicebatur interdictũ: iuxta §. sunt tamen. Insti. de interdi. & hoc quãdo sumus in libro de interdictis, sed quando sumus extra librum de interdic. id est, extra quintum librum in Digesto nouo, tunc post Rofre. dicit ibi Bartol. quòd quando loquitur præcisè præceptiuè, est interdictũ, quia ex verbis apparet inter duos redditum: vt verò nõ esset contra duos redditũ, sed prætor ex officio facit, tunc dicitur edictũ. & per hoc sequitur ꝙ ti. de ope. no. nũ. tractet de interdicto, non de edicto: quia inter duos redditur: & licet tex. in princ. tit. dicat, hoc edicto: tamen in l. prætor. in princ. & §. j. dicit, hoc interdicto: & eõcordantur, quòd in vno loco Iurisconsultus vtatur nomine generis, & in altero nomine speciei: & per hoc patet ꝙ hęc actio in factum de opere demoliendo, dicitur procedere ex interdicto, & dicitur in factum, iuxta §. fi. Insti. de interdi. Secundò, est sciendum, ꝙ in hac materia sunt consyderandi plures casus. Primus est, ꝙ quando quis ædificat in solo alieno clàm, tunc habet locum interdictum, quod vi aut clam, vel etiã vi, & ædificium fit iam factũ. Sed quãdo habet ædificari, tunc habet locum interdictum de ope. no. nun. & sic datur ad futura opera. & erit secundus casus. De quibus duobus vide tex. in d.l.j. §.j. de ope. no. nun. Tertius casus est, quando facta nuntiatione noui operis, illa nuntiatio remittitur: quia tunc renuntiatione remissa, si prohibeatur, habet remedium ex tit. de remissionibus ille, qui vellet ædificare. de quo in tit. de remiss. & habet in l. si alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi, aut clam. De quo remedio dicetur in proximo interdicto. Idem est præstita satisdatione, quæ pro remissione habetur: vt d.l. si alius. §. ait Iulianus. & ibi gloss. Quartus casus est, quando post ope. noui nuntiationis fit ædificatum ante remissionem nuntiationis, quia datur hoc interdictum de opere demoliẽdo. Bene verum est, ꝙ competit aliud remedium, scilicet interdictũ de ope. no. nun. Item & interdictũ, quod vi aut clam: vt est tex. in d. §. ait Iulianus. Et an sint superflua, vide glo. & doct. in d.l.j. §.j. de ope. no. nun. Et quot modis possit agi in istis operibus, secũdùm varios casus. vide tex. iuncta glo. in ver. interdictũ. in l. prætor. §. nonnulli. ff. de ope. no. nun. Tene menti: quia est quotidiana materia. Secundò, ꝙ sit prætorium, sunt plures tex. vt s. alleg. Tertiò, ꝙ in personam, vt in reliquis. Quartò est rei persecutorium, cũ agitur, vt restituatur opus, quod est in iuribus prælle. Quintò, in simplum, vt ibidem: licet etiam quo ad quod possit dici pœnale: quia suis expensis quis cogitur ædificium tollere: vt d.l. pe. §. fi. & ibi glos. & doc. ff. de ope. no. nun. Sextò, stricti iuris. Septimò, datur hæredibus: vt l. prætor. §. hoc interdictum. ff. de ope. no. nun. In hæredes non datur, nisi inquantum ad eos peruenit: quia tenetur hæres præstare patientiam destruendi operis. d.l. penul. Octauò, est perpetuum. d.l. prætor. §. hoc interdicto. Nonò, nõ infamat. Decimò, directum. Vndecimò singulare. Duodecimò, simplex. Et vltimò, non contrarium.

86 ## In factum, vt liceat ædificare

ei, cui est facta nũtiatio noui operis, si satisfecerit, vel satisdare paratus est, &c. Primò hoc interdictum competit illi, cui postquam fuit facta nuntiatio noui operis ipse fuit paratus satisdare, vel satisfecit de demoliendo opere casu quo appareret se iniustè ædificasse. Et hoc etiam possumus dicere in casu, in quo est facta remissio: vt in præcedenti dixi. Vnde si præstita satisdatione, vel facta remissione, iste talis prohiberetur ædificare, posset se tueri ex hoc interdicto prohibitorio. Et de hoc habetur in l. prætor. §. deinde ait. & §. seq. ff. de oper. no. nun. Secundò, quòd sit prætorium, prout in d. §. deinde. Tertiò, in personam, vt cætera. Quartò, rei persecutorium, cùm quis per ipsum prosequitur ius ædificandi. Quintò potest dici simplũ, vt d. §. deinde. Sextò stricti iuris. Septimò, durat intra annum ab inquietatione: vt habetur in d.l. prætor. §. fin. ff. eod. licet secus sit in præcedenti, vt dixi: & sic non est perpetuum. Octauò datur hæredibus. d. §. fin. In hæredes dicamus quòd non detur, nisi quatenus ad eos peruenit: vt in præcedenti: vel vt in quemlibet prohibentem. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quòd directum. Vndecimò, quòd singulare. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non contrarium.

87 ## In factum loco interdicti fraudatorij.

Hoc interdictum habet locum, quando tutor, vel curator delegauit creditori suo debitorem pupilli, vel adulti, singula singulis referendo, in fraudem pupilli, vel adulti, & creditor participat de tali fraude cum tutore, vel curatore: nam si debitor pupilli, vel adulti, soluant ipsi, ipso iure liberantur à debito. Sed pupillo, vel adulto succurritur primò contra creditorem participem fraudis, per hoc interdictum fraudatorium: vt est text. in l. pupilli. in princip. qui est solus in iure. ff. de solu. Secundò, quando vellet pupillus recurrere contra tutorem, habet actionem tutelæ. Tertiò, contra debitorem potest recurrere: quando fuit etiam ipse in dolo prima actione: sed fuit in bona fide, per in integrum restitutionem, secundùm Bartolum in dicta l. pupilli. in prima, secunda, & tertia quæstione. Et de hoc interdicto fraudatorio fit mentio in l. si postulante. in principio. ff. ad Trebellianum. licet ibi capiatur pro interdicto de his, quæ in fraudem cred. vt vult Barto. contra gloss. in dicta l. pupilli. Et differt ab eo de his, quæ in fraudem cred. quia illud datur quando quis alienat res proprias: hic alienatur res pupilli: & sic alterius, secundùm Bartolum in dicta l. pupilli. de quibus ibi vide plenius. Secundò, quòd sit prætorium, probatur ex eo, quia est interdictum, vt dicitur in iuribus prælleg. Sed interdicta erant formæ, & conceptiones verborum, quibus prætor aut aliquid iubebat fieri, aut prohibebat: si prætor, ergo non ius ciuile. Et ista habentur. Institu. de interdi. in principio. Ita etiam innuitur per gloss. in rubrica. ff. de interdi. vbi dicitur. suprà dixi qualiter agatur de iure ciuili: nunc qualiter de iure prętorio: & sic per interdicta sed hoc est interdictum, vt suprà est probatum: igitur, &c. Tertiò est in personam, vt reliqua. Quartò rei persecutorium, vt probatur clarè in l. pupilli. Quintò, est in simplum, vt ibidem probatur. Sextò, est stricti iuris. dicto §. actionum. Septimò, perpetuum, cùm sit rei persecutorium. d.l. in honorariis. Octauò, datur hæredibus. dicto §. non autem omnes. & dicta l. in honorariis. In hæredes potest dici, quòd detur inquantum ad eos peruenerit: & in pluribus dictum est: & sic tanquàm in possessores. Nonò, non infamat, cùm non reperiatur. Decimò, directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contrarium.

88 ## In factum, loco interdicti de locis, & itineribus publicis.

Et antè, quàm procedam vlterius, Ioan. in arbore non signat plura interdicta, quàm suprà scripta sint: sed tamen reperio, in eo videre, quædam alia: & sic in primis addo hoc interdictum de locis & itine. pub. Et habet locum, quando quis in itinere publico aliquid fecisset, ob quod alius impediretur, & eius vsus: & eodem modo in via publica. Et de hoc est specialis rubri. ff. de lo. & iti. publi. puta, quòd via publica fuerit clausa: quia sit constructum monumentum, vel quid simile: vt habetur in l. prima, secunda, & tertia. eodem titulo. Et sic habet locum, quando est impeditus in totum vsus viæ: & per hoc non est superfluum hoc interdictum ab alio, ne quid fiat immittatúrve in via publica: vt suprà scripsi: quia illud habet locum, quando iter, vel via redditur deterior: sed hoc procedit, quando ex toto impeditur vsus viæ. Ita videtur probari in prælleg. iunctis, quæ allegaui in illo interdicto. Et per hoc addo istud interdictum vltra Ioan. & alios. Cogitabis. Et procedit non solùm in viis publicis, sed etiam in vicinalibus. vt dicta l. tertia. Et quotuplex sit via, vide textum in l. prima. §. viarum. ff. ne quid in loco publico. Et tene menti ad statuta loquentia, quòd in viis publicis, quis non possit facere ponticellos: vel committens delictum in via publica, puniatur acriori pœna: vel si princeps mitteret proclama, quòd omnes viæ publicæ in suo territorio sint liberæ, & quemlibet transeuntem pro-

mittit

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit conseruare indemnem, quia intelligereur statutum de viis priuatis, siue vicinalibus. Vide Barto. in dicta l. prima. de lo. & iti. pub. per l.iij. eodem titu. Secundò quòd sit prætorium, probatur per ea quæ adduxi ſ. in proximo interdicto. In aliis dic vt fuit dictum in illo interdicto, ne quid in via publica.

89 **In factum, loco interdicti** de via publica, & de ædilibus curulibus. Et de hoc non est facta mentio etiam in arbore, nec per scribentes. Et quando competit, & quomodo, vide text. nouum, quia fuit translatus Pisis, in l. ædiles. de via pub. & ædi. cur. quæ lex est multùm no. & quotidie de facto contingit. Et his duobus interdictis additis, reuertor ad arborem Ioannis, &c.

90 **In factum, ex edicto** de albo corrupto. Et antè, quàm Ioannes in arbore ad hæc deueniat, ponit quandam rubricellam, q̃ præterita interdicta ferè omnia reperiuntur directa, & vtilia. Modò ſequũtur actiones in factum ex quolibet prætoris edicto descendentes. De primo, ſcilicet de interdictis, an ſint directa, vel vtilia, latè est dictũ ſuper quolibet. De ſecundo, ſcilicet de edictis, declarabitur ſuper quolibet, &c. Sequitur, vt dixi, actio in factũ ex edicto de albo corrupto, &c. Sic dicta rubr. prout duo dicit, habet duas partes. Primo hoc edictum cõpetit aduerſus eum, qui corrupit, vel vitiauit, deleuit, vel deturpauit aliquam ſcripturam, vel edictum poſitum per prætorem, vel iudicem in aliquo loco eminenti, vt in muro dealbato, vel in valuis eccleſiarũ, vel in palatij, vt hodie fit: quia cuilibet de populo cõtra talẽ corrũpentẽ datur actio in factũ ex hoc edicto: vt habetur in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſdi. om. iud. & in §. pœnales. Inſti. de act. & facit mentionem glo. in rub. ff. de albo ſcri. Et quot modis accipiatur albũ, vide glo. in auth. qui ſemel. in ver. vocatur. C. quomodo, & quando iu. & ibi Cy. & Io. And. in addi. Spe. in addi. incip. & tam amplius. in tit. de cita. §. ſequitur. Et qui incidit in hoc edictũ, ſi non poteſt ſoluere pœnã, de quo dicã ſ. luit in corpus. Et ſi plures ſint corrũpentes, omnes tenentur in ſolidũ, nec vnius ſolutione liberatur alius: vt d.l. ſi quis id, quod. & l. ſeq. & ibi vide. Et hæc actio ex hoc edicto eſt popularis. d.l. ſi quis id, quod. in ſi. prin. & ibi latè vide, an, & quãdo procedat d.l. ſi quis id, quod. Secundò q̃ ſit prætorij, vt patet in d.l. ſi quis id, quod. §. ſerui, quorũ. & l. ſi familia. & d. §. pœnales &c. Tertiò, eſt in perſonã, & non in rem. Primò probatur ex eo, q̃ ex delicto deſcendit, propter quod obligatur perſona: ergo non eſt in rem: vt §. j. Inſti. de act. & habetur in l. actionum genera. ff. de act. & obl. Item ex alio, quia Imperator enumeratis actionibus in rem, poſtea enumerat quæ ſunt in perſonam: & ſubdit §. pœnales. vbi ponitur hæc actio. Quartò eſt pœnæ perſecutorium: vt ſ. in primo termino dixi, & ſubdam ſtatim. Quintò eſt in ſimplum, hoc eſt, in ipſam ſolam pœnam, quæ habet imponi, quæ eſt quingentorum aureorũ: vt eſt text. ſecundũ communẽ literã in d.l. ſi quis id, quod. licet ſecundũ gl. ibi ſecundũ aliã lec. ſit quinquaginta aureorũ, quam opi. multi ſunt ſecuti, vt fuit Cy. & Bal. vt refert hîc ſanctus Blaſius, & ſequitur ex eo, q̃ eſt minor pœna. & licet nõ alleget, facit l. interpretatione. & l. ſanctio legum. ff. de pœn. cum ſimi. Sed Bar. ibi ſimiliter tranſit, q̃ ſit pœna quingentorũ ducatorum. Et idẽ ſequitur Alex. & eſt cõmunis litera. Et q̃ fiat minor interpretatio, eſt verũ in dubiis: ſed hîc ſumus in claro, cũ communis litera ita dicat: igitur. arg. l. continuus. §. cũ ita. de verb. obl. Et quãdoq; etiam in dubiis, imò etiam in claris exacerbatur pœna: arg. l. aut facta. in fi. ff. de pœ. cũ ſi. Sextò, eſt ſtricti iuris. Septimò, non poteſt dici q̃ ſit perpetuum, cùm nõ ſit rei perſecutorij: arg. l. in honorariis. de act. & obl. Item ex alio, cùm ſit popularе, vt dixi ſ. non excedit annum, per l. ſi. ff. de pop. act. Itẽ cùm contineat meram pœnam: vt l. j. §. fi. ff, ſi quis ius dicen. non obtẽp. Octauò, poteſt dici, q̃ non detur hæredibus, nec in hæredes, per l. pe. ff. eo. tit. de popu. act Nonò. quòd non infamet. Decimò directum. Vndecimò, ſingulare. Duodecimò, ſimplex, &c. Vltimò, non contrarium.

91 **In factum, ſi quis ius** dicenti nõ obtemperauit. Primò hoc edictũ eſt proditum aduerſus illum, cui fuit factum aliquod præceptum à iudice ad inſtantiam alterius partis: quia ſi non obedit illi mandato, parti, ob cuius inſtantiam fuit edictum datum, ex hoc edicto datur actio in factum aduerſus illum nolentem iudici obedire ad intereſſe expenſarum, quæ fuerunt factæ in aduocatis, procuratoribus, &c. De hoc habetur in l. j. in §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtempe. cum ſimi. licet ille tex. habeat plures lec. de quibus ibi vide. Secundò, quòd ſit prætorium, patet cùm ſit edictum: vt d.l. j. ſed edicta ſunt prætoria: vt Inſti. de iu. natu. §. prætorium quoq;. Tertiò, quòd in perſonam, dic vt in præcedenti. Quartò, eſt pœnæ perſecutorium: vt patet, cum ad intereſſe detur, &c. vt d. §. fin. & hoc reſpectu rei, ſed reſpectu actoris non, cùm detur ad intereſſe. Ita etiam tenet Io. in gloſ. arboris. Quintò, quòd in ſimplum: cùm detur ad intereſſe expenſarum, vt dixi. Sextò, quòd ſtricti iuris, patet. Septimò, ſi tenemus, quòd detur ad meram pœnam, tunc non poteſt dici perpetuum: vt d. §. fi. & in l. in honorariis. de act. & obl. Sed ex quo eſt rei perſecutorium, & datur ad intereſſe, certè poteſt dici perpetuum, quia d. §. ſecundùm lect. magis communem, vt dicit etiam ibi Barto. in princi. loquitur de pœna applicanda parti ratione intereſſe: & iſto caſu ſit perpetuum. Sed cùm finis loquatur de mera pœna applicanda fiſco: & tunc durat anno tantùm, vt ibi habetur. Octauò, poteſt dici, quòd detur hæredibus, retentis terminis, vt ſuprà dixi, quòd loquimur, quando agitur ratione intereſſe: vt habetur in d. §. fin. In hæredes non datur, cùm veniat ex delicto: vt dicit gloſ. in §. finali. Niſi dicamus, quòd detur inquantum ex contumacia defuncti peruenit, &c. Nonò quòd non infamet. Decimò, quòd directum. Vndecimò, quòd ſingulare. Duodecimò, quòd ſimplex. Vltimò, non contrarium, &c.

92 **In factum, ſi quis temere** in ius vocauerit, quem non licuit. Primò, hæc actio in factum ex hoc edicto competit parentibus, aduerſus liberos, qui parentes ſuos vocarentur in ius, non petita venia à prætore vel petita, & non obtenta: quia ſi fecerunt citari parentes, incidunt in hoc edictum, quod contra eos datur ad pœnã quinquaginta aureorum. Et eodem modo procedit in libertis, qui non obtenta licentia patronos ſuos in ius vocarunt. De hoc habetur in toto titu. ff. & C. de in ius voc. & §. fin. Inſtit. de pœna temeliti. & in §. pœnales. Inſtitu. de act. Et caſu quo tales non eſſent ſoluẽdo, luant in corpus, iudicis arbitrio: vt habetur in l. ſi. ff. de in ius voc. & iſta talis pœna non habet locum, niſi in perſonis contentis in edicto prætoris. Sed in aliis, qui indebitè facerent citari, qui non continentur in edicto, non procedit hæc pœna, ſed per officium iudicis puniuntur: vt habetur per gloſſ. & Barto. & omnes in d.l. fin. & per gloſſ. in dicto §. pœnales. Et de edicto habetur in l. iiij. §. prætor. ff. eodem. Et de perſonis, quæ non poſſunt vocari, vide in l. ij. iij. iiij, & vj. & in l. adoptiuus. in l. ſi libertus. cum ſimilibus. ff. eodem titulo. Idem eſt in filio ſpirituali, qui fuit leuatus ex ſacro fonte ab alio, ſecundùm Angel. in d.l. adoptiuus. Et idem in filio adoptiuo etiam extraneo, qui non tranſit in poteſtatẽ adoptantis: vt habetur in d.l. adoptiuus. Idem in ſocero, & ſocru, per l. qui parentis. ff. ſoluto matrimonio. Idem in viro, & vxore. Idem in vaſallo. Idem in defenſore ciuitatis. Idem in ciuitate, ex qua quis eſt oriundus. Idem in prælato abbate. Idem in priuato conueniente fiſcum. Idem in papa & Imperatore. Idem in Doctore reſpectu ſcholarium, de quibus omnibus tangit ſanctus Blaſius hîc. Vide tamen in eo, quod eſt dictum de filio adoptiuo, qui non tranſit in poteſtatem quòd non poſsit vocare in ius ſine venia patrem adoptiuum: licet iſta communis ſit opi. vt refert domi. Alexan. in dicta l. adoptiuum. quoniam contra hoc tenui in diſputando, & ibi vide in mea repe. tit. Inſtit. de hære. ab inteſta. in §. ſed ea omnia. vbi omnino vide, & clarus, &c. Et de his omnibus, quæ ponit hic ſanctus Blaſius, vide dominum Alexand. in l. in ius vocari. & pleniùs in l. generaliter. ff. de in ius vocando. qui pleniùs loquitur: ad eum me remitto: quia per hoc non eſſet dare cognitionem terminorum, prout intendo, & non aliud, & videns bene fateor, quòd ſi velis videre illam concluſionem de filio adoptiuo, & ſcio quòd tibi non diſplicebit: & ſi bene inſpexeris repetitionem, quam feci in illo titulo de hæreditate ab inteſtato. dum legerem ſcholaris adhuc

huc, publicè in ſtudio Paduæ tu reperies, ſi bene recolo vigintiocto concluſiones diſputatas in tam paruo opuſculo, &c. Secundò, quòd ſit prætorium hoc edictum, primò patet ex dictis in præcedente. & eſt text. in §. pœnales. Inſtitu. de actio. & l. iiij. §. j. ff. de in ius voc. in l. penulti. eod. titul. Tertiò, quòd ſit in perſonam, probo vt dixi in illo, de albo corrupto. Quartò, quòd ſit pœnæ perſecutorium, patet in d.l. penul. & d. §. fin. Inſtitu. de pœteme. liti. & d. §. pœnales. Quintò, q̃ in ſimplum, patet cùm detur ad quinquaginta aureos, &c. Sextò, eſt ſtricti iuris. Septimò, datur intra annũ, cùm ſit merè pœnale. d.l. in honorariis. & d.l. j. ſi quis ius dicẽ. in §. fi. & eſt tex. in terminis in d.l. pe. ff. de in ius voc. Octauò, non datur hæredibus, nec in hæredes: vt eſt tex. clarus in d.l. pe. & in hoc aſſimilatur actioni iniuriarum, vt habetur in §. non autem. Inſtit. de perpe. & temp. act. & ſciaſ, q̃ licet actiones pœnales non dentur in hęredes, & hęredibus, tamen eſt verum, niſi defunctus litem fuerit conteſtatus. vel cũ defuncto: vt habetur in §. pœnales. Inſti. eod. tit. & latè habetur in l. j. C. ex deli. defun. & illhuc me remitto, &c. Nonò, non infamat. Decimò, directum. Vndecimò, ſingulare. Duodecimò, ſimplex. Vltimò, non contrarium.

93 **In factum, ex edicto, ſi quis** in ius vocatus nõ ierit. Antè, quàm vltèrius trãſeam, Primò eſt ſciendum, quòd titulus ſi quis in ius voc. non ierit. differt ab eo, ſi quis ius dicen. nõ obtemp. de quo ſ. eſt dictum: & hoc, quia ille loquitur quando quis non obtemperat iudici quocunque modo: iſte quãdo quis non obtemperat ſolum in non veniendo: vt dicit Bar. in l. j. §. is videtur. in ij. col. ſi quis ius dicen. licet glo. mag. ibi circa fi. ponat plures differentias, quas non refero. Secundò eſt ſciendum, quòd ſunt opi. an pro hoc edicto, ſit bene poſitus circulus in arbore per Ioan. Et licet multi ſimpliciter ſequantur Ioan. vt fuit Roſr. in libellis ſuis, & tranſeat etiam hîc ſanctus Blaſius, tamen Bar. in l. ex quacunque. in iij. col. in ver. quæro. extra gloſſ. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. tenet quòd malè ſit poſitus iſte circulus, & quòd iſta non ſit actio competens alicui ex litigantibus, ſed potiùs accuſatio, cùm veniat pœna ſolum applicanda fiſco, & non parti: prout etiam dicit gloſſ. mag. in d. §. is videtur. Prętereà eſt tradita theorica in l. j. ff. de condi. ex lege. quòd quando verba diriguntur ad iudicem, tunc pœna venit non iure actionis, ſed officio iudicis. Et propterea cùm in hoc edicto verba dirigantur ad iudicem, d.l. ex quacunque. igitur &c. licet tex. in d.l. ex quacunq;. §. fi. videatur innuere, quòd cadat intereſſe actoris, &c. Breuiter nihil video, per quod reſpõdeatur ad iura Bar. pro nunc: vnde teneo cum eo, q̃ nõ ſit dare hunc circulum, & per conſequens hanc ſpecialẽ actionem: ſed potiùs eſt accuſatio, in qua iudicis officio pœna veniat imponenda, &c. In aliis omnibus dic, vt eſt dictum in edicto. ſ. ſi quis ius dicen. non obtemp. Adde,

94 **In factum, cóntra eum, qui** non accepit coniunctam perſonam in fideiuſſorem pro principali coniuncta perſona in iudicio. Hæc actio competit aduerſus eum, qui noluit recipere in fideiuſſorem de iudicio ſiſti, vel aliter coniunctam perſonam eius, à quo fideiuſsio expectatur, quòd ſi ille nolens tales perſonas recipere, ſciebat ſanguinis coniunctionem, & recuſat tales fideiuſſores, datur ad aduerſus eum hæc actio: & poteſt peti, vt condemnetur in quinquaginta ducatis. Et de hoc eſt textus in d.l. ij. in fi. ff. in ius voc. vt eant. Quæ autem ſit ratio. vide glo. & doct. ibi: & alia fuit potiſsima, quia eſt præſumendum, quòd neceſſarius non ſinat illaqueatum neceſſarium: iuxta l. ij. ff. de recep. & quæ ſint tales perſonæ, vide in l. j. & ij. ff. in ius voc. vt eant. Secundò, quòd ex edicto, & ſic prætoria ſit, patet in l. j. ff. in ius voca. vt eant. & probatur per ea, quæ dixi in edict. ſi quis ius dicen. Tertiò, quòd in perſonam, probat vt in eo. Quartò, pœnæ perſecutoria: vt d. l. ij. §. fin. Quintò, in ſimplum, vt ibidem. Sextò, quòd ſtricti iuris. Septimò, non poteſt eſſe perpetua, cùm meram pœnam contineat, vt dixi in edicto, ſi quis ius dicen. Octauò, non datur hæredi, nec in hæredem: vt in eodem probaui. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quòd directa. Vndecimò, quòd ſimplex. Duodecimò, quòd ſingularis. Vltimò, non contraria, &c.

95 **In factum, ex edicto, ne quis** eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat. Hæc actio competit aduerſus eum, qui per violentiam eximit aliquem, qui erat citatus in iudicium, ne comparet propter quod alius, vel ipſemet exemptus paſſus eſſet damnũ quia iuratur in litem à parte, quæ paſſa fuit tale damnũ. Et de hoc eſt caſus in l. fi. §. j. ff. ne quis eum, qui in ius voca. Secundò, quòd ſit prætoria, eſt tex. in l. j. in princ. eodem titulo. Tertiò, in perſonam. dic vt ſuprà dixi. Quartò, quòd rei perſecutoria, patet in d. §. j. Quintò, quòd in ſimplum ibidem. Sextò, quòd ſtricti iuris. Septimò, datur hęredibus, ſi eorum intereſit. In hæredes non, vt l. ſi per alium. §. finali. eodem titulo. Octauò, durat anno, vt ibidem. Nonò quòd non infamat. Decimò, quòd directa. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò, quòd ſimplex, &c. Vltimò non contraria. Adde,

96 **In factum, aduerſus eum,** qui dolo malo ſecit, quo minùs ſe quis in iudicio ſiſteret. Hęc actio habet locum aduerſus illũ. qui malitiosè & aſtutè aliquid machinatus eſt, quò minùs aduerſarius ſuus ſe ſiſteret in iudicio, propter quod incurrerit damnum: quia damnum paſſo datur hęc actio ad illud damnum reſarciendũ: & ſic ex parte eius, qui vſus eſt malitia, eſt pœnę perſecutoria: ex parte damnum paſsi, eſt rei perſecutoria. De hac habetur in l. fi. in princ. ff. de eo, per quem factum erit. Et q̃ differat hęc à proxima præcedenti actione, vide glo. in d. rub. de eo, per quem fa. erit. & in §. pœnales. Inſt. de act. ¶ Adde. Secũdò, q̃ ſit prętoria, patet in l. j. in prin. ff. de eo, per quem fac. erit. Tertiò, q̃ in perſonã, dic vt ſ. Quartò, quo ad actorem eſt rei perſecutoria, vt probatur in l. j. §. ſi plures. ff. eo. & in l. ex hoc edicto. in prin. eo. tit. Quintò datur in ſimplum, vt ibidem probatur, cùm detur ad intereſſe. Sextò, eſt ſtricti iuris. Septimò, datur hęredibus, vt l. j. §. fi. eo. titu. In hęredes, non: niſi dicamus quatenus ad eos peruenit, ne ex alterius dolo lucrentur, & alius damnum ſentiat, iuxta dictam l. ex hoc edicto. §. planè. eodem titu. & d.l. j. §. fi. Octauò, non eſt perpetua, ſed durat anno: vt d.l. j. §. fin. &c. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, ſingularis. Duodecimò, ſimplex. Vltimò, non contraria.

97 **In factum, ex edicto de edendo,** aduerſus non edentem. Hęc actio competit aduerſus non edentem inſtrumenta, vel rationes, vel ſimiles ſcripturas, quas edere tenebatur: iuxta l. fi. & l. non eſt nouum. & l. ſeq. ff. de eden. & l. j. ff. eo. quia ſi per talem editionem non factam, altera pars eſt damnũ paſſa, reſarcitur ſibi per hanc actionem. Et de hac habetur in l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. cum ſimi. Secundò, quòd ſit prætoria, probatur in l. prætor. ait. ff. eodem titulo. Tertiò, quòd in perſonam, proba, vt in aliis Quartò, reſpectu actoris eſt rei perſecutoria: reſpectu rei, eſt pœnæ perſecutoria: vt dixi in præcedenti. Quintò, in ſimplum, vt patet, cùm ad intereſſe agatur. Sextò, ſtricti iuris. Septimò, datur hęredi, vt habetur in l. finali. ff. eodem. In hæredem non datur, niſi ex ſuo facto: vt d.l. finali. Octauò, eſt annalis: vt dicta l. finali. vide etiam in l. ſi quis ex argentariis. §. penultimo. & l. quædam. §. nihil. eodem titulo. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, ſingularis. Duodecimò, ſimplex. Vltimò, non contraria. &c. Adde,

98 **In factũ, ex edicto de calumniato** ribus. Hęc actio competit aduerſus eum, qui vt calumniam committeret, vel non committeret in iudicio, vt alius vexaretur calumniis, accepit pecuniam, tam in cauſa ciuili, quàm in criminali: quia recipiens dictam pecuniam ab aduerſario, cùm turpiter recepiſſe dicatur, ex quo gratis facere debuiſſet, iuxta titu. C. de iur. calum. & l. finali. in principio. ff. de condi. ob turp. cau. vnde talis recipiens tenetur reddere ei, à quo recepit intra annum quadruplum, & poſt annũ ſimplum: vt habetur in l. j. in prin. ff. de calum. Item ſi ſit datum ab vno alteri, vt contra alium calumniam faceret, non habet qui dedit repetitionem, per hanc actio nem: quia

ipſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſe turpiter dedit: ſed is, qui paſſus eſt calumniam: vt habetur in l. generaliter. §. fi. ff. eo. tit. & eſt glo. in §. quadrupli. in ver. de pecunia. Inſti. de act. & ibi bonus tex. Et non ſolùm quis poteſt ciuiliter puniri, vt pœna applicetur parti, vt §. ſed etiam poſſet criminaliter puniri: vt habetur in l. fi. C. de calũ. Et qualiter intelligatur de quadruplo, & ſimplo, dicam §. Et competit non ſolum hæc actio, ſed etiam condictio ob turpẽ cauſam. De quo vide in l. hęredem. §. ſed prætor. ff. eo. tit. quãtum ad ſimplum vna per aliam tollitur: vt ibi per Bar. Secundò, ꝙ ſit prętoria, patet primò, quia venit ex edicto: vt d. l. & generaliter. §. hoc edicto. in l. ſi quis ab alio. §. fin. eod. titu. Quòd edicta ſint prętoria, fuit dictum. §. in edicto, ſi quis ius dicen. non obtemp. &c. Tertiò, in perſonã: vt dixi in aliis. Quartò, eſt pœnę perſecutoria intra annũ, vt patet, cũ detur ad quadruplum: ſed poſt annũ eſt rei perſecutoria, cũ detur ad ſimplũ. Sed an quadruplo inſit ſimplum, & ſic rei perſecutio? Dicas ꝙ ſic: licet fuerit opi. quã diſputat gl. in d. l. hęredẽ. §. fi. in glo. mag. quã approbat Bar. ff. eo. tit. dic vt ibi. Quintò, eſt in quadruplũ, vt patet aliter, & aliter: & ita in ſimplum. Sextò, ſtricti iuris. Septimò in quadruplum eſt annalis, ſed ad rei perſecutionẽ eſt perpetua, vt patet. Et an & quãdo cedat, vide in l. annus. eo. ti. Octauò, nõ datur hęredi, niſi ad ſimplum: vt l. hæc actio. per verã lec. ff. eo. Nonò, poteſt dici, ꝙ efficiatur infamis: arg. l. iij. §. lege Iulia. ff. de teſt. vbi recipiens pecuniã ob teſtimoniũ dicendũ, &c. & ita hîc ob negotiũ faciendũ. Bar. in l. j. ff. de calum. pro hoc ſe remittit ad no. in l. j. ff. de his, qui no. infa. & ibi refert Gul. dicentem nõ bene probari hoc per l. & Bar. dicit eſſe verum: & cùm non reperiatur, concluſio eſt ꝙ nõ infamet: ar. l. interpretatione. de pœnis. & l. Arrianus. de acti. & oblig. &c. Decimò, quòd directa: quia ex verbis, & mente. Vndecimò quòd ſingularis. Duodecimò, quòd ſimplex. Vltimò non contraria.

99 **In factum ſubſidiaria actionis de** dolo, &c. Hæc actio locum habet, quando quis aduerſus alium dolum commiſit & eum decepit: quo caſu intra biennium continuũ, vt §. dixi, eſt prodita actio de dolo, cùm ſolo biennio duret, vt fuit dictum in actione de dolo: quia poſtquàm illa expirauit, cùm non ſit æquum, quòd quis fiat locupletior cum alterius iactura: igitur loco illius datur hæc actio in factum contra illum, qui dolum commiſit, quæ eſt ſubſidiaria actionis de dolo. Et de hac eſt tex. in l. j. §. itaq; ff. de dolo. facit tex. in l. non licet. in fi. ff. eo. tit. & habetur in l. Sabinus. eo. titu. Et differt ab actione de dolo: vt §. quia illa datur biennio, hæc perpetuò, vt in iuribus præallegatis. Item illa eſt famoſa, vt d. l. non debet. hæc non. In aliis fundamentis dicendum eſt, vt fuit dictum in actione de dolo: cùm poſt biennium loco eius detur: & ſurrogatum ſoleat ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, iuxta l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & l. ſi id, quod. de dona. &c. Et adde, quòd ſanctus Blaſius hîc addit vnam actionem, quæ non reperitur in circulo aliquo arboris, videlicet actio in factum loco actionis de dolo in pluribus caſibus, de quibus in d. l. non debet. & l. ſeq. ff. de dolo. quia ob reuerentiam, & dignitatem perſonarum: vt ibidem, &c. Vide igitur de hac in d. l. non debet. & l. ſeq. Et pro libello qualiter cõcipiatur, & de omnibus, &c.

100 **In factũ, quæ datur propter alie-** nationem iudicij mutandi cauſa factam. Hæc actio habet locum contra eum, qui dum timeret conueniri ſuper aliqua re in iudicio ab alio, vt daret illi potentiorem, vel duriorem aduerſarium, illam rem illi potentiori alienauit: quia iſto caſu contra eum eſt prodita hæc actio in factum quanti intereſt iſtius nõ fuiſſe alteri rem illam alienatam, & datum ſibi alium aduerſarium. Et de hac eſt tex. in l. j. de aliena. iudi. mutã. cau. fa. Et, vt dicit ſanctus Blaſius hîc, & bene, habet locum hæc actio, quando fit alienatio ante litem motam, ſecus ſi poſt: quia tunc habet locum titu. de litig. vt habetur in toto titu. ff. & C. de litig. Secundò, quòd ſit prætoria, patet in d. l. j. in prin. ibi, proconſul. ff. de alie. iud. quia exponitur proconſul, id eſt, prætor, vt ibi, & l. j. j. reſponſo. ff. quod cum eo. Tertiò, ꝙ in perſonam, patet ex prædictis. Quartò, eſt rei perſecutoria, cùm detur ad intereſſe: vt d. l. j. & d. l. non ſolum. §. fi. & l. quia pertinet. de aliena, iudi. Quintò, eſt in ſimplum. vt iuribus proximè allegatis. Sextò, eſt ſtricti iuris: vt patet in d. §. actionũ. Septimò, eſt annalis, & non perpetua: vt l. vel poteſt. ff. eo. titu. Octauò, datur hæredi, cùm rei perſecutionem contineat. In hæredem verò non datur, vel ſimiles, cùm videatur ex delicto dari. De hoc eſt text. in d. l. non ſolum. §. fin. & l. quia pertinet. eo. titu. Nonò, non infamat, per fundamentum, de quo ſuprà. Decimò eſt directa, cùm ex verbis, & mente veniat. Bene verum eſt, quòd quandoq; eſt vtilis: vt in caſu l. nam & ſi. §. ſi tutor. ff. eo. Vndecimò, ſingularis. Duodecimò, ſimplex &c.

101 **In factum in ſimplum,** aduerſus nautas, caupones, ſtabularios. Primò hæc actio habet locum aduerſus nautas, vel caupones, vel ſtabularios, quando aliquid receperunt, vt eſſet in tuto, & ſaluo: quia niſi reſtituant, agitur cõtra eos hac actione: de qua eſt tex. l. j. in prin. ff. nau. caup. ſtabu. Et de hac, & ſequenti nullã facit mentionẽ ſanctus Blaſius hîc in cellulis ſuis, ſed ipſas poſuit poſt actionem furti aduerſus nau. caup. ſtabu. & ibi dixi me dicturum hîc de iſtis duabus. Et non ſolũ tenetur nauta, caupo, vel ſtabularius, quando ipſimet receperunt res in naui, caupona, vel ſtabulo, ſingula ſingulis referendo, ſed etiam ſi dictę res fuerunt immiſſæ ipſis ſcientibus, & patientibus à vectoribus, vel ſimilibus: vt eſt tex. in d. l. j. §. fin. ff. eo. titu. Et in quo differat à ſequenti, dicetur in ea, &c. Secũdò, quòd ſit prętoria, eſt tex. in d. l. j. in prin. ff. eo. Tertiò, ꝙ in perſonam, proba vt in aliis ſuprà dixi. Quartò, ꝙ ſit rei perſecutoria, patet in d. l. j. in princ. & §. fin. & l. & ita. §. hæc autem. eo. titu. Quintò, ꝙ in ſimplum, probatur in iuribus præallegatis. Sextò, ꝙ ſtricti iuris, patet. Septimò, eſt perpetua, cùm rei perſecutionẽ contineat etiam vt dixi. & eſt tex. in d. l. & ita. §. hæc autem actio. ff. eo. Octauò, datur hæredibus, cùm ſit perſecutoria: vt d. l. in honorariis. de act. & oblig. & etiam, quia in hæredes datur: vt eſt tex. in d. l. & ita. §. hæc autem actio. ff. eo. Nec obſtat tex. in l. fi. §. hæc iudicia. ver. in hæredem. quia ibi loquitur tex. de ea, quæ datur in duplum: de quo infra in proxima dicetur. de quo vide gloſ. ibi in verſic. hæc iudicia. Nonò, non infamat. Decimò, eſt directa, licet reperiatur vtilis: vt habetur in l. licet. §. j. ver. nõ putat. ff. eo. Vndecimò, eſt ſingularis. Duodecimò. eſt ſimplex, &c. Vltimò non contraria.

102 **In factum in duplum** aduerſus nautas, caupones ſtabularios. Primò hæc habet locum contra dominum nauis, cauponę, vel ſtabuli, pro damno dato in rebus perſonę hoſpitatæ, &c. qualitercunq; per famulos domini. Et in hoc differunt iſtę actiones: quia illa, quę dicitur, furti aduerſus nautas procedit quando dictæ res hoſpitum ſunt furatę per famulum domini, quocunque modo, in factum in ſimplum: de quo ſuprà proximè: & procedit quando eſt datum damnum per viatores. Iſta, de qua nunc loquimur, procedit quando damnum eſt datum per famulum domini qualitercunq;. Et dicitur deſcendere ex quaſi delicto cùm domini tales vtantur opera malorum hominum. Et de hoc eſt tex. not. in §. item exercitor nauis. Inſti. de obli. quę ex quaſi delic. naſcun. & in l. fin. §. hoc autem. ff. nau. caup. Secundò, quòd ſit prętoria, patet in d. l. fin. §. hęc autem iudicia. dum dicit, quòd ſit honoraria, & per conſequens prętoria: iuxta §. prętorum quoq;. Inſti. de iur. natur. &c. Tertiò, quòd in perſonam, patet vt ſuprà. Quartò, rei & pœnę perſecutoria: vt d. l. fin. §. hęc actio. Quintò, in duplum eſt, vt eo. text. Sextò, ꝙ ſtricti iuris, patet. Septimò, poteſt dici quòd perpetua, per tex. in d. l. fi. §. hęc iudicia. & patet, cùm detur hęredi, vt dicam. Octauò, datur hęredibus, non in hęredes, per tex. in §. fi. Inſti. de oblig. quę ex deli. naſcun. Nonò, non infamat. Decimò. quòd directa. Vndecimò, quòd ſingularis. Duodecimò, quòd ſimplex. Vltimò, non cõtraria.

103 **In factum, de deiectis, & effuſis,** Hęc actio habet locum contra habitatorẽ alicuius domus, ex qua fuit aliquid deiectum, vel effuſum in perſonam alicuius: & ſi damnum datum eſt vel in corpore, vel in veſtimentis, & ſimilibus: quia per hanc actionem dominus talis domus condemnatur in duplum dicto damnum paſſo: dico ſcilicet de eo, qui inhabitat, qui poſſet eſſe non dominus: vt d. l. j. §. hæc in factum. dic vt ibi, de quo habetur in l. j. & per totum. ff. de his, qui deiece. vel effu. & in §. de eo verò. Inſti. de obli. quæ ex quaſi deli. naſcun. Et eodem modo procedit in caſu, quando per illud, quod deiectum eſt, ſeruus alicuius eſt occiſus: ſi autem occideretur homo liber, tunc pœna eſt quinquaginta ducatorum: & hoc quia homo liber non recipit æſtimationem: iuxta l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. l. ſtatuliber. §. illud. ff. de ſtatulibe. De hoc eſt tex. in d. l. j. §. j. & Inſti. de obli. quæ ex quaſi deli. §. ob hominem. & §. ſed cùm liber homo. Quando verò homo liber per hoc eſſet vulneratus, tunc datur ad intereſſe, expẽſis computatis, & medelarum, & medicorum, &c. De quo in d. §. ob hominem. & habetur etiam in l. fin. ff. de his, qui deiece. Et dato caſu, quòd ſeruus alterius aliquid deiecerit, vel effuderit: tunc ſi ignorante domino factum fuit, poteſt dominus vel ſeruum dare pro noxa, vel æſtimationem damni ſoluere: vt habetur in d. l. j. §. ſi ſeruus. Et per hoc innuitur, quòd ſi domino ſciente id feciſſet, quòd dominus teneatur in ſolidum, &c. Et hoc edictum fuit propoſitum: quia intereſt Reipublicæ vt ea loca, per quæ vulgò interſit, ſint ſecura, & ſine metu, & periculo. Nec refert an ſit locus publicus, & ſic ſtrata publica, vel priuata: dummodo vulgò per eam iter fiat: vt d. l. j. §. ſumma. Et ſi aliqua via ſit per quam iter non fiebat vulgò, tunc ex deiecto quis non tenetur: vt eod. §. verſic. cæterùm. ¶ Et ſecundùm Barto. in d. l. j. per hoc fuit deciſa quæſtio inter Florentinos, & Vbaldinos, quòd promittentes tenere ſtratam ſecuram, non teneantur, ſi quis fuit derobatus in ſtrata, per quam vulgò iter non fiebat, &c. Et quòd hęc dicatur in factum, eſt tex. in d. l. j. §. hæc in factum. eodem titulo. ¶ Adde, quòd procederet, etiam ſi de naui eſſet deiectum aliquid: quia datur vtilis actio in eum, qui naui eſt prępoſitus: vt l. penultima. §. ſi de naui. ff. de his, qui deiece. vel effu. Secundò quòd ſit prætoria, eſt tex. in d. l. j. in princip. Tertiò, quòd in perſonam, patet vt in aliis. Quartò, poteſt conſyderari, quòd poſsit eſſe miſta vno reſpectu, quia rem, in qua damnum datum eſt, perſequimur, & pœnam. Et etiam poteſt dici, quòd tantùm ſit pœnę perſecutoria, cùm homo liber interficitur: vt in iuribus præalleg. in primo termino. & d. l. finali. Quintò, datur in duplum. vt §. dixi, quod procedit aliter & aliter per alios caſus: quia in caſu, quando homo liber ex hoc non occiditur: & in hoc duplo ineſt rei perſecutio: quia in dubio pœnæ ſunt molliendæ, &c. arg. l. interpretatione. de pœn. vide ad hoc. Sextò, eſt ſtricti iuris. Septimò, eſt perpetua: vt eſt text. in l. ſi verò. §. hæc autem. ff. de his, qui deiece. quod intellige, vt ſtatim dicam. Octauò, datur hæredibus, vt eodem §. In hæredes verò non datur: vt ibidem. Et aduerte, quia hoc procedit in caſu, quando eſt aliquid deiectum, vel effuſum, per quod eſt datum damnum homini libero, puta quia occiſus: tunc hæc actio non eſt perpetua: nec datur hæredibus, nec in hæredes, ſed eſt popularis actio, & annalis: & potiſsimè datur ei, qui eſt ipſi mortuo affinitate, vel cognatione coniunctus. In caſu autem, quando non fuit interfectus homo liber, ſed ei damnum datum eſt, tunc ipſi volenti agere datur perpetuò: aliis autem volentibus agere durat anno. & ita intelligas terminos. Et de hoc eſt tex. clarus in dicta l. ſi verò. §. quæ autem. vſque ad §. prætor ait. ff. eodem titulo. &c. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, ſingularis. Duodecimò, ſimplex. Vltimò nõ contraria.

104 **In factum, quæ datur inhabitanti** aduerſus deiectorem. Hæc actio habet locum in caſu, quo ex domo alicuius eſt aliquid deiectum, non per dominum domus ibi inhabitantem, vel conductorem, &c. ſed per alium, qui ſit etiam in domo, non ſeruum: quia cùm conueniatur dominus ab eo, qui damnum eſt paſſus, æquum eſt, vt ipſe habeat regreſſum contra eum, qui deiecit ex eius cœnaculo: puta, quod eſſet hoſpes, vel alius. Et de hac lege tex. in l. ſiverò plures. §. cùm autẽ. & ibi vide. ff. de his, qui deie. vel effu. Et in aliis fundamẽtis dicas, vt in ſuperiori, cùm eius exemplo ſit inuenta, ſecundùm gloſſ. j. in d. §. cùm autem. & intantum iſte teneatur, inquantum dominus. Et dato caſu, quòd dominus inhabitet, & locet alij, & ille conductor, deiiciat tenetur etiam dominus damnum paſſo: & ipſe habet regreſſum contra talem conductorem, qui deiecit, nõ ſolùm per hanc actionem, ſed etiam ex actione locati. Et ita in hoc caſu intelligo text. in d. §. cùm autem. ver. planè. Et hoc modo poteſt concordari ille verſi. planè. cum §. hæc in factum. in l. j. eo. tit. vbi dicitur, quòd non datur in dominum ædium actio, ſed in eum, qui inhabitat, cùm offenderet eum in d. §. cùm autem. verſi. planè. præſupponatur pro firmo, quòd detur in dominum ædium, & ipſe contra deiectorem habet regreſſum ex hac actione, & ex actione locati: quia intelligo ꝙ dominus inhabitabat non ſolùm, quando alteri, qui deiecit, domum non locaſſet, ſed etiam inhabitabat dominus, quando locauit eidem deiectori: & ita ego intelligo illos duos text. qui videntur multùm contrarij prima facie, licet nullus opponat. Cogitabis, &c.

105 **In factum, quæ datur** pro eo, quod ita poſitum eſt, vt ſi caderet, dãnum daret, &c. hæc actio procedit in caſu, quãdo quis in domo, vel quouis ędificio in ſubgrunda, puta vel pro tecto, vel ad feneſtram, & in ſimilibus locis vult habere aliquid appenſum, quod ſi caderet, poſſet nocere tranſeuntibus: quia caderet in ſtratam publicam, vel per alium locum, quo vulgò iter fit: quia per hanc actionem per quemlibet de populo poteſt conueniri, vt illud remoueat, & puniatur in pœnam decem ducatorum. De hac eſt text. in l. ſi verò plures. §. prætor ait. el j. ff. de his, qui deie. vel effu. & in §. cui ſimilis. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi delic. Et procedit ſiue dominus inhabitet, vel non. Et idem in aliis inquilinis, & ſimilibus, dummodo habeant appenſum ad locum, quo vulgò iter fit: vt d. l. ſi verò. §. ait prætor. eodem tit. Et idem eſſet, ſi eſſet locus, in quo homines ſtarent ad ſedendum ad Solem: quia ibi eſſent ſedilia, vel ſimilis locus, in quo conſiſteretur: vt eſt tex. in d. l. ſi verò. §. ait prætor. in fine. & l. j. in princip. eod. tit. ibi dum dicit, vel in quo conſiſteretur. Secundò, quòd ſit prætoria, eſt tex. in d. §. prætor ait. Tertiò, ꝙ in perſonam, vt in aliis. Quartò, eſt pœnæ perſecutoria, quia datur in decem ducatis, vt iuribus præalleg. in primo termino. Quintò, poteſt dici in ſimplum, cùm detur ad ſola decem, vt §. Sextò eſt ſtricti iuris, vt patet. Septimò, non eſt perpetua, ſed temporalis, & annalis, cùm ſit popularis: vt dixi, iuxta l. fi. de pop. act. Quòd ſit popularis, eſt text. in d. l. ſi verò plures. §. fi. de his, qui deie. vel effu. Octauò, datur hæredibus: vt eo. §. fi. proximè alleg. Quòd intellige, vt detur non vt hæredibus, licet vt cuilibet de populo: ſic, per text. in d. l. ſi verò. §. quæ autem. & d. l. fi. & dicit gloſſ. in d. l. ſi verò. §. fin. In hæredes non datur, cùm ſit pœnalis: vt d. §. fi. & c. Nonò, nõ infamat. Decimò, eſt directa, quia ex verbis, & mente: licet quando vtilis reperiatur ad reſponſum huius: vt in caſu d. l. ſi verò. §. ſi idem, quod. ff. eod. titul. Vndecimò, ſingularis. Duodecimò, ſimplex. Vltimò, non eſt contraria.

106 **In factum, aduerſus** menſorem, qui falſum modum dixerit. Hęc actio habet locum aduerſus menſorem agrorum, vel aliarum rerum, frumenti, vel cuiuſcunque rei: vt in menſurando ædificia, vel itinera, aream, tigna vel lapides, & etiam in computatione rationũ, & ſimilium: quia ſi eius dolo id factum eſt, vt alter, puta emptor, vel venditor plus vel minus ſolueret, & ſic ei, cuius intereſt, falſum modum renuntiatum eſt: datur hæc actio in factum ad intereſſe. Vide in l. j. & per totũ. ff. ſi men. fal. mo. dixe. Et circa quæ habeat locum, vide in l. ſi menſor. §. fin. cum duobus ſeq. eod. tit. & tenetur de dolo, & lata culpa etiam, quia recepit mercedem: vt d. l. j. §. hæc actio. & §. ſed & ſi mercedem. Et tene menti: quia ex receptione mercedis, quilibet prima facie diceret, quòd dari deberet actio locati: quod reprobatur in dicta l. prima. in princip. ver. ſed magis operam. & ſeq. quod ſecundùm Bartol. ibi facit ad aduocatum, & clientulum: medicum, & infirmum: doctorem, & ſcholarem: ꝙ inter eos nõ dicatur locatio, ſed potiùs præberi opera beneficij cauſa: quod dic vt ibi, &c. ¶ Et eſt aduertendum, ꝙ ita demum datur in menſorem ipſi venditori, vel emptori, hæc actio quando plus dederunt alter alteri, ſi alter alteri ſoluendo non ſit: cùm illud quòd plus datum eſt, condici poſsit. Vide text. in l. ſi duobus. §. competit. eo. tit. dic vt habetur ibi, &c. Secũdò, ꝙ ſit prętoria, eſt textus in d. l. j. in prin. Tertiò, ꝙ ſit in perſonam, patet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in aliis. Quartò, quòd rei persecutoria, patet, cùm detur ad interesse: vt d.l.si duobus. §. competit. Quintò, quòd sit in simplum, patet, cùm detur ad solùm interesse. d. §. competit. & l.si mensor. §. si cùm falsus. eod. titu. Sextò, quòd sit stricti iuris, patet in d. §. si cùm falsus. eod. titu. Septimò, quòd sit perpetua, est text. in l. hæc actio. ff. eo. actionũ. Septimò, quòd sit perpetua, est text. in l. hæc actio. ff. eo. si men. fal. mon. dixe. Octauò, quòd detur hæredibus, est tex. in d.l. si duobus. §. hanc actionem. eod. tit. In hæredes verò non datur: vt eo. §. ver. sed in hæredem. Nonò, quòd nõ infamet. Decimò, quòd directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, quòd non contraria, &c.

107 **In factum, aduersus** eum qui intulit mortuum in locum alienũ purum, & ideo non religiosum. Primò est sciendum circa hanc actionem, vt refert sanct. Blasius hîc, & bene, & antiquitus de iure veteri non poterant cadauera sepeliri in ciuitatibus, oppidis, aut vicis: & fortè fiebat ne aer ex fœtore cadauerum corrumperetur, & contra facientes puniebantur in quadraginta ducatos, prout de hoc est textus in l.iij. §. diuus Adrianus. ff. de sepul. vio. Et per hoc erat necesse, quòd sepelirentur in agris, & prædiis. Verùm, quia multoties quis sepeliebat in fundum alterius, qui erat purus, ideò contra talem sepelientem prodita fuit hæc actio: vt aut solueret æstimationem fundi, aut cadaper tolleret: vt habetur in l. si is, qui. in princ. vbi tex. clarus. & in l.ij. §. j. ff. de reli. & sump. fu. Et cùm hodierno tempore hoc non seruetur, de raro posset contingere: sed interest nostra non ignorare antiquitates: arg. Instit. de test. in prin. cum simi. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in l.ij. §. prætor ait. ff. de reli. & sump. fu. Tertiò, quòd in personam, dic vt s. in aliis. Quartò, rei persecutoria, patet. Quintò, quòd detur in simplum, patet, cùm detur ad quadraginta ducatos. d.l.is, qui. in princ. Sed in eo, quòd dixi, quòd sit rei persecutoria, videtur obstare text. in l. ij. §. prætor ait. eod. titu. dum dicit, pœnæ pecuniariæ subiicitur. Vnde debes intelligere, quòd ibi loquitur de actione illa, de qua in titul. ff. de sepul. vio. & ita videtur gloss. in d. §. prætor ait. in versi. actione. Sextò, quòd sit stricti iuris, patet. Septimò, quòd est perpetua: vt d.l.is, qui. in princip. Octauò, datur hæredibus: vt ea. l. in princip. Et eodem modo in hæredes competit: vt ibi est text. clarus. Nonò, non infamat. Decimò, est directa. licet quandoque fit vtilis: vt in casu d. l. is, qui. §. j. & ibi vide. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

108 **In factum funeraria, ad repetendum** sumptum in funere factum. Hęc actio datur ei, qui fecit sumptus vtiles in funere alicuius mortui, qui sumptus spectabant ad alium: quia ad ipsos petendos habet hanc actionem. De hac habetur in l. si quis. §. hæc actio. ff. de reli. & sump. fu. Et ista impensa funeris præfertur omnibus creditoribus: vt habetur in l. impensæ. eod. titul. & de hac etiam habetur in l. si quis sepulcrum. §. prætor ait. ff. eo. in l. si filius. §. qui seruum. Secundò, quòd sit prætoria, est tex. in d.l. si quis sepulcrum. Tertiò, in personam, vt s. Quartò, rei persecutoria: vt d.l. si quis sepulcrum. & d. §. hæc actio. Quintò, quòd in simplum, patet in proximè alleg. Sextò, stricti iuris, vt patet. Septimò, est perpetua: vt d.l. si filius. §. fi. Octauò, non datur hæredibus: vt d. §. fin. & eodem modo in hæredes: vt ibidem. Nonò, non infamet. Decimò directa, licet reperiatur vt illis quandoque: vt in casu l. si possessor. in princip. & l. fin. §. fin. eod. titul. & l. at si quis dum. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

109 **In factum, si locus sacer, vel religiosus** pro puro venierit. Hæc actio competit venditori, qui habens ius sepeliendi in aliquo fundo, fundum pro puro vendit emptori: quia si prohiberetur ab emptore cadauer inferre, habet hanc actionem ipse, & eodem modo si emptor construxisset aliquod ædificium. Et eodem modo ipse venditor habet hanc actionem aduersus alium extraneum inferentem: vt aut tollat, aut præstet ei interesse. Et de hac est text. in l. ossa. §. si locus. & ibi vide text. & gloss. in versi. pertinet. ff. de reli. & sump. fune. & habetur in l. liberum. eodem titulo. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in d. §. si locus. Tertiò, quòd in personam, patet. Quartò, quòd rei persecutoria, patet in d.l. liberum. Quintò, quòd in simplum, patet ibidem: cùm detur ad interesse quanti interfuit: prohibitum non, &c. Sextò, quòd stricti iuris. Septimò, quòd sit perpetua, patet in d.l. liberum. Octauò, quòd detur hæredibus, & in hæredes, patet in dicta l. liberum. argu. l. si filius. §. fin. eod. titulo. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

110 **In factum, de iureiurando,** quando iniquiter iuratur. Hæc actio competit in casu: puta, quia ego dico te debitorẽ meum in centum informiter, id est, simpliciter non exprimendo, ex qua causa tu negas debere: tamen postea defers mihi iuramentum an debeas, & ego iuro, quòd debes: hoc casu oritur ex hoc iuramento actio in factum: de qua habetur in l. actori. C. de reb. credi. & iureiuran. & est tex. in §. item si quis postulante. Insti. de act. Si verò esset formiter iuratum, tunc oritur actio, quæ appellatur iuratoria: de qua s. dixi in suo loco: de qua vide gloss. in d.l. actori. & vide latè in l. si duo. §. si quis. ff. de iureiur. Secundò, quòd sit prætoria, in d. §. item si quis postulante. ibi iustissimè accommodat continuando à §. præcedenti, vbi loquitur de prætoris, &c. Tertiò, quòd in personam, patet. Quartò, est rei persecutoria: cùm prosequitur, quod iuratum est. Quintò, in simplum: eodem modo, vide etiam in l. nam & posteà. §. j. & §. fi. ff. de iureiur. Sextò, quòd stricti iuris, patet. Septimò, quòd sit perpetua, potest probari ex eo, quòd est persecutoria, per l. in honorariis. de act. & oblig. Octauò, quòd detur hæredibus, & in hæredes, eodem modo per d.l. in honorariis. Nonò, quòd non infamet, patet. Decimò, quòd directa. Vndecimò, singularis: licet aliquo respectu posset dici vniuersalis, si sit super hæreditate iuratum: iuxta l. sed & si possessori. §. fin. de iureiur. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, &c.

111 **In factum, si mulier** ventris nomine in possessionem per calumniã missa dicatur. Hæc actio competit aduersus mulierem, quæ post mortem mariti dixit se esse prægnantem: & sic petit se immitti in possessionem bonorum mariti, tanquam illa bona sint deuẽtura posthumo nascituro: quæ tamen mulier non erat prægnans in veritate: vel si erat, non erat ex marito prædefuncto: & id per calumniã prosecuta est: vnde verus hæres contra ipsam habet actionem ad omne suum interesse, &c. de qua habetur in l. j. ff. si mulier ven. no. Secundò, quòd sit prætoria, est tex. in d.l. j. §. hanc autem. Tertiò, in personam: vt s. Quartò, est pœnæ persecutoria: vt d. §. hanc autem. Et hoc respectu mulieris non verè hæredis. Quintò, in simplum, vt patet, cùm detur ad interesse. Sextò, stricti iuris, vt patet. Septimò, annalis est d. §. hanc autem. Octauò, datur hæredibus: vt d.l. j. §. sub prætextu. In hæredem non, cùm sit pœnalis, & annalis. l. in honorariis. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

112 **In factum, si mulier,** quæ missa erat in possessionẽ ventris nomine per calumniam, bonorum possessionem in alium transtulerit, vel qui ipsam habet in potestate. Hæc actio habet locum contra mulierẽ, vel eum, qui eam habet in potestate, in casu, quo mulier, vt s. est dictum, missa fuit in bonorum possessionem ventris nomine per calumniam, & posteà illam possessionem in alium dolo malo transtulit: quia cùm ille alius bona fide emit, potuit consumpsisse fructus, ad quos non potest conueniri. Item potuit esse non soluendo: quia consumpsit hæreditatem, &c. vnde, quia vero hæredi contra illum non potest succurri, succurritur contra mulierem, vel eum, qui eam habet in potestate ad eius interesse: & de hac loquitur l. j. ff. si ven. no. mu. in pos. mis. ea. possess. dolo malo ad alium transla. esse dica. &c. Secundò, quòd sit prætoria, est tex. in d.l. j. in princi. Tertiò, quòd in personam, dic vt suprà. Quartò, quòd rei persecutoria, est tex. in d.l. j. §. fi. Quintò, est in simplum: vt ibidem. Sextò, est stricti iuris. Septimò, perpetua: vt d.l. j. §. fi. Octauò, datur hæredibus: cùm sit persecutoria: per d.l. in honorariis. In hæredes non datur

tur, nisi inquantum ad eos peruenit: argu. d.l. j. §. fin. in fin. & C. ex deli. defun. l. j. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quòd directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non contraria, vt dixi in aliis.

113 **In factum, quæ datur** aduersus tutorem, vel curatorem falsos, contrahentibus cum eo bona fide, si se tutorem, vel curatorem iactauerint. Hæc actio competit aduersus eum, qui falsò se asserit tutorem, vel curatorem: & sic contrahit cum aliquo nomine pupilli, vel minoris, & dictum contrahentem decipit, quando minor vel pupillus possunt facta per eum reuocare. Vnde ipsis contrahentibus ad eorum interesse est prodita hæc actio contra dictum tutorem, vel curatorem: de quo est tex. in l. j. & in l. nouissimè. ff. quod fal. tu. autho. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in d.l. notissimè. Tertiò, quòd in personam: vt s. Quartò, respectu rei est pœnę persecutoria: secus est respectu actoris: vt est tex. cum glo. in d.l. nouissimè. Quintò, est in simplum, vt ibidem. Sextò, stricti iuris. Septimò, est annalis: vt l. huius actionis. §. has actiones. ff. eodẽ. Octauò, datur hæredibus: vt d. §. has actiones. In hæredes non: vt ibidem. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, &c. vt in aliis.

114 **In factum, quæ datur** ipsi minori, ob hoc dãnum passo. Hęc actio habet locum aduersus tutorem, vel curatorem, qui, cùm ipsi gesserint se pro tutore, vel curatore, vbi verè non erant, & cum aliquo contraxerunt, vbi præcedens actio prouidet contrahentibus cum ipsis, hęc prouidet minori, vel adulto ad interesse, quod est passus ex tali contractu celebrato, per quem adolescens sit deceptus, & damnificatus. Et de hac est tex. in l. fin. ff. quod fal. tuto. autho. Et in aliis fundamentis omnia, quæ in præcedenti dicta sunt, hîc repetas, hoc excepto, quòd hæc est vtilis: quia non ex verbis edicti proficiscitur: vt habetur in d.l. fi. &c. Adde Bar.

115 **In factum aduersus eum,** qui dolum malum adhibuit, vt alius authoretur inscius. Hæc actio competit aduersus eum, qui per dolum fuit causa, vt aliquis authoraretur minori inscius, vt tutor, vel curator, vbi verè non erat: vnde pro interesse eius, qui authoratus fuit, & passus est damnum, datur sibi hæc actio contra illum, vt dixi, dolosè persuadentem. Et sic ista tria remedia videntur concurrere in eodem casu, licet diuersimodè. Primum, dare aduersus gerentes se pro tutoribus vel curatoribus, vbi non erant. Secundum, ipsi minori aduersus eosdem. Tertium, ipsis gerentibus se pro tutoribus, vel curatoribus, & sic authorantibus, ducti dolosis persuasionibus. De hoc vltimo est text. in l. huius actionis. ff. quod fal. tut. autho. & vide glo. in l. j. in glo. mag. eod. titu. In omnibus aliis fundamentis, dicas vt s. in duabus præcedentibus. Bene verum est, quòd ista est vtilis, cùm ad exemplum detur, secundùm glo. in d.l. huius actionis. in prin. & ibi vide, &c.

116 **In factum, ex edicto,** si quis omissa causa testamenti. Hæc actio habet locum aduersus hæredes institutos, qui videntes facta esse plura legata in testamento, quæ nollent soluere, noluerunt adire ex testamento hæreditatem, sed ab intestato hæreditatem consequi, eo, quia erant filij, vel alij agnati proximiores: vel etiam, quia habuerunt pecunias ab alio, qui hæres erat legitimus, & proximior: vel à substituto: quia omnibus istis casibus ipsis legatariis, & similibus ad consequenda legata est prodita hæc actio. De hac est text. in l. j. in princip. & quasi per totum. ff. si quis omis. cau. testa. vide gloss. in rubri. eodem titulo. & in l. iij. vide Barto. in rubri. ff. eodem. & in materia theoricam communem in l. finali. eodem titulo. Secundò, quòd sit prætoria, patet in l. prima. in principio. eodem titulo, licet, vt antiqui dicebant, videtur ciuilis, id est, vtilis actio ex testamento. Et quòd vtilis dicatur, est text. in l. si quis pecunias. in princi. & in l. si non solum. in principio. eodem titulo. sed per hoc non sequitur, appellatur vtilis: ergo non est prætoria: vt patet suprà in multis. Tertiò, est in personam, vt in aliis. Quartò, est rei persecutoria, cùm prosequatur legata relicta, vt dixi. Et quòd contineat rei persecutionem, est tex. in l. de libertatibus. §. hæredem. eodem titu. Quintò, quòd in simplum, patet, cùm solùm rei persecutionem contineat. Sextò est stricti iuris: vt dicto §. actionum. Septimò, est perpetua: vt dicta l. de libertatibus. §. hæredem. Et ex alio patet, quia rei persecutoria, iuxta l. in honorariis. de act. & oblig. Octauò, datur hæredibus, ex eo, quòd est persecutoria. d.l. in honorariis. Imò & in hæredes. d.l. de libertatibus. §. hæredem. de eo saltem quod ad eos peruenit. Nonò, non infamat. Decimò, non est directa, sed vtilis. vt suprà allegatis iuribus in septimo termino. Vndecimò, est singularis, cùm detur ad singularia legata, vel fideicommissa: licet etiam possit esse vniuersalis, iuxta tex. in l. fi seruum. §. institutus. ff. eo. tit. si quis omis. cau. testa. Duodecimò, quòd simplex, patet. Vltimò, non est contraria, &c.

117 **In factum aduersus publicanum.** Hæc actio datur aduersus publicanos, id est, exactores datiorum, seu gabellarum, casu quo plus debito exigerent, quia ipsis plus debito solueretur, succurritur per hanc actionem intra annum in duplum, & post annum in simplum: & habetur in l. prima. in princi. ff. de public. Et qui sint publicani, vide in ea. l. §. publicani. Et procedit etiam hæc actio, si per seruos, vel famulos deputatos, ac publicanos plus debito exigeretur: vt in ea. l. §. familiæ. & dato quòd essent insimul plures publicani, qui plus exegissent, an teneantur in solidum, vel in parte, vide in l. si multi. eodem titulo. Secundò, quòd sit prætoria, est tex. in l. j. in principio. eodem titulo. Tertiò, quòd in personam, vt in aliis. Quartò, est rei, & pœnæ persecutoria, vt l. hoc edicto. in fine. ff. eodem titulo. Quintò, intra annum est in duplum eius, quod exactum est illicitè, vt dixi: post annum in simplum: & in duplo ineft rei persecutio, vt est tex. clarus in dicta l. hoc edicto. §. finali. ff. eodem. & d.l. j. in principio. Et dato casu, quòd cogerent debitores ad soluendum plus per vim tenerentur in triplum actione vi bono. rapt. vt est text. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. Sextò, est stricti iuris. Septimò, quo ad pœnam est annalis, vt patet: sed quo ad rei persecutionem perpetua. vt d.l. j. in principio. & l. sed & hi. §. fin. eod. titulo. Octauò, datur hæredibus, & cæteris successoribus: vt d.l. sed & hi. §. fi. In hæredes non datur, nisi in quantum locupletiores sunt: vt est glo. in d. §. fi. & est text. in l. si publicanus. in princ. eod. tit. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non est contraria.

118 **In factum aduersus illum,** qui sciẽs se esse liberum hominem, passus est se vendi emptori nescienti, &c. Hæc actio competit aduersus liberum hominem, qui sciens se esse liberum, passus est se ab alio vendi emptori ignoranti, & sic non seruatis solennitatibus, de quibus in glo. in §. finali. Insti. de iur. perso. quia non posset iste liber homo proclamare in libertatem, ita de facili in damnum dicti emptoris: vt habetur in l. liberis. in princip. & §. sequenti. ff. de libe. cau. Posset etiam dictus emptor contra dictum venditorem habere actionem ex empto ad suum interesse: vt est text. in §. fin. Insti. de empt. & vend. De hac actione est bonus text. in l. rectissimè. ff. de libe. cau. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in dicta l. rectissimè. Tertiò, in personam, proba, vt suprà. Quartò, est pœnæ & rei persecutoria: vt l. intantum. cum duabus sequentibus. ff. de lib. cau. & l. vtiq;. Quintò, est in duplum: vt dicta l. intãtum. Sextò, est stricti iuris. Septimò, est annalis: vt d.l. vtiq;. & l. non solum. §. finali. Octauò, datur hæredibus, sed non in hæredes: vt l. non solum. in principio. & l. vtiq;. in secundo responso. eodem tit. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quòd directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contraria.

119 **In factum, aduersus eum,** qui cùm esset in bonorũ possessione, fructus vendidit, seu alienauit, quos percepit. vel rem deteriorem fecit. Hæc actio competit debitori aduersus creditorem suum, qui fuit immissus in possessionem rei debitoris causa rei seruãdę, iuxta tit. ff. vt in pos. leg. & l. si finita. §. Iulianus. de dam. infec. & l. iij. §. finali. ff. de acquirenda possessione. & iuxta titu. ff. quo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lega. & tit. de bo. autho. iudi. poss. quia si illam rem deteriorauit dolo malo ipse creditor, vel percepit fructus, quos consumpsit, &c. per hanc actionem ipsi debitori tenetur damnum reparare, & fructus restituere, &c. Et de hac habetur in l. prætor ait. in principio. §. finali. ff. de bo. autho. iudi. pos. Addi. doct. Et est addendum, quia hoc edictum in isto casu habet tria capita. Vnum de creditore non restituente fructus debitori. Aliud, si creditor absque dolo in ea re fecit impensas, & sibi non reddat debitor, vel dolo malo fecerit, quòd non teneatur reddere. Tertius est, si dolo malo res deterior facta est à creditore. quæ omnia colliguntur in dicta l. prætor ait. in principio. In primis duobus capitibus actio ista in factum est perpetua, & datur hæredibus, & in hæredes. Sed in tertio capite edicti est annalis, cùm oriatur ex delicto: nec in hæredes datur, cùm ex delicto oriatur, &c. Ista omnia declarat tex. in dicta l. prætor ait. §. penultimo. & fin. cum l. sequenti. ff. de bo. autho. iudic. pos. &c. Et sic hæc actio in factum potest tripliciter considerari: imò possunt dici tres actiones, sicut edictum habet tria capita: prout probat text. in dicta l. prætor ait. §. hæ actiones. quasi sint duæ actiones in primis duobus capitibus: vt etiam ibi declarat gloss. & in §. finali. dicitur de alia actione in factum, quæ datur in tertio capite edicti: & per hoc facias tres actiones: & in cellula primi capitis ponas rubricas hoc modo: In factum aduersus eum, qui cùm esset in bonorum possessione, fructus consumpsit, & non restituit.

120 **In factum, aduersus debitorem,** qui creditori impendenti in rem bona fide, impensas non restituit, & econtra.

121 **In factum, aduersus creditorem,** qui dum in bonorum possessione esset, rem deteriorem dolo malo fecit. Et quòd omnes sint prætoriæ, est tex. in dicta l. prætor ait. in principio. Tertiò, quòd in personam: vt suprà. Quartò, prima & secunda sunt rei persecutoriæ, vt patet. Quintò, dantur in simplum. Sextò, sunt stricti iuris. Septimò, sunt perpetuæ: vt dicta l. prætor ait. §. hæ actiones. Octauò, dantur hæredibus, & in hæredes: vt dicto §. hæ actiones. Nonò, non infamant. Decimò, directæ: quia ex verbis, & mente. Vndecimò, singulares. Duodecimò, simplices. Et tertia discordat ab his, quia non est perpetua. Non datur in hæredes, nisi in quantum ad eos peruenit, licet hæredibus detur, cùm sit rei persecutoria. Hæc omnia habentur in d. §. hæ actiones. & §. fi. cùm duabus legibus seq. In aliis concordat, &c, & sic multiplica duas actiones.

122 **In factum contra illum,** cuius dolo malo damnum datũ est per turbam, &c. Hæc actio competit aduersus illum, cuius dolo malo damnum alicui in turba datum est, siue ipse fuerit author damni dati, siue dolo malo fecerit, quòd alius daret: & datur domino aduersus talem intra annum, à die quo experiundi potestas fuit in duplum: post annum in simplum. & dicitur hoc casu damnũ dari, non cùm res asportantur, sed si corrumpantur, & frangantur, vel aliter perdantur: hæc omnia probantur in l. prætor ait, quæ est l. iiij. in principio. & §. hoc autem. & §. sequenti. & §. loquitur. & §. hæc actio. ff. vi bo. rapt. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in dicta l. prætor ait. Tertiò, quòd in personam, vt suprà. Quartò, rei persecutoria. Quintò, in duplum intra annum, post annum in simplum, vt suprà dixi. Sextò, stricti iuris. Septimò, diuersimodè est annalis, & perpetua, vt suprà. Octauò, datur hæredibus, sicut actio vi bonorum raptorum, vt probatur in dicta l. prætor ait. iuncta l. ij. §. hæc actio. ff. eodem titulo. Et licet actio vi bonorum raptorum in hæredes non detur. d. §. hæc actio. & ibi habetur cùm hæc detur in hæredes, in quantum ad eos peruenit, secundùm gloss. in dicta l. prætor ait. §. finali. licet text. ibi repugnet: cùm in hoc æquiparet actioni vi bonorum raptorum, dic vt ibi. Nonò, non infamat: quia non reperitur. Decimò, quod directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non est contraria.

123 **In factum ex edicto,** si quis testamẽto liber esse iussus sit, & post mortem domini ante aditam hæreditatem furripuisse quid dicatur. Hæc actio datur hæredi instituto aduersus seruum iussum esse liberum à testatore domino, qui seruus furripuit post mortem domini ante aditam hæreditatem aliquid de bonis hæreditariis: quia tenetur restituere in duplum intra annũ vtilem. Et de hac est text. in l. prima. in princip. ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue. Et secundùm sanctum Blasium hîc, debent tria concurrere, vt competat hæc actio: quòd seruus dolo malo damnum dederit, & res furripuerit. Item quòd post mortem testatoris. Tertiò, quòd ante aditam hæreditatem. Et hæc omnia probatur in rubr. & in l. prima. §. nõ autem. vsque ad §. si seruus. eod. titu. Vide per Bartol. & doct. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in dicta l. prim. §. hæc actio. ibi: honorariam. eod. tit. Tertiò, quòd in personam, vt s. Quartò, rei persecutoria est. d. l. j. in princip. Quintò, est in duplum intra annum, vt dixi. Sextò, est stricti iuris. Septimò, non est perpetua, sed annalis, vt s. probaui. Octauò, datur hæredibus: vt d. l. j. §. pe. eod. tit. In hæredes non datur: quia ex delicto venit, d. l. j. §. fi. & iuxta §. non autem. Instit. de perpe. & temp. Nonò, non infamat quia non reperitur. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non est contraria.

124 **In factum, de incendio,** ruina, naufragio. Hæc actio competit aduersus illum, qui expugnata naue, vel per incendium, vel ruinam, vel naufragium aliquid rapuit: quia domino rerum datur hæc actio aduersus talem rapientem intra annum à tempore, quo experiendi potestas fuit, in quadruplum, post annum in simplum: vt est text. in l. prima. in princip. ff. de incen. rui. nau. & ibi vide. Secundò, quòd prætoria: vide text. in dicta l. prima. in princip. Tertiò, ꝙ in personam, vt s. Quartò, quòd rei & pœnæ persecutoria, vt patet. Quintò, in quadruplum intra annum, & post annum in simplum, vt dixi. Sextò, quòd stricti iuris. Septimò, quòd annalis intra annum, & post annum perpetua. Octauò, datur hæredibus, non in hæredes, nisi de eo, quod ad eos peruenit: vt l. Pedius. §. fin. ff. eod. titul. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non est contraria.

125 **In factum de sepulcro violato.** Hæc actio datur aduersus eũ, qui ædificat vel habitat in sepulcro alterius, & datur ad ducentos ducatos. Et de hoc est tex. in l. tertia. §. si quis in sepulcro. ff. de sepul. vio. & in ea. l. §. si quis in sepulcro, el ij. Et iste est vnus casus, vbi prouidetur per hanc actionem. Est & alius casus, quando quis violauit, vel corrupit sepulcrum: quia ei, ad quem res pertinet, datur hæc actio ad dotale suum interesse, etiam si excedat summam ducentorum aureorum. & per hoc est text. in l. prætor ait. in primo responso. ff. eo. & in ea. l. §. si quis in sepulcro. Et dato casu, quòd nullus sit, cuius interfit, & res ad neminem pertineat, tunc cuicunque volenti agere, datur ad centum ducatos hæc actio. Et ita intelligas istos terminos, licet aliter infrascauerit sanctus Blasius. Et pro hoc est textus etiam clarus in l. sepulcri. eod. titu. ¶ Et quæ pœna esset illi, qui in ciuitate faceret sepulcrum, vide in ea. l. §. diuus. Et corpora tradita sepulturæ, an liceat transferre, vide in ead. gloss. §. non perpetuæ. Et quod dixi de violantibus sepulcrum, quòd teneantur ad dotale interesse, &c. istud est verum, si dolo malo violauerunt, & non aliter: vt est text. in dicta l. tertia. §. prima verba. Item est actio popularis: vt dicta l. tertia. §. fi. & j. dicam. Secundò, quòd sit prætoria, est text. in l. iij. in prin. eo. tit. Tertiò, quòd in personam, vt s. Quartò est pœnæ persecutoria, vt s. patet. Quintò, potest dici in simplum, ex quo dominus prosequitur interesse: & eodem modo respectu pœnæ alio agente, vt patet. Sextò, quòd stricti iuris. Septimò, est annalis, cùm sit popularis. l. fin. de popu. actio. Octauò, datur hæredibus, vt quibuslibet de populo: cùm sit popularis. Et eodem modo nec in hæredem datur. vide text. & gloss. in l. fi. de popu. act. Facit etiam quia datur magis ad vindictam, quàm ad rem familiarem: vt l. sepulcri.

sepulcri. in fi. la j. eodem titulo. & facit l. penult. eo. tit. Nonò, quòd infamet, & infamiam irroget, est tex. in l. j. ff. eodem titulo. Et nunquàm obliuiscaris de vna glossella fi. in d. l. j. quia ita demum irrogat infamiam, si condẽnatio sequatur, & non aliter. Quod tene menti ad statuta. Et aliàs vidi obtentum, dum essem scholaris Perusij in ardua causa. Decimò, est directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Et vltimò, non est contraria.

126 **In factum ex edicto** prætoris, seu ex lege prætoria. Hęc actio datur vbicunq; ex edicto, seu lege prætoria non datur certa actio, tunc datur in factum: sicut in simili dicimus, quòd quando ex aliqua noua obligatione actio non datur, datur condictio ex illa lege vt habetur in l. j. ff. de cõdi. ex lege. & in l. si quis argentũ. C. de dona. in l. si quis conductionis. C. loca. cum multis simi. & vide glos. in §. aliæ. Insti. de act. & §. actionum quædam. Et de actionibus in factum, vide glo. in §. finali. Insti. de interdi. & glo. in rubr. ff. de præscript. verb. cum simi. Est bene verum, quòd quidam hîc habent circulum, scilicet de prętoriis stipulationibus, vt sunt stipulationes, quæ authoritate prætoris interponuntur: vt de damno infec. rem ra. habe. iudi. sol. &c. quæ ad instar actionum sunt. Et possunt largo modo actiones dici: vt probatur in l. actionis verbo. §. j. ff. de act. & oblig. Sed quia ex omni stipulatione agitur ciuiliter: vt Insti. de act. §. præterea. ideo non est curandum, cùm inter ciuiles de his dicendum sit, &c. & per hoc cum laude Dei sunt expeditæ prætoriæ. Adde alias prætorias, de quibus in fine operis dicetur.

¶ Sequitur de ciuilibus actionibus.

RVBRICA DE ACTIONIBVS.

127 **Rei vendicatio.** Prima actio ciuilis sit rei vendicatio, sequẽdo arborem Ioannis, &c. Hæc actio datur illi, qui habet directum dominium super aliqua re mobili vel immobili, aduersus possessorem illius rei, vel etiam detentorem, & quemcunq; habentem rei restituendę facultatem. vide tex. de hac in l. officium. ff. de rei ven. & in l. in rem. & in l. vendicatio. eo. titu. in §. j. Insti. de act. Et fic ille possidẽs, siue detentans, tenetur rem domino restituere, iuxta l. qui restituere. ff. de rei vend. ¶ Et solet semper dici, quòd rei vendicatio requirit duo extrema: vnum ex parte agentis, quod est dominium. Aliud ex parte conuenti, quod est possessio, siue detentatio, vt suprà dixi. Ad quod vide tex. in l. in rem. & l. j. C. de aliena. iudi. mutan. causa fa. & vide Barto. in rub. ff. de rei vend. Et quando per hanc actionem res petuntur, quę debeant exprimi in libello, vide optimum text. & ibi Barto. in l. si rem. ff. de rei vend. Et pro libello in hac actione vide Bart. in l. vbi autem. ff. de rei vendi. in l. Pomponius. §. de his. ff. de procur. Cautè est dictum, quòd detur hæc actio ad rem mobilem, vel immobilem, & per consequens corporalem: quia incorporalia non possunt vendicari: vt habetur in l. vendicatio. ff. de rei vendi. Secundò, quòd hęc actio sit ciuilis, probatur in §. sed iste. iuncto §. omnium. ver. aut cum eo. Insti. de act. Et probatur etiam in §. alię. à contrario sensu. licet videatur obstare text. in l. j. in prin. ff. de rei vendi. dum dicit, quòd post actiones, quas prętor de vniuersitate proposuit, subiicitur actio singularium rerum petitionis, quasi etiam ista sit prętoria. licet singularis, quod non restringit: & per hoc respondet. Et iste est vnus modus, per quem consyderatur rei vendicatio, scilicet directa. Est etiam alius modus, de quo j. dicam. Tertiò, quòd sit in rem primò suadetur nomine suo. Secundò, probatur in terminis per tex. in d. §. omnium. versi, aut cum eo. Insti. de act. & in §. sic itaq;. & in l. j. in princ. de rei vendi. & in l. si in rem. & in l. in rem. eo. tit. Quartò, quòd sit rei persecutoria, probatur in §. sequens. Instit. de act. ver. rei persequendæ. Quintò, quòd in simplum, patet primò, cùm rei persecutoria: & patet etiam, quia rem tantùm cum fructibus prosequitur: licet aliter & aliter per naturam, scilicet possessionum: vt habetur in l. certum. C. de rei vend. & in l. cùm in rem. ff. eo. Sextò, quòd stricti iuris. probatur in §. actionum. Insti. de act. eo, quia non connumeratur in illo. §. vt dictum est s. in prętoriis. Septimò, quòd sit perpetua, probatur ex d. §. sed istæ. Instit. de act. iuncto princip. Instit. de perpe. & temp. act. licet hodie quis titulo per tres annos in rebus mobilibus, decem, vel viginti in immobilibus rem præscribat: vt Insti. de vsucap. in prin. Quando verò sine titulo. vsque ad triginta: vt l. j. C. de vsuca. transfor. De his est gl. Insti. de perpe. & temp. act. in princ. in ver. constitutionibus. Octauò, hæredibus datur, & in hæredes, vt possessoribus & vt in possessores: vt aliàs in Publiciana diximus: cùm detur domino, & contra possidentem: vt l. in rem. ff. de rei vendi. Nonò, quòd non infamet, probatur statim quòd non expresè apparet: vt in Publiciana, & aliis dictum est. Decimò, directa, vt probatur in §. aliæ. in fi. Insti. de act. ibi: nullam habet directã, &c. Vndecimò quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex, &c. Et his expeditis dixi esse alium modum, per quem consyderatur rei vendicatio, quæ dicitur vtilis. Et hæc actio habet locũ contra eum, qui dũ possideret aliquam rem, dolo desiit possidere: & sic cessante vno extremo, quod requiritur in rei vendicatione, vt s. dixi, scilicet possessione, vel saltem detentatione, iuxta l. officium. & sic cùm non possit dari directa, datur vtilis: de qua habetur in l. finautem. §. sed his. ff. de rei vend. & in rub. eo. tit. per Bart. & doct. in rub. C. eodem. licet glo. in rub. ff. eo. dicat, quòd isto casu detur directa vtiliter. quę repræhenditur ab Vltramon. secundùm Bar. ibi, pro quibus videtur casus in l. electio. §. item si ex pluribus. ff. de noxa. in l. nec vllam. §. si quis. de peti. hære. Barto. tandem ibi dicit posse teneri glo. eo. quia in actionibus realibus metimur ius ex persona actoris. l. j. §. j. si pars hære. pe. ¶ Facit etiam ad hoc, quod habetur per glo. in §. sed istæ. Insti. de act. quòd actio respectu actoris, dicatur ciuilis, & non prætoria, &c. & econtra. Et hoc per Bar. in d. rubr. est not. ad q. si lis sit contestata super directa, & posteà reus desinat possidere, an possit sequi condemnatio ex eadem instantia de quo ibi per eum, & per eundem in l. quãquam. §. Iulianus. de aqua plu. arc. Concludeigitur post multa, quòd hæc actio datur directo domino aduersus eum, qui dolo desiit possidere, siue dicatur vtilis rei vendicatio, siue directa vtilis: vide latè in iuribus præalleg. &c. In aliis fundamentis dicendum est, vt in præcedenti, excepto eo, ꝙ hæc est vtilis, & illa directa, tenendo contra glo. &c.

128 **In rem confessoria.** Hæc actio competit illi, qui dicit deberi fundo suo, vel ædibus, etiam sibi aliquam seruitutem realem, vel personalem ab alio, qui dominus fundi, vel ædium, &c. & neget debere aliquam seruitutem, vt sic mediante officio iudicis per hanc actionem ille talis negans seruitutem debere cogatur ad præstandũ patientiam præstita cautione. De hac habetur in §. æquè. Insti. de act. in l. ij. in princ. ff. si ser. ven. cum simi. Et istę actiones non possunt competere, nisi domino, & ista, & sequens: vt habetur in d. l. ij. §. hæc. & hoc mediante fundo, cùm principaliter debeantur fundo, & mediante fundo debeantur domino, iuxta l. qui in alie. in fin. de nego. gest. & secundùm Bart. in d. l. ij. ¶ Et quare dicantur confessoria, & negatoria, vide glo. & Bart. in d. l. ij. in princ. Et qualiter sit formandus libellus in hac confessoria, vide eundem Barto. ibi. & doct. latè in d. §. æquè. insti. de act. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in d. §. æquè. iuncto §. sed istę. Insti. eo. tit. Tertiò, quòd sit in rẽ, probatur in d. §. æquè. & in d. l. j. & ij. in prin. ibi: in rem actiones. Quartò, quòd sit rei persecutoria, proba per fundamentum, quod dixi suprà in rei vendicatione. Quintò, quòd sit in simplum, eodẽ modo, vt ibi. Sextò, quòd stricti iuris, eodem modo. Septimò, potest dici perpetua: nam in vsufructu potest durare decem vel viginti annis inferendo ad præsentes vel absentes: vt hoc probatur in l. corruptionem. circa med. ibi, poterat eum præsentem, vel absentem excludere iuncta gl. in ver. excludere. Et est tex. magis expressus, & not. in l. sicut. C. de ser. & aqua. & idem est in cęteris seruitutibus, per illam l. not. Bene verũ est, quòd in vsufructu relicto municipibus, currit spatium centum annorũ: vt est tex. in l. an vsusfructus. & ibi vide glo. & doc. ff. de vsufru. & secundũ glo. ibi idẽ est, si relinquatur ecclesię, iuxta l. fi. C. de sacrosan. eccle. Et in itinere ad sepulcrũ, quod non amittitur non vtendo: vt l. iter. ff. quẽadmo. seruitus amit. Octauò ad hęredes non transit, cùm in vsufructu simus, per l. antiquitas. C. de vsuca. & l. corruptionẽ. & in § finitur. Insti. eod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet in aliis possit dici, quòd competat non tanquã hęredibus, sed tanquam dominis, cùm domino detur.d.l.ij. In hęredes non comperit vt hæredes, sed vt prohibentes, vel possidentes & dominos: vt l.j.ff.si ser.vendi.cum simi. Nonò, non infamat, vt ſ. Decimò, est directa, cùm dominus agat. Vsufructuario verò, vel creditori non datur directa, sed vtilis per glo.in d.l.ij.§.j.& ij. & l.j. & pe.ff. fivsusfru.pe. vide in d.l.j. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non contraria.

129 **In rem negatoria.** Hæc actio datur per contraria à præcedenti, illi, scilicet, qui negat se debere alteri, vel alterius fundo, vel ædibus aliquam seruitutem: de qua habetur etiam in d.l.ij.ff. si ser.vend. & d.§. æquè. versic. contra quoq;. & versic. istę. & ibi latè vide. In omnibus aliis fundamentis, dicas vt suprà proximè dictum est, & per easdem allegationes.

130 **In rem præiudicialis** de libertate, & seruitute. Hęc actio cõsyderatur dupliciter. Vno modo respectu eius, qui dicit aliquem esse seruũ suũ, qui tamen asserit se liberum, vel libertum. Altero verò modo respectu eius, qui cùm retineatur tanquam seruus, petit se pronunciari ingenuum, vel etiam libertum: & sic non seruum, contra illũ, qui ipsum detinet. Et istis duobus casibus dicitur actio in rem præiudicialis de libertate, & seruitute: de qua est tex. in §. præiudiciales. ver. ex quibus fere. Insti. de act. & ibi vide per scribentes. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in d.§. præiudiciales. ibi: legitimam causam. Tertiò, quòd sit in rem, patet in d.§. præiudiciales. ibi: in rem esse. Quartò, quòd rei persecutoria, probatur ex eo.§. iuncto.§. sequens. Insti. eo. tit. Quintò, quòd in simplum, probatur ex eo quòd rei persecutoria, &c. Sextò, quòd stricti iuris, patet. Septimò est perpetua: quia viginti annis quis præscribit libertatem, & tuetur se, vt liberum posteà, vt l.ij. C. de præscrip. long. tempo. quæ pro li. Et isto casu baptizamus ipsam perpetuam respectu eius, qui vult dicere se liberum. Et eodẽ modo est perpetua illi, qui dicit ipsum seruum: cùm non antè præscribat libertatem, vt iam dixi. Octauò, possumus dicere quòd detur hæredibus, cùm rei sit persecutoria, iuxta l. in honorariis. de act. & obl. In hæredes non datur, nisi habita consideratione rerum, iuxta l.j. & ij.ff. ne de statu defun. & C. eo. tit. l.iij. Nonò, non infamat. Decimò, quòd directa vtroq; modo. Vndecimò, singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non contraria.

131 **Petitio hæreditatis.** Et antè, quàm vlterius vadamus, est sciendũ, quòd Ioannes in arbore sua fecit rubricam ante istam actionem, & tres sequentes, videlicet de quatuor, quæ sequuntur sunt mistæ: vnde habetis scire, quòd propter istas quatuor actiones, dicuntur mistæ: quia mistam causam habent tam in rem, quàm in personam: vt habetur in §. quædã. Insti. de act. & l. hęreditatis. C. de pe. hęre. Nam cùm veniant personales pręstationes: vt l. puto. & l. his consequenter. ff. fa. ercis. & C. cõmuni diui. l.iij. & l.iiij. ff. fi. reg. Reales sunt, quia contra possessores dantur, vt patet: vel etiam, quia domino dantur: vt ſ. in rei vendicatione est dictum, & in confessoria, &c. Et quòd finium regundorũ sit actio realis, probatur in l.iij. fi. reg. Quòd petitio hęreditatis sit in personam, probatur in l. sed & si lege. §. petitio. ff. de pe. hære. Et ibidem probatur, quòd etiam in rem sit. Quantum autem ad hanc petitionem hęreditatis, dicas quòd datur illi, qui dicens se hęredem ex testamento, vel ab intestato, aduersus possidentem hęreditatem, vel bona hęreditaria pro hęrede, vel possessore, etiam minimã rem, dictam hęreditatem, vel bona & res sibi restitui petit, & se ex testamento, vel ab intestato hęredem declarari pro parte, vel in solidũ, &c. De hac habetur in l.j.ij. & per totum. ff. de peti. hęre. Et ad iam dicta vide l. regulariter. & l. licet minimam. eod. tit. Et de restitutione hęreditatis, quæ accessoriè venit officio iudicis mercenario, vide Barto. & glos. in l.j. & ij. de eden. & in l. licet. ff. de pet. hære. ¶ Secũdò, quòd sit ciuilis, probatur in l.j. ff. de bo. poss. hęred. pet. probatur in l. fin. in fin. princip. C. de pet. hæred. & l. item veniunt. §. cùm prędiximus. ff. eodem titulo. Ad hoc tamen fortiter videtur obstare tex. in l.j. ff. si pars hæ. pe. vbi videtur innui, quòd sit prætoria: quod intellige vt per glo. in d.l.j. si pars hær. pe. quam sequitur Bar. Tertiò est mista, vt ſ. promisi. & text. expressus in l. hæreditatis. C. de pe. hær. Quartò, quòd sit rei persecutoria, patet ad sensum: cùm hæreditatem, & iùra hæreditaria per eam cõsequamur: vt habetur in l. itẽ veniunt. §. fi. & legib. seq. ff. de pe. hær. Et ex alio etiam, cùm sit in rem partim. §. sequens. Inst. de act. Quintò, quòd sit in simplum, patet, cùm solùm rei persecutoria, vt ſ. Sextò, est bonæ fidei: cùm expresè ponatur in §. actionum. Insti. de actio. & probatur in l.j. C. de pet. hęr. Septimò, est perpetua: vt d. l. hæreditatis. C. de pet. hære. de quo etiam vide in l. fin. C. de edi. di. Adri. tol. Octauò, datur hæredibus: vt l.iij. ff. de pet. hær. & eodem modo in hæredes, saltem vt possessores. de quo in l. regulariter. ff. eo. tit. Nonò, non infamat. Decimò directa: vt probatur in l. item veniunt. §. prætor. eod. tit. licet vtilis quandoque reperiatur: vt l. etiam. §. j. eod. tit. Vndecimò, vniuersalis: vt probatur in l. j. in princip. ff. de rei ven. Duodecimò, quòd simplex, patet. Vltimò, non est contraria, &c.

132 **Finium regundorum.** Primò est aduertendum, quòd hæc actio potest dupliciter considerari. Primò, vt sit directa quæ competit, quando est contentio, de confinibus prędiorum rusticorum, & datur dominus prædiorum, quando viderent se habere interesse super confinibus. De hac habetur in §. quædam actiones. Insti. de act. & in §. fi. de offi. iudi. & in toto tit. ff. fin. regun. Et quando commodè confinia poni nõ possent, potest iudex toto terreno vni licitato ipsum alteri in pecuniam condemnare, de quo habetur in d.§. quædam. & in l.ij. in fi. ff. fin. regun. & d.§. eadem. cum seq. Instit. de offi. iudi. Secundo modo consideratur, vt sit vtilis, quod accidit, quando ab vna parte est prædium rusticum, & ab alia prædiũ vrbanum: vt est text. in l.ij. in princip. ff. fin. regun. Et est gloss. in ver. confines. in d.§. quædam. & si hinc inde sint domus, nõ potest tunc agi finium regundorũ, vt habetur in l.iiij. in fi. ff. fi. regun. & glo. in d. ver. confines. Et tunc recurretur ad alia remedia, prout etiam dicit sanctus Blasius hic, & bene. Et hæc actio dicitur descendere ex quasi contractu: vt in §. item. Institu. de ob. quæ ex quasi contra. cum si. Secundò, ꝙ sit ciuilis potest dici eo, quia à prætore introducta nõ reperitur. Tertiò, est mista: vt d.§. quædam. Quartò, rei persecutoria, cùm sit etiã in rem. d.§. sequens. Quintò, est simplũ, cùm sit rei persecutoria. Sextò, est stricti iuris, cùm non sit in d.§. actionũ. Septimò, est perpetua, & durat triginta annis. vt l. fi. C. fin. reg. Et etiã vt in hoc respiciamus naturã personaliũ, iuxta l.j. C. de anna. excep. & glos. in d.§. quædã. in ver. ercisçundæ. in fi. Octauò, datur hęredibus, & in hęredes, iuxta l.ij. C. fi. reg. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quòd directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non est contraria.

133 **Familiæ erciscundæ.** Hæc actio, vt præcedens, duobus modis consideratur. Primò, vt sit directa, quæ cõpetat inter hæredes alicuius mortui ex testamento, vel ab intestato ad diuidendũ hæreditaria bona, quæ à morte testatoris, & à datione fuerunt cõmunia, & pro indiuiso possessa. De hac etiam habetur in d.§. quædã. Insti. de act. eod. tit. ff. & C. fa. er. Alio modo cõsideratur, vt sit vtilis, quãdo scilicet corpora hęreditaria sunt pro indiuiso communia pluriũ bonorum possessorũ de iure prætorio, vel vnius hæredis de iure ciuili, & alterius de iure prętorio: vt in casu, quãdo restituitur ex Treb. Et de hac secunda tractãt scribentes in d.§. quædã. & habetur in l. sed & eius. in §. familiæ. & glo. fi. & ibi vide. ff. fa. er. & vide in l. si ex asse. ff. eo. ti. & hæc actio semel intẽtata nõ potest ampliùs intẽtari: vt l. si filia. §. familiæ. ff. fa. er. Secũdò, ꝙ sit ciuilis, probatur in l.j. in prin. ff. fa. er. cùm ex lege xij. tab. veniat. Tertiò, est mista. d.§. quædam. Quartò, ꝙ in simplum, eodẽ modo. Sextò, ꝙ bonæ fidei, probatur in d.§. actionum. in l. nõ est ambiguum. C. fi. regun. Septimò, ꝙ perpetua, probatur in l.j. C. de anna. excep. Octauò, hæredibus datur, & in hæredes, vt in proxima dixi. Et etiam quia est persecutoria, iuxta l. in honorariis. de act. & obli. Nonò, quòd non infamet. Decimò, ꝙ directa, patet, licet reperiatur etiam vtilis, vt dixi: & etiam in casu l. ij. §. si quarta. ff. fa. erc. Vndecimò, quòd vniuersalis, probatur: quia vniuersitate hęreditatis, vt in petitione hęreditatis est dictum: & quia hęreditas est successio in vniuersum ius, &c. iuxta l. nihil. ff. de reg. iur. Duodecimò, duplex est: vt d.l.ij. in §. familię. & l. inter cohęredes. §. qui familię. eo. tit. in l. iudicium. ff. fi. reg. in l. in his tribus. ff. de iudic. cum si. Vltimò, non est contraria, vt patet.

134 **Communi diuidundo.** Hęc actio habet locum inuicem, inter eos, qui habent aliquam rem particularem, vel plures res particulares in communi, siue per viam societatis, eò quòd eas simul emerint, siue sine societate. eo, quòd simul sint sibi in testamẽto legatę, vel donatę. Vnde si vnus vellet, quòd alius diuideret secum, & alius nollet, cogitur per hanc actionem. De qua est tex. etiã in d.§. quędam. & in l.j. & per totum. ff. communi di. & l.ij. in prin. Et differt à præcedenti: quia illa habet locum, quando habet diuidi hæreditas: hæc quando res particulares, vt iuribus præalleg. & etiam hæc, & superior descendunt ex quasi contractu: vt dicto §. item. Insti. de obl. quæ ex quasi contra. Et largo modo omni casu potest dici societas: vt d.§. item. ¶ An autẽ ad diuisionem posset agi etiã actione pro socio, vt tenet glo. in d.§. item. & sanctus Blasius hîc sequitur: cuius contrariũ tenet glo. in l.j. ff. cõmuni di. & in illo tex. probatur, quia actio pro socio pertinet ad personales prestationes, &c. & etiam quia potest remanere res cõmunis, etiam quòd societas sit soluta: vt habetur in l. actionum. §. si potest. ff. pro socio. Et hoc puto verius contra glo. & sanctum Blasium. Et quòd hoc sit verum, patet in l.ij. in princ. ff. communi di. dum dicit, ꝙ etiam si res cum societate sit communis, datur cõmuni diuidundo: ergo non pro socio, & maximè per regulam, de qua in l. edita. C. de eden. ꝙ de pluralitate actionũ iudicamus, quatenus est expressum: vt not. in l.ij. §. deinde. ff. de orig. iur. Et hanc opi. contra glo. in d.§. item. & per consequens contra sanctum Blasium. Postquam ita scripsi reperi tenere do. Io. Fab. & do. Ang. Aret. in d.§. item. ex d. iuribus, &c. Secundò, ꝙ sit ciuilis, probatur: quia non reperitur à prætore introducta: & generaliter actiones à iure ciuili originem trahunt: vt habetur in l.ij. §. deinde. ff. de orig. iur. Tertiò, ꝙ mista, habetur in d.§. quædam. Quartò, ꝙ rei persecutoria, vt in præcedenti dixi. Quintò, ꝙ in simplum, eodem modo. Sextò, quòd sit bonæ fidei, est text. in d.§. actionum. & l.iiij. §. hoc iudicium. ff. communi di. Septimò, ꝙ perpetua, vt præcedens, & per eandem legem. Octauò, quòd detur hæredibus, eodem modo, & in hæredes etiam datur. d.l.iiij. §. sicut. Nonò, quòd non infamet, vt ſ. Decimò, quòd directa, patet, licet vtilis sit quandoq;: vt l. si quis putans. in princi. & l. sed postquàm. & l. in summa. cum si. ff. communi diui. Vndecimò, quòd sit singularis, est tex. not. in l. per hoc. in princi. ff. eod. titulo. Duodecimò, quòd sit duplex, probatur in l.ij. §. in tribus. eo. tit. Vltimò non est contraria.

135 **Certi condictio generalis.** Hæc actio cõpetit, vbicunq; ex aliqua obligatione potest peti certum, vt sciatur quid sit, quale, & quantum, in tantùm, quod eius rei solutio non possit variari, videtur tex. in l. vbi autem nõ apparet. in prin. de verb. obli. per glo. Bar. & omnes doct. in l. certi condictio. in princ. ff. si cert. pe. habetur etiam de hac Insti. qui. mod. re contra. ob. in princ. Et an etiam possit per hanc actionem peti interesse, habetur in dictis iuribus. Et aliãs, cùm legerem hunc articulum, latè disputaui. Insti. qui. mo. re contra. ob. in prin. post glo. fin. ibi. Et, vt ibi dixi, licet communis opi. sit, quòd possit peti etiam interesse per certi condictionem, tamen in disputando posset teneri contrarium. ¶ Et pro nunc breuiter in disputando primò adduco textum in l.iij. in fi. C. de inuti. stip. vbi pro interesse agitur incerti actione, id est, actione ex stipulatu: nõ autẽ certi condictione. Patet dum dicit, ex stipulatu tuo. & dum dicit, Ob incertæ actionis effectũ. Secundò, videtur text. in l. fi. ff. si quis in ius voc. non ie. vbi dicitur incerti, cum eo agendum est in id, quod interest. quã legem ita intelligit glos. ibi secundũ primũ & tertiũ intellectũ. Tertiò videtur text. in l. si pœnã. ff. de verb. obl. vbi secundũ glo. cùm habet peti interesse, agitur ex stipulatu, secundũ gl. ibi. Quartò, videtur tex. in l. liber homo. §. fin. qui incipit, decem. de verb. ob. vbi si ego stipulor dari mihi, aut Titio decẽ, primo casu est certa stipulatio, secũdò non, ratione interesse. Vnde dicit ibi gl. ꝙ agitur ex incerto, id est, ex stipulatu, non autem certi condictione. Quintò per tex. in l. quòd si nulla. ff. de leg. j. vbi hęres, qui extruxit domum exustam, & soluit legatario, repetit expensas per condictionẽ incerti: & sic interesse expensarũ. Sextò facit text. in l. si me præsente. §. cùm inter. ff. de condi. inde. vbi, si quis tradat iter in fundũ per errorem, ad quod non tenebatur, condicit illud per condictionem incerti, tanquam sua interfit. Septimò vrget, quia in iudiciis respicitur forma petitionis: vt in l. si idem cum eo. §. fi. de iurisdi. om. iudi. Sed quãdo petitur interesse, est incertum: ergo pro incerto non potest dari certi condictio. Et in circulis possessorum hanc sustentare, licet in decisiuis non sit à communi opi. recedendum. Plura alia dixi, quæ nunc omitto: quia non est locus hîc. ¶ Secundò, ꝙ sit ciuilis, probatur. cùm per condictionem quis cogatur dare, aut facere: vt Institit. de act. §. omnium. & §. sic itaq;. Et sunt personalissimę: vt in §. appellamus. ver. personam. Insti. eod. tit. & cùm de istis fiat mentio in d.§. omnium. & posteà sequatur §. sed istæ. dicetur ꝙ illę precedentes descẽdunt ex legitimis causis: ergo sequitur, ꝙ hæc sit ciuilis. Tertiò, quòd sit in personam, patet in d.§. appellamus. ver. in personam. Quartò, quòd rei persecutoria, cùm semper quid certi persequatur, vt d.l. certi condictio. cũ si. Quintò, ꝙ in simplum patet, cùm sit rei persecutoria. Sextò, quòd stricti iuris, patet in d.§. actionum. Septimò, potest esse perpetua, & temporalis, & dari etiam hæredibus, & in hæredes, secundùm diuersitatem actionum, quibus applicatur, & in quarum locum datur. cùm in his earum naturam sequatur, vt habetur in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & in l. duobus. §. exceptio. de iureiurand. cum simi. Nonò, non infamat, vt in aliis. Decimò, directa, vtroq; modo. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non est contraria.

136 **Condictio certi specialis.** Hæc actio secũdum communẽ opinionem competit pro mutuo solùm: quia datur illi, qui mutauit rem mutuo aptam, quę consistit pondere, numero, vel mensura: vt rem mutuatam in genere reddat cum eadẽ bonitate, & qualitate, & de hac habetur in l. cùm quid. ff. si cer. pe. in rubr. eod. tit. & in l.ij. & Insti. qui. mo. re contra. ob. in princi. cum similibus: &, vt dixi, communis opinio est, ꝙ sit dare pro mutuo solùm hanc certi condictionem specialem, tamen in disputando posset attẽtari contrariũ. Et primò pro hac parte est gl. in l. quoties. ff. de prescri. verb. Secundò, facit, quia de pluralitate actionũ iudicamus, quatenus est lege expressum. l.ij. §. deinde. ff. de ori. iur. Sed nulla lex dicit esse duas certi condictiones: ergo erubescimus sine lege loqui. §. consideremus. in authen. de trien. & semis. Tertiò lex semper loquitur in numero singulari, dicendo certi condictio, sed numerus singularis est vno contentus. l. vbi numerus. ff. de testi. c. pluralis. de reg. iu. in vj. Quartò, si plures essent certi condictiones, haberent diuersa nomina, arg. l. si idem. C. de codicil. Quintò, vnaquęq; actio cognoscitur ex medio concludendi: vt habetur in l. non debet. ff. de dolo. in l.j. ff. de eden. sed semper concluditur, quia est certum: igitur, Sextò, lex abhorret plures actiones prouenientes ex diuersis causis. l. hæredes. §. de pluribus. ff. fa. erc. ergo multò magis vbi est vnica causa, & persona. Septimò, potest ponderari tex. Insti. quib. mo. re contra. ob. in fin. princ. vbi dicitur: Actio oritur, quæ appellatur certi condictio. nec additur specialis, quod potuisset dicere, vt dixit in titu. de verb. ob. in prin. facit in arg. c. ad audientiã. de deci. Octauò, facit rub. ff. si cer. pe. & de certi cõdictione, dic, vt de certi cõdictionibus. ergo &c. Hęc, & plura alia adducebam, dũ legerẽ Paduę. Insti. qui. mo. re contra. ob. in princ. & in disputando posset hoc sustineri, licet non sit recedendum à cõmuni opinione, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, proba per fundamentũ, quod in superiori dixi. Et eodẽ modo ꝙ sit in personã. Quartò, ꝙ rei persecutoria. Quintò, quòd in simplum, per eadem fundamẽta. Sextò, ꝙ stricti iuris, patet in d.§. actionũ. Septimò, est perpetua, cùm sit personalis, iuxta l.ij. C. de consti. pec. Octauò, ꝙ heredibus detur, cùm persecutoria sit, iuxta l. in honorariis. Quod in hęredes detur, patet, cùm ex con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractu detur, iuxta l. ex contractu. ff. de act. & obl. Nonò, quòd non infamet. Decimò, directa, vtroque modo. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non est contraria.

137 **Condictio triticaria.** Hæc actio datur, & potest cõpetere ad omnes res mobiles, vel immobiles, & tam corporales, quàm incorporales, imò non solùm ad omnia, sed etiam ad possessiones, excepta pecunia numerata: pro qua non potest dari hæc actio. De his omnibus vide tex. in l. j. & ij. ff. de condictie. tritica. Et licet certi condictio generalis detur etiam ad pecuniam, tamen non datur ad incertũ: & sic se habent, vt excedentia & excessa: vt etiam dicit sanctus Blasius hîc, de quo vide in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pe. Quæ autem sit ratio, quòd triticaria non datur ad pecuniam numeratam. Bar. in d. l. j. eo. tit. ponit duas rationes: illa magis applaudit, quòd triticaria non datur ad res, quarum æstimatio non variatur de facili, vt est in pecunia: cùm in aliis rebus æstimatio varietur de hora in horam, & in dies. Sed quare hoc, etiam cogitabis, &c. In omnibus aliis fundamentis dicas, vt in proximis dictum est: & potes probare per easdem leges.

138 **Condictio ob causam.** Hæc actio habet locum, quando aliquid est datum alicui, vt ipse aliquid aliud faciat, vel det: & sic propter aliquam causam de futuro, quo casu, si illud non fiat, & sic causa non impleatur, potest illud, quod est datum, repeti per condictionem ob causam, de qua loquitur totus tit. ff. & C. de condi. ob causam. Et sanctus Blasius hîc reuocat in dubium, an condictio ob causam competat ex capite causæ non secutæ. Et eodem modo ex capite pœnitentiæ: & firmatis regulis ponit plures fallentias, quas per te vide. Nec insisto aliter, imò nõ lego ipsum, sed de his me remitto ad latè dicta per doct. in l. si pecunia. ff. de condi. ob causam. vbi est locus suus. In omnibus aliis fundamentis dicas, vt in prima, & secunda condictionibus diximus, per eadem iura.

139 **Condictio ob turpem causam.**

Hæc actio competit quando aliquis accepit aliquid turpiter, quod alius dedit sibi decem, vt non faceret sacrilegium, vel homicidium: quo casu, cùm turpiter recipiat, quia tenetur gratis facere, & à criminibus abstinere, iuxta ti. de sicar. & tit. de sacrile. & ex parte dantis nulla est turpitudo, per hanc actionem possunt ab ipso illa decem condici. Et eodem modo econtra, si ex parte dantis esset turpitudo, & ex parte recipientis non, vt in pecunia, quæ daretur meretrici: quia non posset repeti: imò plus, etiam si esset aliquid meretrici promissum posset agere ad illud. Item, & tertiò, posset esse causa turpis ex parte vtriusq; vt in casu l. mercedem. C. de condi. ob turp. causam. cum simi. Primò casu in pari causa turpitudinis, potior est cõdictio prohibentis. Ad hæc omnia singula singulis referendo vide l. j. & ij. ff. de condi. ob tur. causam. Et ad illud de meretrice vide l. iiij. §. sed quod meretrici. eo. tit. & licet glo. ibi teneat, quòd ad promissum meretrix non posset agere, tamen Vltramon. Cy. & Bart. tenent contrarium. de quo ibi vide. In aliis fundamentis eodem modo, vt in prima condictione dicas.

140 **Condictio sine causa.** Primò scias, quòd hęc cõdictio aliquando appellatur condictio incerti: vt in l. qui sine. ff. de cond. sine causa. sed communiter dicitur sine causa, & competit quando quis promittit alicui, putans se teneri: vel soluit ex causa, quæ licet videretur iusta, effecta est iniusta, vel ad non causam redacta. Vnde soluens, vel promittens potest repetere solutionem, vel facere se reponi in pristinum statum, in quo erat antè obligationem contractam: & hoc per hanc actionem, de qua in tit. ff. & C. de condi. sine cau. in l. j. & ij. ff. eod. In aliis fundamentis eodem modo dicas, vt in prima condictione est dictum, &c.

141 **Condictio indebiti.** Hæc actio competit aduersus illum, qui recipit aliquam solutionem alicuius rei indebitæ sibi, quæ tamen per errorem fuit soluta: quia cùm non conueniat naturali æquitati, quem locupletari cum aliena iactura, potest repeti. De hac vide in l. prima per totũ. & in l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. ¶ Quotuplex autem possit esse indebitum, vide glo. & omnes in dicta l. de condi. inde. Et vbi competit condictio indebiti, potest etiã competere condictio sine causa: vt probatur in l. prima. ff. de condi. sine causa. ¶ Et, vt perfectè intelligas terminos condictionis indebiti, reducas te ad communem conclusionem, quòd debitum naturaliter tantum, si soluatur per errorem iuris, non repetitur: & ita loquitur text. in l. fideiussor obligari. ff. de fideiuss. in l. naturaliter. ff. de condi. inde. Si verò per errorem facti, & tunc repetitur: & ita loquitur tex. in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. in l. error. C. ad legem Fal. & in l. fideicommissum. C. de condi. inde. & iste error facti debet esse probabilis, prout habetur in l. error. & in l. regula. & in l. nec supina. ff. de iur. & fac. igno. aliàs æquiparetur errori iuris, secundùm Bart. in d. l. cùm quis. in vj. col. Fallit iste articulus in pupillo, & furioso, & cui esset bonis interdictum. l. interdictum. ff. de condi. inde. Item in muliere: vt l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. Si verò econtra est naturaliter indebitum, sed ciuiliter debitum: & tunc quocunque errore repetitur. l. si non sortem. §. indebitum. & §. adeò. ff. de condi. inde. Fallit, quando soluitur authoritate rei iudicatæ: quia non repetitur: vt l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. man. l. prima. C. de condi. indeb. Item ex causa transactionis. l. in summa. ff. de condi. indebi. l. secunda. C. eod. titu. Item fallit in casu, vbi lis crescit per inficiationem. l. ea. C. de condi. indebi. §. fin. Institu. de obli. quæ ex quasi contra. nas. Sed in eo, quod dixi, quòd ciuiliter debitum solutum authoritate rei iudicatæ non repetitur. dicta l. prima. de condi. inde. istud intelligas cùm quis non obtinuit sententiam dolosè: quia tunc posset repeti, per tex. in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. Adde tex. in l. in commodato. §. fin. & l. rem mihi. ff. commo. Adde text. in l. secunda. ff. de condi. sine cau. vide gloss. in dicta l. prima. C. de condi. inde. & gloss. in dicta l. rem mihi. Tertiò potest esse aliquid solutũm, & ciuiliter, & naturaliter indebitum, prout sunt termini. §. istæ quoque. Institu. quib. mod. re cõtra. ob. & isto casu quocunq; errore ductus quis soluat, repetit: vt l. si me putem. in princip. ff. de condi. inde. Fallit in pluribus casibus, quos ponit gloss. in dicta l. prima. C. de condi. inde. Quartò potest esse quid solutum, naturaliter, & ciuiliter debitum, sed indebitum per exceptionem dilatoriam, & temporalem, quocunque errore soluatur, non repetitur. l. in diem. & l. nam & si cùm moriar. ff. de condi. indebi. Si verò est exceptio perpetua: & tunc aut est fauorabilis, vt Velleiani: aut odiosa, vt Macedoniani: primo casu repetitur. secundo non: vt l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. Limita secundum casum, nisi sit error facti probabilis: vt habetur in l. fin. ff. ad Macedo. Item illud de exceptione fauorabili fallit in exceptione epistolæ diui Adriani, quæ licet sit fauorabilis, tamen si soluatur per errorem, non repetitur: vt l. si testamenta. §. an autem. ff. de fideiusso. Et quando dubitaretur, quæ exceptio adesset, tunc quocunque errore soluatur, repetitur. l. sufficit. ff. de condi. inde. Sed dato, quòd quis haberet exceptionem, quæ est inducta ad rigorem iuris conseruandum, vt exceptio ex epistola diui Adriani, exceptio litis pendentiæ, & exceptio fori, & quæ non tendunt ad perimendum obligationem, tunc quocunque errore soluatur, non repetitur. l. Iulianus. ff. de condi. inde. & dicta l. si testamento. §. an autem. ff. de fideiuss. Et ita intelligas terminos huius condictionis indebiti. Quod tene menti ad titulum ff. & C. eod. & vide ad hoc gloss. ordinariam & magistram in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. & ibi Bartolum qui illam sequitur, reiectis opinionibus in contrarium. In omnibus aliis fundamentis dicas, vt in prima condictione dixi, &c.

142 **Condictio furtiua.** Hæc actio, siue condictio datur soli domino alicuius rei, quæ sibi ab alio furata est, ad vendicandum dictam rem à fure, vel eius hæredibus, vt j. dicam: nec per hanc præiudicatur aliis actionibus contra furem competentibus. de hac habetur in l. prima. & per totum. ff. de condic. fur. in §. finali. Institu. de ob. quæ ex deli. nas. & in §. sic itaque. versi. planè. Institu. de actio. Estq; mirabile, quòd quis condicat rem suam, & q̃ petit sibi dari à prætore rem suam, cùm sit dominus, cõtra illud, quòd qui semel est dominus, nõ potest amplius effici dominus. d. §. sic itaq;. & §. sed si rem. Insti. de leg. sed tamẽ odio furum hoc est inductum, vt omnis condictio contra eos degeneret. Vide glo. & doct. in d. ver. planè. & nemo condicit rem suã, præterquàm à fure. l. fin. ff. vsufr. quemad. ca. Secundò, q̃ sit ciuilis, dic vt in prima condictione dixi. Et eodem modo, q̃ in personam, q̃ rei persecutoria sit, est tex. in l. si pro fure. §. condictio. ff. de condi. fur. In simplum est, nec ad pœnam datur. d. l. si pro fure. si decisione. Stricti iuris est, vt patet. Perpetua est, vt in prima condictione dixi, cùm sit in personam. Octauò datur hæredibus: vt l. sed nec legatarius. ff. de condi. fur. In hæredes etiam datur. d. l. si pro fure. §. penul. & fi. Et vnde nascatur hæc actio, vide gl. in d. l. si pro fure. §. fi. in ver. successoribus. & ibi doct. & vide in l. j. de act. & obli. Nonò non infamat infamia iuris, nec etiam facti: vt l. Cæsar. ff. de act. & obl. licet secundùm glos. ibi gratiuetur eius opi. apud homines, iuxta l. honori. ff. de obseq. Et idem dicit gl. in d. §. sic itaq;. ver. planè. In aliis tribus fundamentis dicas, vt in proximis præcedentibus, &c. In aliis non est contraria.

143 **Condictio ex lege.** Hæc actio, siue condictio, habet locum, vbicunq; aliqua lex ciuilis in aliquo casu dicit dari actionem, vel nouam inducit obligationem: quia si non est expressum, qua actione agatur, agitur condictione ex illa lege. Vide in l. vnica. ff. de condi. ex leg. & in l. j. C. eodem titulo. vt in simili habetur in l. si quis argentum. C. de dona. in l. si & me, & Titium. ff. si cer. pe. cùm sic in simili fuit dictum in vltima actione prætoria. Vide etiam ad hoc gloss. in §. aliæ. Insti. de act. quia in pluribus casibus variis, & diuersis potest competere, secundùm varietatem casuum, habitis duobus fundamentis, scilicet quòd sit ciuilis, vt in prima cõdictione dixi, & quòd sit in personam. d. §. appellamus. versi. in personam. Institut. de actio. In aliis fundamentis, & diuisionibus eam baptizare possumus secundùm naturam casuum & rerum, quibus competit. Vt igitur habeas aliquos casus, pro quibus datur, dic quòd competit pro sacris vasis venditis. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Item in terminis c. sæpe. de rest. spo. Item in c. redintegranda. iij. q. j. Item in l. inuasor. C. vnde vi. Item in l. authoritatem. eo. tit. in l. fin. eo. titu. in l. si quis cõductionis. C. loca. in l. non ob rem. C. vnde vi. d. l. si & me, & Titium. & d. l. si quis argentum. cum simi. &c.

144 **Actio ad exhibendum.** Hæc actio competit vbicunq; alicuius interest, rem aliquam mobilem, scilicet in publico demonstrari, & exhiberi, si pro illa velit contra aliquẽ agere, vel cõtra ipsum, qui eã retinet. Et vel quòd sit dominus, vel quòd non, nõ curatur, dummodo ratione interesse petat exhiberi: licet in casu quis volens agere, habeat probare se dominum, & dicere se dominum: vt in l. iij. in §. interdum. versi. Iulianus. ff. ad exhi. & gloss. in d. l. iij. §. j. De hac habetur in l. j. & ij. ff. eodem. & in l. iij. §. sciendum. eodem titulo. Et casu quo quis nolit exhibere: tunc potest iurari in litem adhibita taxatione iudicis: vt d. l. iij. §. præterea. Et post hæc est sciendum, quòd in arbore Ioannis antè hanc actionem ponitur quædam notula, videlicet, quòd hæc actio secundùm quosdam sit anomala, hoc est, non in totum realis, nec personalis in totum. Et potest argui sic: si est personalis: ergo habet in rem obligationem, ex qua oriatur, & obligatio aut venit ex contractu, aut quasi: vel maleficio, vel quasi: in quibus hoc non compræhenditur. Item datur contra possidentem. l. iij. §. finali. ff. ad exhi. contra naturam personalium, iuxta §. omnium. Insti. de act. & per hoc non potest dici personalis. Non potest etiam dici realis, per text. expressum in d. l. iij. §. est autem. ff. ad exhi. Sed tamen teneas ipsam esse personalem, & oriri ex contumacia non exhibentis: sicut aliàs contuma cia punitur, vt iuribus vulgaribus, & facit ad hoc l, fin. ff. de rei ven. Item non obstat, quòd contra possidentem detur: vt aliàs est dictum suprà in interdictis, quæ sunt personalia: & tamen dantur aduersus possidentem, &c. Et sic redeundo ad terminos, quòd sit ciuilis, proba per idem, quod diximus in actione communi diuidundo, &c. Tertiò quòd in personam, est text. expressus in dicta l. iij. §. est autem. ff. ad exhi. Quartò est rei persecutoria: vt probatur in dicta l. iij. §. finali. Quintò datur in simplum: cum simpliciter detur ad rem exhibendam ei, cuius interest: vt dicta l. iij. §. sciendum. Sextò, quòd stricti iuris, patet in dicto §. actionum. Item, quia est arbitraria: vt in §. prætereà. Institut. eodem titulo, Septimò, quòd perpetua probatur, cùm sit personalis. d. l. ij. de consti. pec. l. j. de anna. excep. suprà dictum est in proximis. Octauò, hæredibus, & in hæredes non datur: quia suis nominibus ipsi vtuntur: & sic hæredi non datur, vt hæredi. Et eodem modo in hæredem, vt hæredem: nisi ex dolo defuncti sit locupletior. De hoc est text. in l. de eo. §. fi. ff. ad exhi. Nonò, quòd nõ infamat. Decimò, quòd directa: & probatur in l. si quis hominem. ff. eo. tit. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

145 **Actio ex empto.** Hæc actio datur emptori contra venditorem, vt rem venditam sibi tradat, si habet facultatem, vel saltem præstet interesse, iuxta ea, quæ habentur in l. prima. ff. de act. emp. Et etiam datur in casu euictionis rei ad interesse, vel duplum, si emptor fuit stipulatus, iuxta l. emptori. ff. de euic. & toto illo titulo, & C. eodem. Et in casu isto euictionis an detur directa actio ex empto, an verò vtilis, Bartolus declarat in l. Arist. §. Labeo. ff. de dona. vide in dictis iuribus, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in l. proinde. in princ. ff. de ædi. edic. cum simi. Tertiò, quòd sit actio personalis, est text. in l. si in illam. circa fin. C. de act. emp. Quartò, quòd sit rei persecutoria, probatur in §. sequens. versic. earum. Institut. de act. cùm sit personalis, & ex contractu veniat. Quintò, quòd sit in simplum, probatur in §. omnes. versic. in simplum. Institu. de act. Sextò, quòd sit bonæ fidei, est tex. in dicto §. actionum. Septimò, est perpetua, cùm sit personalis, vt in suprà dictis, & in l. neque. C. qui. non ob. long. tempo. præscript. l. penult. C. de consti. pec. Octauò, datur hæredibus à fortiori, cùm etiam pœnales dentur: vt in §. non autem. Institu. de perpe. & tempo. act. & etiam cùm sit rei persecutoria. & ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. satis. In hæredes etiam datur: vt l. ex contractu. ff. de act. & oblig. Nonò, quòd non infamet. Decimò, quòd directa. quia ex verbis, & mente: licet quandoque vtilis reperiatur: vt ff. de act. empt. l. ex empto. §. is, qui. cum simi. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, simplex. Bene est verum, quòd potest esse etiam vniuersalis, cùm competit pro vniuersa hæreditate empta, vt patet: & habetur. C. de hære. vel act. ven. per totum, &c. Vltimò, non contraria.

146 **Ex vendito.** Hæc actio datur econtra à superiori, scilicet ipsi venditori aduersus emptorem, ad pretium rei conuentum sibi dandum: vt habetur in l. ex empto. ff. de act. emp. & in l. Iulianus. §. offerri. eodem titulo. Et si venditor non confideret de emptore, posset rem deponere penes tertiam personam, secundùm Bartolum in l. si soluturus. ff. de sol. de quibus vide in dicto §. offerri. Secundò, quòd ciuilis, à simili cum præcedenti patet: & proba per fundamentum, quod dixi in communi diuidundo. Tertiò, quòd in personam, probatur in l. j. C. de act. emp. Quartò, quòd rei persecutoria. Quintò, quòd in simplum, probantur hæc in l. Iulianus. §. ex vendito. de act. emp. & l. venditi. C. eodem titulo. Sextò, quòd bonæ fidei, probatur in dicto §. actionum. In aliis fundamentis dicas, vt in superiori proxima dixi. Est bene verum quòd hæc etiam reperitur quandoq; vtilis. l. Iulianus. §. si procurator.

147 **Ex locato.** Hæc actio datur locatori contra conductorem: puta vt sibi soluat mercedem debitam, vel aliud interesse, vel etiam si esset finita locatio, & conductor non vellet rem restituere. De hac habetur in l. si tibi habitationem. ff. loca. & in l. præses. C. eodem titulo. & habetur Institut. loca. in princ. & in §. fi. eodem titulo. Vide bonam gloss. in materia cum simi. Secundò, quòd sit ciuilis, probatur in l. j. ff. de superfi. & etiam in l. prima. ff. loca. quia cùm sit similis emptioni, & venditioni, & ex istis dentur actiones ciuiles, eodem modo ex ista. Tertiò, quòd in personam, dic vt in superioribus proximis: iuxta d. §. sequens. In aliis fundamentis dicas vt in duabus proximis.

148 **Ex conducto.** Hæc actio competit à contrario à superiori in casu, scilicet quia datur cõductori contra locatorem: puta quòd locator adimpleat contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum ex parte sua, & præstet patientiam, quòd conductor posit re conducta frui. De hac etiam habetur in iuribus in proxima allegatis, & l. si tibi alienam. & l. si quis domum. in princi. ff. loca. cum similibus. In omnibus aliis fundamentis dic vt suprà proxima, cùm non discordet. Et vide in termino bonæ fidei. l. aduersus. C. locati. & quòd in hæredes. l. sed & addes. §. ex conducta. ff. eodem. & l. viam. C. eodem. cum similibus.

149 **Oneris aduersi.** Hæc actio procedit in casu, quando qu's conducit aliquam rem, & vltra naturam contractus, quæ facit ipsum teneri de dolo, lata culpa, & leui: iuxta l. si vt certo. §. interdum. & §. nunc videndum. ff. de loca. Fuit etiam pactum, vt teneatur conductor de quocũq; periculo, siue aduersitate, & sic de casu etiam fortuito: quia dato casu aduerso, ipse conductor tenetur locatori ex hac speciali actione, quæ dicitur oneris aduersi: quod pactum potest vestiri interuentu rei, & etiam interuentu stipulationis, iuxta ea quæ habentur in l. petens. & in l. in bonæ fidei. C. de pact. & in l. iuris gentium. §. quinimò. ff. de pact. Sed secundùm Azo. in sum. C. loca. hæc actio hodie non habet locum, nec est necessaria: cùm hoc casu sufficiat actio ex locato: vt habetur in l. opus, quod aduersione. & in l. in naue. ff. loca. Et sanctus Blasius hîc dicit, quòd hoc potest esse verum, quando pactum de suscipiendo onere fuit incontinenti appositum, vt scilicet vestiatur cohærentia contractus, & informet veterem actionem, & nouam locati pariat, iuxta d. l. in bonæ fidei. & d. l. petens. Secus, secundùm eum, esset, si tale pactum ex interuallo apponeretur, nisi legis auxilio vestiatur, iuxta l. legitimam. ff. de pact. quod tamen relinquit cogitandum. Tu dic, vt dixi, quòd potest vestiri interuentu rei, & etiam potest ex interuallo cohærentia stipulationis, iuxta ea quæ habentur in dictis iuribus, dic vt in iuribus prælleg. & hoc excepto, quòd non est bonæ fidei: dicas vt in superioribus, &c.

150 **Pro socio.** Hæc actio datur vni socio contra alium socium, puta, quando vnus socius nollet communicare bona sua cùm esset societas omnium bonorum, vel etiam intulisset damnum societati: quia per hanc actionem cogitur resarcire. & in multis similibus casibus, in quibus in tit. ff. & C. pro socio. & Insti. eo. per totum. Et hæc actio ex parte omnium sociorum est directa, cùm non mutetur nomen contractus, & contrahentium secundùm gloss. in l. consensu. ff. de act. & oblig. & est text. expressus in §. ex quibusdam. Institu. de pœ. te. li. Et quòd dicatur actio pro socio, est text. in §. actionum. Instit. de act. & in l. tamdiu. C. pro socio. Secundò, quòd sit ciuilis proba, vt dixi in actione communi diuidundo. Tertiò, quòd in personam, eodem modo. Quartò, quòd rei persecutoria, eodem modo: cùm veniat ex contractu. Quintò, quòd in simplum patet, cùm sit rei persecutoria. Sextò, quòd bonæ fidei, in dicto §. actionum. in l. ij. C. pro socio. Septimò, quòd perpetua, patet dum est personalis. Octauò, quòd hæredibus, & in hęredes detur, habes in l. si Titius. §. in hæredes. ff. pro soc. & l. in actione. §, mortis. Nonò, quòd infamet, probatur in dicto §. ex quibusdam. Instituta de pœ. te. li. in l. prima. ff. de infami. Decimò, directa. dicto §. ex quibusdam. nec contraria est. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò, non est contraria.

151 **Mandati directa, vel contraria.**

Actio mandati directa, debès scire, quòd datur domino, qui mandat alij aliquod negotium expediendum, & ille suscipit dictum mandatum: quia dominus per hanc actionem potest dictum mandatarium cogere ad reddendam administrationis rationem, & si in eo malè versatus est, &c. Contraria actio mãdati datur ipsi mandatario, vt si quid de suo impendit, &c. posit à domino repetere. Et hinc est quòd Iurisconsultus in rubrica dixit mandati vel contra: quasi intelligat de directa & contraria actione mandati. & hoc casu bene procedit theorica glossi. in l. consensu. de act. & obl. quòd quando nomen descendit à nomine, nec variatur nomen contractus, ab vna parte actio est directa, ab alia cõtraria. De his duabus actionibus habetur Instit. de pœ. te. liti. §. item tutelæ. & habetur in d. §. actionũ. vide text. in l. si fideiussor. & l. seq. in l. cùm per procuratorẽ. in l. etiam. C. man. & ff. man. l. si verò nõ reum. §. contraria. cũ fi. Secundò, ꝙ sit ciuilis, probatur per ea, quę dixi in actione cõmuni diuidũdo. Tertiò ꝙ in personã, probatur in l. mandati. in prin. C. de fideiuss. Quartò, ꝙ rei persecutoria, patet cũ ex cõtractu veniat. d. §. sequens. ver. earũ. Quintò, ꝙ in simplũ: quia simpliciter ad interesse datur: vt ff. man. l. si procuratorem. §. mãdati. Sextò, ꝙ bonę fidei. habetur in d. §. actionũ. Septimò, ꝙ sit perpetua, probatur. ff. manda. l. si mãdato. §. ille, qui. Octauò, ꝙ hæredibus, & in hęredes, probatur in d. l. mãdati. C. man. in d. l. si verò nõ remunerandi. §. fin. & legib. seq. cum simi. Nonò, quando sumus in directa, ꝙ sit famosa, probatur in d. §. ex quibusdam. Institu. de pœ. te. liti. Contraria non infamat, vt ibi probatur à contrario sensu: vide etiam in l. in re mandata. C. man. Decimò, directa est, & contraria, vt dictis iuribus: licet quandoque vtilis sit: vt l. si mandauero. §. interdum. & §. iis, cui. ff. mand. cum simi. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, simplex, vt patet, &c.

152 **Depositi directa, & contraria.** Actio depositi directa datur domino, qui rem deposuit aduersus ipsum depositarium, id est recipientem rem in depositum: quia si nollet depositum restituere, per hanc actionem cogitur. Actio depositi contraria datur ipsi depositario, si quid fortè impendit in re deposita necessario, vel vtiliter: quia potest agere contra dominum rei per hanc actionem vt restituat: & in quo teneatur ipse depositarius in re deposita. De his omnibus vide in §. prætereà. Institu. qui. mo. re contra. ob. & d. §. item tutelæ. Institu. de pœ. te. liti. vide in l. prima. ff. depo. & in l. si deposita. C. depositi. Et istæ ciuiles regulariter competunt pro omni deposito, exceptis illis quatuor casibus tantum, in quibus datur prætoria, directa scilicet & contraria. de quibus dixi inter prætorias: & habetur in l. quod te multum. ff. depositi. Secundò, quòd sit ciuilis, dic vt in præcedenti. Et eodem modo, quòd in personam: & est tex. in l. neque. C. qui. non ob. long. temp. præscrip. & rei persecutoria, & in simplum: vt in præcedentibus dixi. Et rei persecutoria signatur in l. si hominem. §. datur. ff. depositi. Sextò, quòd sit bonæ fidei, probatur in dicto §. actionum. & in l. secunda. C. depo. & l. prima. §. hanc actionem. ff. eo. Septimò, quòd sit perpetua, patet ex eo, quòd est personalis: vt est dictum ſ. in multis ciuilibus. Octauò, datur hæredibus, & in hæredes d. §. datur. & l. prima. §. hæc. & §. apud. & §. qui depositum. Nonò, directa infamat, licet contraria non. dicto §. ex quibusdam. Decimò, est directa: & potest esse etiã vtilis, vt in præcedenti. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex contraria est respectu contrariæ.

153 **Tutelæ.** Hæc actio datur pupillo finita tutela contra tutorem, vt reddat rationem de gestis, vel neglectis per eum in tutela pupilli. De hac habetur in §. actionum. Instit. de act. & in toto tit. ff. de tu. & rat. dist. & in l. ex maleficiis. §. tu. ff. de act. & ob. & in l. vbi. ff. de tute. & ra. distra. cum si. Et licet sanctus Blasius hîc signauerit etiam contrariam actionem tutelæ, & eam dixerit ciuilem, tamen, si bene recolo contrariam tutelæ ego signaui inter prætorias: & credo quòd sit xxix. actio, & miror de ipsius exceptitia: cùm pro contraria sit specialis circulus inter prætorias, & inter ciuiles. De hac nullum signum reperies, etiam nõ eundo per ista mendicata suffragia. Quòd hæc contraria non sit ciuilis, sed prætoria, ibi dixi, & est text. in terminis in l. prima. in princip. ff. de contra. & vti. act. tu. Et ibi dixi, quòd sanctus Blasius istam contrariam dereliquit: & tunc video, quòd ipse fecit ductus eo errore, quia credebat ciuilem, cùm eam hîc inter ciuiles ponat, quod cum reuerentia, est falsum vt ibi probaui, & hîc: & contra ipsum teneas. Secundò, quòd sit ciuilis, proba vt dixi in actione communi diuidundo. Tertiò, ꝙ in personam, est text. no. in l. neqs. C. qui. non ob. long. temp. præscrip. Quartò, ꝙ rei persecutoria, primò patet ex eo, quòd est quasi contractu. d. l. ex maleficiis. §. tutelæ. & Institu. de ob. quæ ex quasi contra. §. item tutelæ. Quintò quòd in simplum, probatur in l. secunda. & l. quicquid. C. arb. tu. Sextò, quòd bonæ fidei, probatur in dicto §. actionum. cum simil. Septimò, perpetua est: vt dicta l. neque. C. qui. non ob. long. temp. præscrip. in l.

in l. tutores. C. arbi. tute. Octauò, ꝙ hæredibus, & in hæredes, probatur in l. tutelæ. C. arbi. tut. & l. j. §. hanc actionem. ff. de tutel. & ra. distr. Nonò, quòd infamet hæc directa ciuilis, est textus in §. quibusdam. Institu. de pœ. te. li. Decimò, est directa: vt d. §. ex maleficiis: & suprà. Sed quandoq; reperitur vtilis: vt l. cùm tutor. & l. alterius. ff. de tut. & ra. distr. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò non est contraria.

154 **Commodati directa & contraria.**

Actio commodati directa datur illi, qui alteri rem aliquam commodauit, vt rem restituat nec deteriorem restituat. Et de hac habetur in §. item is. Institu. quibus modis re contra. oblig. & in toto titulo ff. & C. commod. in l. penultima. De contraria actione commodati, vide in l. in commodato. §. primo. ff. commod. Et hæc competit ipsi commodatario, si quid in re commodata vtiliter, vel necessariò impẽdit. vide in præallegatis iuribus. Et in re commodata in commodatarium non transit dominium, nec possessio. & habetur in l. rei commodatæ. cum l. sequenti. ff. com. Secũdò, quòd sit ciuilis, in personam, & rei persecutoria, & in simplum, dicas vt in præcedentibus. Sextò, quòd sit bonę fidei, est textus in dicto §. actionum. Septimò, est perpetua, cùm sit personalis, vt in pluribus dixi. Octauò, datur hæredibus, cùm sit rei persecutoria. dicta l. in honorariis. In hæredes etiam datur: vt l. tertia. §. hæres. ff. commodati. Nonò, non infamat, cùm non reperiatur. Decimò, est directa, vt patet, & probatur in dicta l. iij. §. si filio commoda. licet vtilis quandoq; reperiatur: vt in dicta l. tertia. in principio. Contraria reperitur, vt dixi. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, contraria respectu contrariæ, &c.

155 **Pignoratitia** directa, & contraria. Actio pignoratitia directa datur ipsi debitori contra creditorem, vt rem pignoratam restituat, satisfacto sibi de creditore. De qua habetur in §. finali. Instituta quibus modis re contra. obligatio in l. si rem. §. omnis. ff. de pignoratitia actio. Ponunt scribentes in §. item Seruiana. Instituta de actionibus. Et an nascatur hæc actio antè, quàm sit satisfactum creditori, glos. in dicto §. finali. in ver. pignoratitia. tenet, quòd non. de quo tamen ibi vide, & in dicto §. omnis. & in dicto §. item Seruiana. & in l. si rem alienam. ff. de pigno. actio. Cõtraria actio pignoratitia datur creditori aduersus debitorem, quo casu creditor aliquid vtiliter, vel necessariò in re pignorata impendisset. De hac habetur in l. tutor. §. contrariam. ff. de pigno. actio. & in l. si seruos. eodem titulo. Et debent esse sumptus mediocres: cùm nimis onerosus creditor audiri non debeat: & econtra nimis delicatus debitor: vt dicta l. si seruos. in fine. Et quòd reperiatur contraria, & directa pignoratitia, demonstratur ex rubri. ff. dum dicit, de pignoratitia actione, vel econtra. Et quòd pignoratitia à Seruiana differat, vide in dicto §. item Seruiana. Institut. de actio. &c. Secũdò, quòd sit ciuilis, proba vt dixi in actione communi diuidundo. Tertiò quòd in personam, est textus in l. finali. C. de dist. pig. Quartò quòd rei persecutoria, patet in dicto §. finali. Institu. quibus modis re cõtra. ob. Et eodem modo, quod in simplum: & probatur in l. si rem alienam. §. fi. ff. de pig. act. Sextò, quòd sit bonæ fidei, probatur in dicto §. actionum. Septimò, quod perpetua, patet, cùm sit personalis. dicta l. penultima. C. de constitu. pecunia. & l. ne creditores. C. de pigno. actio. Et probatur in dicta l. finali. C. de distr. pig. Octauò, datur hæredibus, cùm sit persecutoria: & eodem modo in hæredes, cùm ex contractu sit l. ex contractu. de actionibus & obligationibus. Nonò, non infamat. Decimò, non est directa, vt patet, licet quandoq; reperiatur vtilis: vt l. rẽ in alienam. in fine. ff. de pig. actio. Contraria etiam repetitur, vt probaui. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, respectu contrariæ, &c.

156 **Præscriptis verbis æstimatoria.** Hæc actio cõpetit aduersus eum qui accepit aliquam rem à domino, vt ipsam venderet pretio ex cõuentione restituto, & dictam rem æstimatam recepit tali æstimatione, qua posset emptionem facere. Vnde si talis recipiens talem rem, ipsam nollet restituere, vel habere pro se ita æstimatam, & ad rem restituendam, vel ad pretium per hanc actionem cogi potest: nec habet locum ex vendito propter æstimationem rei: nec etiam ex locato, quasi videretur locasse operas ad eam rem vendendam: nec etiam mandati. De quibus omnibus vide text. in l. j. ff. de æsti. actio. per totam l. habetur. in §. actionum Institu. de act. & in l. si gratuitã. §. si margaritas. ff. de præscrip. verb. cum si. Secundò, ꝙ sit ciuilis, probatur in d. l. j. ibi, ciuile negotium. Tertiò, quòd in personam, probã, cùm ex contractu veniat: vt d. l. j. §. sequens. & ver. earum. Institu. de act. Quartò, ꝙ rei persecutoria, & eodem modo quòd in simplum, probatur in dicta l. j. in fi. de æsti. actio. Sextò, quòd bonæ fidei, probatur in d. l. vnica. & dicto §. actionum. Septimò, perpetua est, cùm sit personalis: vt ſ. in pluribus est dictum. Octauò, quòd hæredibus detur, & in hæredes probatur: quia persecutoria & ex cõtractu. vt d. l. ex contractu. & d. l. in honorariis. de actionibus & obligationibus. & d. §. non autem. Instit. de perpe. & tempo. actio. Nonò, non infamat. Decimò, directa: licet sit quandoq; vtilis: vt d. l. j. ff. de æsti. act. Nec est contraria. Vndecimò, est singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, vt patet.

157 **Præscriptis verbis ex permutatione.** Hæc actio competit, vbi quis cum alio conuenit de permutanda aliqua re, & rem dedit: & sic contractum ex parte sua compleuit, sed ille alius renuit: vnde subuenitur illi qui rem dedit, per hãc actionem, vt ille alius seruet cõtractum, & sic det rem, quam promisit, vel saltem rem sibi datam restituat. De hac vide in l. j. §. fi. ff. de rerum permu. & vide in d. §. actionum. & vide in gl. no. & vide in l. ex placito. ff. de rerũ permu. Et in quo differat hæc ab actione præscriptis verbis, quę datur pro contractu. do vt des: sanctus Blasius refert hîc, & bene Bar. in d. l. j. ff. de rerum permu. & ibi vide. Et vide scribentes in d. §. actionum. post glo. ibi. Secũdò, quòd sit ciuilis, vide tex. in l. rebus. C. de rerum permu. cum si. Tertiò, quòd in personam, dic vt in superioribus. Quartò, quòd rei persecutoria. Item, & Quintò quòd in simplum, probatur ex suprà scriptis: nam cùm ad interesse detur, vt d. l. rebus. vel ad rem tradẽdam, vel rem datam recuperandam, vt etiam probatur in l. cum precibus. C. de rerum permu. Sextò, quòd sit bonæ fidei, probatur in d. §. actionum. & in l. permutationem. C. de rerum permu. Septimò, est perpetua, cùm sit personalis. Octauò, quòd detur hæredibus, & in hæredes, patet, cùm sit rei persecutoria, & ex contractu: vt in pluribus dictum est. Nonò, quòd non infamet. Decimò quòd directa probatur in dicta l. rebus. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

158 **Præscriptis verbis,** quę in multis casibus admittitur. Hæc actio præscriptis verbis, quæ aliàs dicitur in factum, competit in multis casibus, quos enumerare, esset potius laboriosum, quàm subtile. Nam primò competit, & datur loco cuiuslibet interdicti, vt suprà in omnibus interdictis vidimus: vt est textus in fine. & ibi glossa magna in proposito. Institu. de interdict. Item datur ex omnibus pactis nudis incontinenti appositis iuxta contractum: vt habetur in l. petens. in l. bonæ fidei. C. de pactis. in l. secunda. C. de pactis inter empto. & l. iurisgẽtium. §. quinimo. ff. de pactis. cum simi. Et quare sic appellatur, vide glossam solennem in rubri. ff. de præscri. verb. & vide aliam glossam in materia magistram, in l. quoties. eodem titulo. Item competit vbicunq; æquitas suadet actionem dari, iuxta l. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesiis. cũ si. Et in aliis fundamentis opus est eam baptizari secundùm naturam rei, pro qua datur, vt potest colligi ex his, quæ diximus in materia interdictorum: vt sic surrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum surrogatur: iuxta l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. cum si. vide in hoc doctores.

159 **In factum** ex re iudicata, quæ etiam dicitur iudicati. Hæc actio datur illi, habuit sententiã pro se in iudicio contra reum condemnatum, vt ipse solnat id, in quo per sententiam fuit condemnatus. Et licet multi appellent eam in factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in factum, per l. actori. C. de reb. cred. & iureiur. & hoc tenet gl. in omnibus partibus iuris ciuilis: vt in dicta l. actori. & l. miles. §. j. & l. in iudicati. ff. de re iudicata. Item tenet glos. in cle. fi. de appel. idem Bar. in d. l. miles. Sed in cõtrarium tenet Bar. in l. nam & postea. §. fi. ff. de iureiur. scilicet, q̃ dicatur actio iudicati nõ in factum. & ad d. l. actori. est in factum propter augmentum. & hoc puto de iure verius, vt probatur in multis iuribus, in l. iiij. & d. l. miles. §. qui iudicati. & §. fin. & d. l. in iudicati. ff. de re iudi. vbi omnes text. debent actionem iudicati, non autẽ in factum. Et hanc opi. aliâs sequebatur legendo d. l. miles. do. Petrus Paulus de Rayneriis de Perusio. Et quibus modis fiat & possit peti excutio sententiæ, vide Bar. in l. intra dies. ff. de re iudi. & Ang. in repe. l. j. C. de iudi. quem etiã allegat san. Blasius hîc. Secundò, q̃ sit ciuilis, proba vt in actione communi diuidundo. Et eodem modo q̃ in personã, & rei persecutoria, & in simplũ. & vide in d. l. miles. §. fin. Sextò, q̃ sit stricti iuris, proba ex d. §. actionum. Septimò, quòd perpetua, est text. in dicta l. miles. §. fin. Octauò, quòd hæredibus, & in hæredes, probatur ibidem. Nonò, quòd nõ infamet. Decimò, directa: licet videatur vtilis, per text. in l. prima. ff. de re iudi. quod tamen intelligas, vt ibi. Vndecimò, singularis, nisi ad vniuersitatem detur: iuxta tit. C. de hære. vel actio. vend. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contraria.

160 **Ex stipulatu pro dote.** Hæc actio est reciproca, viro scilicet, & vxori. Viro, quando ipse nõ recepisset dotem sibi promissam, vel à muliere, vel patre, vel alio: quia per hãc actionem potest ipsam petere. Vxori, patri, vel alij competit, quando esset solutum matrimonium morte viri, vel quouis casu, vel etiã constante matrimonio marito vergente ad inopiam, vel in simili casu, ad repetẽdam scilicet dotem marito datam. De hac latè per omnes in l. ij. & l. si constante. ff. sol. mat. in l. in rebus. & in l. vbi adhuc. C. de iur. do. in l. vnica. C. de rei vxo. act. in d. §. actionum. Institu. de act. siue in §. fuerat. Et sic pro dote recipienda, vel repetenda, datur actio ex stipulatu, intantum quòd etiam si stipulatio non interuenisset, cùm ius eam præsumat præsumptione iuris, & de iure, nihilo minus hęc actio competit. De quo in dicta l. vnica. in princip. C. de rei vxo. actio. Et hoc est vnum speciale in dote de pluribus aliis priuilegiis. sanct. Blasius se remittit ad tractatum suum, quem de dotis priuilegiis edidisse dicit. vide latè per doct. in l. j. ff. sol. matr. post Bartol. ibi, maximè per dominum meum dominum Petrum Paulum, de Rayneriis ibi, qui cumulat centum decem & octo priuilegia: & vide ad dotes tractatum aureum conditum per dominum meum do. Bal. de Bartolinis de Perusio nostrę academiæ principẽ. Secundò, q̃ sit ciuilis, probatur in d. l. vnica. in princ. C. de rei vxo. actio. cùm introducatur à lege ciuili, etiam si nõ intercesserit stipulatio, vt dixi. Et actio ex stipulatu est ciuilis: vt in §. prætereà. Institu. de actio. Tertiò, quòd in personam, & rei persecutoria, & in simplũ, patet, cùm ex contractu, & dotẽ prosequatur, & non plus. Sextò, quòd sit bonæ fidei, patet in dicto §. actionum. siue in §. fuerat. & dicta l. vnica. cum si. Septimò, perpetua, cùm personalis: vt in multis dixi. Octauò, quòd hæredibus detur probatur in d. l. vnica. §. & hoc, cum si. In hæredes: vt l. rei iudicatæ. §. j. & l. etiam. in principio. ff. soluto matrimonio. Nonò, non infamat. Decimò, directa: licet vtilis reperiatur quandoque: vt l. Caius. post medium. ff. soluto matrimo. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria, &c.

161 **Aquæ pluuiæ arcendæ.** Hæc actio competit aduersus eum, qui volens construere in suo prædio aliquod ædificium, impediuit cursum aquæ pluuialis, quæ exinde fluere solebat: vel etiam fossam, in qua aqua recipiebatur, restagnare permisit, intantum quòd est nocitum prædio alterius vicini, vel cuiusuis: quia per hãc actionem talis constituens compellitur opus destruere, vel emendare, vt aqua vicino non noceat, & expensis suis, scilicet aquam ad solitum cursum reducat: & hoc, quando quis manu sua construxit ædificium. Si verò alius id fecisset, tunc dominus prædij cogitur præstare patientiam demoliendi, &c. Hæc omnia sunt clara, & habentur in l. j. §. j. & §. in summa. & l. in summa. §. primo. & l. si tertius. §. fin. ff. de aqua plu. ar. Et est aduertendum, quòd ita demum procedit hæc actio, si aqua nocet prædio. Nam si noceret alicui ædificio, tunc non habet locum hęc actio. Iste est text. not. quem semper tenementi in materia in d. l. j. §. item sciendum. el ij. ff. de aqua plu. arcen. Et quæ aqua debeat esse, vt actio locum habeat, vide in dicta l. j. §. in summa, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, proba vt est dictum in actione communi diuidundo. Tertiò, est in personam, vt dicta l. si tertius. §. aquę. Quartò, est rei persecutoria: & eodem modo in simplum, cùm & operis destructionem prosequatur, & reparationem cursus antiqui ipsius aquæ, & damnum contingens simpliciter: vt dixi per d. l. j. in prin. & l. quanquam. in fi. prin. eod. titu. Sextò, est stricti iuris: vt d. §. actionum. Septimò, est perpetua: quia personalis. Octauò, hæredibus datur, cùm sit persecutoria: vt in pluribus est dictum. Et eodem modo potest dici, quòd sit in hæredes, per §. non autem. Insti. de perpe. & tempore actionum. Nonò, quòd non infamet: patet, dum non reperitur. Decimò, directa licet aliquando reperiatur vtilis: vt l. in summa. §. item Varus. & l. si usufructus. in fine principij. eodem titu. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò. non contraria.

162 **De pastu pecoris.** Hæc actio est aduertenda, quòd consideratur dupliciter. Vno modo, quando animalia alicuius ab eo depasta sunt in fundo alicuius frumentum, hordeum, & similes, vel in quoscunq; fructus damnum dederũt: nam dominus animalium tenetur vt illi actione de pastu pecorum ad interesse damnum passo. Alio modo consideratur in factum de pastu pecoris, quando scilicet fructus alterius cadunt in fundum vicini, qui immisit sua animalia ad pascendum illos fructus. De ambobus est textus vnicus in iure in l. qui seruandarum. §. finali. ff. de præscriptis verbis. vide glossam in l. finali. C. ad legem Aquiliam. Et secundùm sanctum Blasium hîc, & bene, hæc procedunt, quando animalia à domino immissa vt suprà non aliter, dolo malo depasta sunt: quia daretur tunc ad exhibendum actio: vt habetur in l. Iulianus. §. glans. ff. ad exhib. licet contra hoc videatur facere textus in dicta l. finali. C. ad legem Aquiliam ibi, iniuria. iuncto intellectu glossæ ibi, quæ vult quòd habeat locum de pastu pecoris, &c. Secundò, quòd ciuilis, patet dum venit ex lege xij. tabu. dicta l. qui seruandarum. §. finali. non dico de ea, quæ est in factum. Tertiò, est in personam, cùm veniat ex quasi delicto, vt patet. Quartò, est rei persecutoria, & in simplum, cùm ad fructus, vel ad interesse detur, vt dixi suprà. Sextò, quòd stricti iuris, patet in dicto §. actionum. Septimò, perpetua, cùm sit personalis. Octauò, quòd hæredibus, cùm sit persecutoria. §. non autem. Instituta de perpe. & tempor. actionum. & in l. in honorariis. pluries allegata. Nonò, non infamat. Decimò, directa, licet glossa in dicta l. finali. dicat vtilem, Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex, &c. Vltimò, non contraria.

163 **Actio ex testamento.** Hæc actio cõpetit legatariis, vel fideicõmissariis aduersus hæredes institutos, qui adiuerũt hęreditatẽ, vt præstet legata, vel fideicõmissa à testatore relicta. De hac habetur in l. j. & ij. C. cõmu. de leg. in §. hęres quoq;. Insti. de obli. quæ ex quasi contra. & in §. j. Insti. de leg. cum simi. Et dicitur nasci ex quasi contractu. d. §. hęres quoq;. & l. maleficiis. §. hæres quoq;. ff. de act. & obli. Et de hac vide plenè in dictis iuribus cum si. Secundò q̃ sit ciuilis, probatur in l. si creditori. §. j. ff. de leg. j. cum si. Tertiò, q̃ in personam, probatur in d. l. neq;. C. qui. non ob. long. tempo. præscrip. legati, vel fideicommissi. Quartò, q̃ rei persecutoria, & in simplũ: cùm persequatur tantum rem legatam, iuribus præallegatis. ¶ In casu tamen est pœnę, & rei persecutoria, & in duplum, vt habetur in §. itẽ mista. & §. in duplũ. ver. item ex legato. §. fi. Insti. de oblig. quæ ex quasi cõtractu. Sextò, q̃ stricti iuris, patet in d. §. actionum. licet quantum ad vsurã, & moram committendã, imitetur hæc natura earũ, quæ sunt bonæ fidei: vt est casus no. in l. minorum. in fi. C. in quib. cau. in integ. resti. nõ est ne. Quod tene menti; quia posset tibi

set tibi facere honorem. Septimò, est perpetua, cùm sit personalis. d. l. neq;. iuncta l. penul. de constit. pecu. cum simul. Octauò, datur hæredibus, & in hęredes, per fundamenta tradita iuxta §. non autem. Institu. de perpe. & temp. actio. & d. l. in honorariis. Nonò, q̃ non infamet. Decimò, q̃ directa. Vndecimò, q̃ singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, contraria &c.

164 **Ex stipulatione,** quæ ex verborũ obligatione nasci tur. Hæc actio est clara, & manifesta, quæ datur illi, qui stipulatus fuit sibi aliquid dari, vel fieri ab alio, vt illud scilicet adimpleat: & datur, quando non est omnino certitudo de re, quæ est promissa per stipulationẽ: quia si esset certitudo, daretur certi condictio. De hac vide Institu. de verb. obli. in prin. & l. vbi autẽ nõ apparet. in prin. ff. eo. in l. si quis certũ. si cer. pet. vt etiã dicit sanctus Blasius hîc, & bene: vide in dictis iuribus, &c. Secũdò. q̃ sit ciuilis, est tex. in d. §. de pecunia. Tertiò, q̃ in personam, patet, cùm ex cõtractu. d. §. sequẽs. ver. earum. Insti. de acti. Et per hoc probatur etiã, q̃ sit rei persecutoria, & in simplũ. Sextò, q̃ stricti iuris, patet. Septimò, q̃ perpetua, patet, cùm sit personalis. Octauò, q̃ hæredibus, & in hæredes, patet, cùm veniat ex contractu per Lex contractu. de actio. & oblig. Nonò, q̃ nõ infamet. Decimò, directa. Vndecimò. singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, contraria, &c.

165 **Furti nec manifesti.** Hæc actio competit aduersus eũ, qui furatus est clàm rem aliquã alicui, & eam absq; deprehensione ad locũ destinatum pertulit, & sic commisit furtum nõ manifestũ, vnde contra ipsum potest hac actione agi ad duplum. De qua habetur latè Institu. de obli. quæ ex deli. nas. cum multis seq. De actione furti manifesti dixi s. inter prætorias: & ibi vide etiam. Et non solùm posset agi contra dictum furem ciuiliter, &c. sed etiam criminaliter: & sic pœna veniat fisco applicanda, iuxta not. in l. agraria. de termi. mo. Vide in l. fi. ff. de fur. in l. fi. de priua. deli. cum si. De hac vide latè in prę allegatis, &c. Secundò, q̃ ciuilis, patet cùm ex l. veniat. Insti. de noxa. in princ. Tertiò, q̃ in personam, cùm veniat ex delicto. Quartò, q̃ est pœnæ persecutoria solum: vt in §. ex maleficiis. Insti. de actio. Quinto, quòd in duplũ, in quo non cõtinetur aliter rei persecutio, cùm totum sit pœna. Et in hac actione non habetur mentio rei, sed solum agitur ad pœnam dupli: cùm ad rem agi possit rei vẽdicatione. Iste tex. not. in d. §. ex maleficiis. quod tene menti: quia prima facie fortè potuisses errare. Vide etiã in §. pœna. Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. Aliter tamẽ est in casu l. mãcipia. C. de seruis fugi. vbi vide. Sextò, est stricti iuris. Septimò, est perpetua, cùm ex lege descẽdat. Institu. de perpe. & tempo. act. in princip. & etiã, quia personalis, vt pluries est dictũ. Octauò, q̃ hæredibus detur, habetur in §. non autẽ. Insti. eod. tit. Non in hęredes, vt ibidem. Nonò, infamat, vt in §. ex quibusdã. Insti. de pœ. tem. li. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex Vltimò non cõtraria.

166 **Tigno iniuncto.** Hæc actio datur aduersus illum, qui alienum tignum ædificio suo iniunxit: puta ligna, tegulas, calcem, arenam, lapides, & similia. Et eodem modo in vineam, particas, & pedamẽta, &c. Nam cùm lex non patiatur ædificia dirui, dat hanc actionem domino tigni, siue rei iniunctæ edificio ad duplũ æstimationis illius rei, in quo duplo inest rei persecutio. De hac vide in l. j. ff. de tig. iniunct. in l. adeò. §. cùm in suo. ff. de acqui. rerum do. Institu. de rerum di. §. cùm in suo. & plenè in l. in rem actio. §. tignum. vbi glo. not. quam vide omnino: quia plures facit quæstiones in materia. ff. de rei vendi. vide in dictis iuribus, &c. Secũdo, q̃ ciuilis. probatur in d. l. j. de tig. iniuncto. Tertiò, quòd in personam, probatur in §. omnium. Institu. de acti. Quartò quòd rei persecutoria respectu rei, vt patet. Quintò, quòd in duplũ, vt iam dixi. Sextò, stricti iuris. Septimò, perpetua: quia personalis. Octauò, quòd hæredibus, & non in hæredes, probatur in §. non autem. Institu. de perpe. & tempo. act. Nonò, quòd non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex, &c. Vltimò, non contraria.

167 **Arborum** furtim cæsarum. Hæc actio competit aduersus eum, qui furtiuè animo lucrãdi, vel aliter, incidit arbores alicuius: quia domino dictarũ arborum datur hæc actio ad duplum æstimationis arborum, in quo duplo in primis inest rei persecutio, & etiam fit deductio lignorum, si remanserunt domino. De hac habetur in l. j. ff. arbor. furt. cæs. in l. furti. §. finali. & l. seq. & l. penultima. ff. eod. titul. quia etiam potest competere legis Aquiliæ actio, quando cessare eam faciat, vide in l. j. Et hoc procedit quantum ad actionem ciuilem, scilicet cùm ciuiliter agitur: secus si ageretur criminaliter: quia tunc dicti incisores arborum, tanquam latrones puniri possunt: vt est textus cum glos. in l. sciendum. ff. eodem titulo. Et vidi decapitari quendam pauperculum: quia alterius arbores, & vites furtiuè inciderat. Et nouissimè in regno audiui esse editam pragmaticam, vt incidentes arbores de die patiantur pœnam manus, de nocte pœnam capitis, &c. Secũdò, quòd sit ciuilis, probatur in d. l. j. cùm ex lege xij. tab. descendat. Tertiò, quòd in personam: quia venit ex delicto. Quartò, est rei, & pœnæ persecutoria, & in duplum quod dic, vt s. dixi. Sextò, quòd stricti iuris, patet in §. actionum. Quòd, perpetua, cùm personalis: & est tex. in d. l. furti. §. fi. Hæredibus datur, sed non in hæredes: est text. in d. l. furti. §. fin. eod. titu. Et probatur etiam in d. §. non autem omnes. Nonò, non infamat, cùm non sit expressum. Decimò, quòd directa. Vndecimò, quòd singularis. Duodecimò, quòd simplex. Vltimò non contraria.

168 **Rerum amotarum.** Hæc actio competit recipro cè tã marito cõtra vxorem quę res mariti subtraxit, cùm in matrimonio esset, & in termi nis faciendi diuortium, quàm etiam vxori contra maritum eodem modo. Et videntur socij diuinæ & humanæ domus, iuxta l. aduersus. C. de cri. expil. hęre. & etiam in honorẽ matrimonij. Non enim esset honestum dare inter eos actionem furti: datur hæc actio, quæ dicitur rerum amotarum, quæ non aliter infamat. De hac in l. j. & ij. ff. rerum amo. & C. eod. Et aduerte, quòd ita demũ habet locum hæc actio, si res fuerunt amotæ causa diuortij faciendi, & cùm effectu secutum fuit diuortium: vt habetur in l. rerum quidem. ff. eod. Secũdò, q̃ sit ciuilis, probatur in d. l. j. in prin. & dic, vt dixi in actione cõmuni diuidundo, quãtum ad hoc. Tertiò, q̃ sit in personam, patet, cùm ex delicto: & etiam, quia est cõdictio: vt l. rerũ. la picola. ff. eo. cùm condictiones sint in personã, iuxta §. appellamus. Insti. de actio. Quartò, est rei persecutoria: vt est tex. in l. si mulier. §. fi. ff. eod. intantum, q̃ non habet locum priuilegium, vt conueniantur in quantum facere possint: vt d. §. fi. quod tene mẽti ad l. maritum. ff. sol. mat. & ad l. nõ tantum. ff. de re iudi. Quintò, est in simplũ, vt l. ad fiscum. ff. rerum amot. Sextò, est stricti iuris. Septimò, est perpetua, quia personalis, vt pluries dixi. Octauò datur hæredibus: vt d. l. si mulier. §. fi. In hæredes, in quantum ad eos peruenit: vt l. fi. C. eod. titu. Nonò, q̃ non infamat, probatur in l. ij. ff. & C. eod. Et etiã est condictio, iuxta l. cessat. ff. de actio. & oblig. Decimò, directa licet vtilis sit quandoq;: vt dicta l. si mulier. in principio. in l. viua quoq;. eodem titulo. Vndecimo, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

169 **Rationibus distrahendis.** Hæc actio datur pupillo finita tutela aduersus tutorẽ, qui res aliquas pupilli non aliter animo fraudandi, vel furandi abstulit, & in suos vsus conuertit: quia per hanc actionem tenetur ad duplum æstimationis rei, per eum subtractæ: licet in dicto duplo contineatur rei persecutio: in qua etiam actione licet posset venire interesse, tamen interesse non duplatur. Pro omnibus his vide text. magistros in l. actione. per totam legem, & l. j. §. de rationibus. cum §. sequenti vsque in fin. ff. de tu. & ra. dist. vbi tractatur de secunda parte illius rubricæ, in qua competit hæc actio: vt dictis iuribus, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, proba vt in communi diuidundo. Tertiò, quòd in personam, patet, quia ex quasi delicto. Quartò, quòd pœnę & rei persecutoria, proba in d. l. j. §. penulti. & l. actione. §. fina. Sextò, quòd sit stricti iuris, patet. Septimò, quòd perpetua, in d. l. j. §. penul. Octauò, quòd detur hæredibus, non in hæredes, probatur in d. §. penul. Nonò, quòd non infamet. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò simplex. Vltimò, non contraria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

170 **Legis Aquiliæ.** Hæc actio competit aduersus illum qui occidit, vel vulnerauit seruum alicuius vel aliquod eius animal: quia omnino ad æstimationem damni per eum dati, datur domino hæc directa actio legis Aquiliæ. Ad cuius terminos habes scire, quòd quatuor modis potest dari damnum. Primò, de corpore in corpus, & iam exemplificaui: quo casu habet locū directa actio legis Aquiliæ, vt in §. cæterum. Instit. ad legem Aquil. Secundò, datur damnum de non corpore in corpus, quando quis ita inclusit animal alicuius, vt fame necaretur, vel in aliquem locum periculosum duxit vt inde præcipitium fecerit: & hoc casu competit vtilis actio legis Aquiliæ, vt d. §. cæterum. Et eodem modo, si quis de manu excusit annulum alicui, & in flumen cecidit: vt l. si seruus seruum. §. si quis de manu. ff. eo. Licet etiam istis duobus casibus Ioannes etiam det in factū actionem, per l. quemadmodum. §. magistratus. ff. eo. per glo. in §. fi. Instit. eo. Tertiò, datur damnum de corpore in nō corpus, cùm quis seruū de ponte præcipitauit, vel de ripa, vel aliquod animal. Et hoc casu datur directa actio legis Aquiliæ per gloss. in d. §. fin. in versi. Aquil. Quartò, datur damnum de non corpore in non corpus, vt si seruum ligatum à domino solui vt aufugeret quo casu habet locum in factum legis Aquiliæ. d. §. fi. & ibi vide. Et de hac in factum subsidiaria legis Aquiliæ diximus s. inter prætorias, &c. vide in præallegatis iuribus, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, patet in d. l. j. & ij. ad legem Aquil. Tertiò, quòd in personam, patet, cùm veniat ex quasi delicto, &c. Quartò est mista, hoc est, cùm sit rei, & pœnæ persecutoria, siue in personam, & in rem: vt in §. sed & legis. Instit. de actio. Item quandoq; datur in simplum, quandoque in duplum: vt l. ij. in princ. ff. ad legem Aquil. d. §. sed & legis. & l. contra. C. ad leg. Aquil. Duplatur, quando sumus in casu inficiationis: vel est in simplum. Vide tex. etiam in l. inde Neratius. §. pe. eo. titu. Et vt habeas etiam alios terminos, quādo occideretur seruus, vel aliud animal, quod appellatione pecudis venit, tunc fit æstimatio damni, quanti illud animal plurimi fuerit ab anno retro: vt d. l. ij. in prin. Si verò solùm vulneretur seruus, vel aliud quodcunq; animal, mansuetū dico, vel nō, tunc fit æstimatio damni à triginta diebus retro. Iste est tex. in §. ex hoc tamen capite. & §. capite tertio. Insti. ad legem Aquil. Imo etiā si esset datum damnū in rebus anima carentibus. Nec inuenio, q̄ fiat distinctio, quādo vulneratur animal māsuetum, vel nō: & differentiā etiam in tempore, vt ponit san. Blasius hîc, vide, & perquiras, si potes reperire, &c. Sextò, est stricti iuris. d. §. actionū. Septimò, perpetua, cùm etiā personalis. Octauò, datur hæredibus, nō in hæredes: nisi ex damno sint locupletiores. Tex. est in l. inde Neratius. §. hanc actionē. ff. ad leg. Aquil. Nonò, non infamat: quia nō reperitur, etiam cùm detur contra vxorem, q̄ non esset per l. pe. C. re. amo. in l. si seruus seruū. §. si cùm maritus. ff. ad leg. Aquil. iungendo ea, quæ diximus in actione rerū amotarū, &c. decimò, directa, licet vtilis reperiatur, vt dixi in §. pe. Instit. eo. Non est contraria. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex. Vltimò, non contraria.

171 **In factū** de pauperie directa, & vtili. Hæc actio habet locū contra eū, qui dum haberet aliquod animal quadrupes illud animal dedit damnum alteri puta in fundo, & similibus rebus, vel etiā si occidit seruum, quia per hanc actionem dominus tenetur ad emendam damni, vel dare animal pro noxa: & hoc in animalibus quadrupedibus, & mansuetis. Cæterùm in animalibus bipedibus, vt in gallo, & gallina, & similibus, & tunc pro damno habet locū vtilis actio de pauperie. Hæc habentur in l. j. & ij. ff. si quadru. pau. fe. di. & in l. pe. eo. tit. & Instit. eo. in prin. In quadrupedibus autem feris, & nō mansuetis, quæ essent in alterius dominio, puta vrsus, cùm nō esset ligatus, vel leo, canis, & similia: tunc si noceant homini libero, datur in dominū vtilis actio de pauperie in factum ædilitia ad emendā damni. Si verò per hoc homo liber esset interfectus, tūc esset pœna ducentorū ducatorū, vt l. qui vulgo. ff. de ædil. edict. si verò sit nocitum seruo alicuius, datur & in factū ædilitia, & de pauperie vtilis, ad emendam dāni domino serui ad duplū: vt probatur in §. fi. Insti. si quadr. pau. fe. di. vide in dictis iuribus. Secūdò, q̄ sit ciuilis, probatur in l. j. ff. eo. Insti. eo. in princ. Tertiò, q̄ in personā, vt patet. Quartò, rei persecutoria, & in simplum & in duplū: vt iuribus prēallegatis. & l. j. & l. hęc actio. ff. eo. Sextò, quod stricti iuris, patet Septimò, q̄ perpetua: quia personalis. Octauò, hæredibus, sed non in hæredes datur, nisi in quoslibet detinentes probatur in l. j. §. fi. ff. eod. Nonò, non infamat. Decimò, directa: licet vtilis reperiatur, vt dixi. Vndecimò, q̄ singularis. Duodecimò, q̄ simplex. Vltimò, non contraria.

172 **Iniuriarum** ex lege Cornelia in tribus casibus. Hæc actio iniuriarum, quæ in tribus casibus dicitur competere habet locum, cùm quis alium pulsauit ad eius iniuriam sine dolore: vel secundò eum verberauit cum dolore, vel etiam cum sanguinis effusione: vel tertiò, si quis alterius domum contra eius voluntatem intrauit, & ad eius iniuriam. In istis tribus casibus succedit actio iniuriarum ex d. l. Cornelia. vt habetur in §. sed & lex Cornelia. Institu. de iniur. & l. lex Cornelia. ff. eodem. Et eodem modo, qui in iniuriam alterius famosum libellum scripsit, vel illum diuulgaret: vt dicta l. lex Cornelia. §. si quis librum. & sequen. & l. j. C. de falci. libel. & v. quæst. j. c. finali. in quo casu est introducta etiam actio ciuilis per alias constitutiones principum, & ex senatusconsu. vt dictis iuribus. aliās daretur actio prætoria, vt diximus suprà inter prætorias, &c. Et in hac actione ciuiliter, & criminaliter potest fieri condemnatio. l. fi. ff. de iniur. & l. iniuriarum æstimatio. eodem titulo. Nec sine animo potest inferri iniuria, iuxta l. illud. ff. de iniur. & l. non solum. eodem titulo. Vide etiam sanctum Blasium hîc, qui bene loquitur. Vide latè Bartolum in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur. Secundò, quòd sit ciuilis, patet in primò allegatis suprà. Tertiò, quòd in personā. Quartò, rei persecutoria, & etiam pœnæ, & in simplum: vt colligitur ex l. constitutionibus. §. j. ff. eodem. Sextò, quòd stricti iuris, patet. Septimò quòd non sit perpetua, sed duret anno, videtur text. in l. si non conuitij. in fin. C. de iniur. & hoc tenet Ioannes vt refert glossa in dicto §. sed & lex. Instit. eodem. licet Mar. contra per textum. Instit. de perpe. & tempo. in princip. Et breuiter transeundo. Salicetus in dicta l. si non conuicij. videtur cum pluribus antiquis, cum hac opinione transire: vnde pro nunc nihil dico super hoc. Octauò, nec hæredibus, nec in hæredes datur. l. iniuriarum. ff. de iniur. & d. §. nō autem. Instit. de perpe. & tempo. actio. Nonò, quòd infamet, habetur in §. ex quibusdam. Institu. de pœn. te. liti. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex.

173 **In factum contra magistratum,** qui non exegit idoneam cautionem. Hæc actio, prout etiam dicit sanctus Blasius, & bene, datur pupillis contra magistratus deputatos: ad cautiones exigendas, vel recipiendas pro pupillis, quādo tutores sunt tales, quòd tenentur satisdare, iuxta titu. Instit. de satisda. tu. cum si. Vel si exegerunt cautionem, fuit minùs idonea: vnde ad interesse pupillorum, vel adultorum datur hæc actio contra dictos magistratus, iuxta titu. etiam. ff. & C. de magi. cōue. &c. refert etiam Rofred. in libellis suis in rubri. de actio. in factum, quæ datur contra magistratum, &c. Secundò, quòd sit ciuilis, patet, cùm descendat ex senatusconsultis. l. penultima. C. de mag. conue. & senatusconsulta sunt de iure ciuili. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Quod in personam, patet, cùm ex quasi delicto. Quartò, quòd rei persecutoria respectu pupilli, vel adulti, patet ad sensum. Quintò, quòd in simplum, eodem modo cùm tantum interesse persequantur vt per totum titulum de mag. conue. Sextò, stricti iuris vt patet. Septimò, est perpetua, cùm personalis, &c. Octauò, hæredibus, per §. non autē. de perpe. & tempo. actio. datur Instit. In hæredes nō, nisi ex dolo, & lata culpa. l. nō simile. ff. de mag. cōue. l. ij. C. eo. §. fi. Inst. de satisd. tu. Nonò, nō infamat. Decimò, est vtilis: vt C. eo. l. pe. Non est cōtraria. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex.

174 **Ingrati.** Hæc actio (si actio dici potest) cōpetit aduersus libertū, qui existens ingratus patrono, qui eū manumisit, potest propter ingratitudinē in seruitutē reuocari. Et de hac habetur in §. maxima. Insti. de ca. di. & per totū. C. de lib. & eorum lib. Et similiter possumus dicere in patre aduersus filios emancipatos ingratos, &c. Et q̄ ista sit propriè actio, videtur tex. in l. fi. C. de lib.

lib. & eorū lib. & facit xij. q. ij. c. liberti. licet gl. ibi contradicat. vide in d. §. maxima. Secundò, q̄ sit ciuilis, proba vt in cōmuni diuidundo. Et etiam cùm detur ex dictis legibus, potest dici in rem, sicut prēiudicialis, de libertate. in simplū, & rei persecutoria, & stricti iuris, vt patet. Itē perpetua, cùm persecutoria. Item hæredibus datur, licet nō in hæredes, vt patet. Nonò, non infamat. Decimò, directa. Vndecimò, singularis. Duodecimò, simplex.

POst hæc sic expleto tractatu omnium actionum, quę reperiūtur in arbore, additis quibusdam aliis, vt patet, sanctus Blasius in suo tractatu prosequitur decem & septem alias actiones, si actiones propriè dici possunt, quas legibus & aliis authoritatibus nititur roborare, & cum ipsis simpliciter transit. Ego, qui tanti doctoris vestigia in omnibus sequi deberem, discutiam si dictæ actiones sint necessariæ. Et vel quòd sint necessariæ, vel q̄ non in arbore mea eas signaui, & vnicuiq; suum circulum tradidi, vt appareret. In primis itaq; admirandum est, quòd si Ioānes vidisset dictas actiones esse propriè actiones, & necessarias, q̄ in arbore sua non dederit circulum, & de eis non fecerit mentionem: cùm inter antiquos doct. & glos. quanta sit eius opinio, manifestum est: cùm vt plurimùm ab aliis modernioribus glos. & à doct. approbetur: sed quia quantò iuniores, tantò perspicaciores, iuxta l. præcipiunt. ff. de ædil. edi. & l. Gallus. in prin. ff. de liberis & posthumis. & l. iij. §. sed & seruus. ff. de condi. ob cau. igitur nō est mirandum, si ipse addidit. Videamus itaq; de singulis, & an iure probentur. Prima.

175 **Certi condictio** ex stipulatione. Quæ, secundùm eundem sanctum Blasium, habet locum, cùm quis est stipulatus aliquod certū, cuius solutio non potest variari ab eo, qui est debitor. dicitq; probari iuxta not. per Bart. & doct. in l. vbi autem non apparet. in prin. de verb. obliga. & dicit eam dari contra promissorē ad id, quod promisit dare: vt ead. l. in fi. Sed si quis esset stipulatus incertum, competit ex stipulatu, vel incerti cōdictio. l. si quis certum. ff. si cer. peta. Inst. de verb. obli. in princip. hæc ipse. Mihi pro nunc videtur firma opinione dicendum, q̄ hec actio nō reperiatur, nec sit proprium nomen actionis. Nam tex. quē ipse allegat. Insti. de verb. obli. in princip. dicit plenè distinguendo, q̄ si incertum deuenit in stipulatione, datur actio ex stipulatu: si verò certum, datur certi cōdictio, s. certi condictio generalis, de qua ibi, & in l. certi condictio. ff. si cer. pe. & idē dicit tex. in l. si quis certum. ff. eo. Et licet glo. in d. l. si quis certum. soluendo contrarium. l. si pacto, quo pœnam. C. de pac. dicat ibi agi ex stipulatione certi condictione, intelligitur de certi condictione generali, de qua s. locuti sumus. nec in aliquo no. per Bart. mihi probat hāc actionem diuersam, scilicet à certi cōdictione generali, quæ (vt dixi) potest etiam dici ex stipulatione, secūdùm gl. in d. l. si quis certū. Remaneat igitur, meo iudicio, q̄ hæc actio est superflua, cùm non probetur iure. Super quo tamē propter authoritatem tanti docto ris relinquo cogitandum.

176 **In factum, quæ oritur ex confessione** informiter facta in iudicio. Ad hanc dicas, quòd competit, quando quis cōfessus fuit in iudicio se esse debitorem alterius, non adiecta aliqua causa: & sic informiter cōfitetur. Nam in talem datur hæc actio ad faciendum, vel dandum illud, quod fuit confessus: de qua habetur in l. proinde. §. j. ff. ad legem Aquiliam. in l. nam & posteà. §. penul. & fi. l. sed si possessori. ff. de iureiur. Et ita tenet Rofred. in suis libellis, ex quo resultant limitationes. Altera ad l. cùm de indebito. in fi. de proba. q̄ confessio, s. sine causa nō præiudicet: quia est verum extra iudiciū. Altera ad l. publia. §. Lucius. ff. depo, quia in iudicio facta confessio pareret obligationem, & per consequens actionem: licet secus sit vbi extra iudicium, hoc sanctus Blasius. Ego legendo in locis prælegatis non potui deprehendere hanc actionem, tamen quia sicut datur actio in factum ex iureiurādo, cùm informiter iuratur, ita dicamus hîc, q̄ detur in factum, cùm informiter quis confitetur: arg. l. illud. ad leg. Aquil. & l. non possunt. ff. de legi. cum vulg. Et in aliis terminis, qualiter sit iudicādum, crederem quòd deberet dici, q̄ sit eiusdē naturæ, prout erat prima actio intentata contra ipsum, tanquam in eius locū ista subrogetur: arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. in l. qui in ius. ff. de re iudicata. Cum aliis, quæ dixi in vtili, quæ ex confessione est: tamen tu etiam videbis, &c.

177 **Quantò minoris** emptor empturus esset. Vt dixi suprà in actione quāti minoris, quæ est prætoria: licet sint multi, qui nolint concēdere hanc actionem: tamen communis opi. est cum glos. in l. Iulianus. in principio de actione empti. quòd scilicet reperiantur duæ quanto minoris, illa prætoria, & ista ciuilis, vt ibi plenè dixi. Et datur ista emptori contra venditorem ad quantum minus erogasset emptor, si vitium sciuisset: cùm illa prętoria datur ad tantum minus, quantum communiter res valet, vt ibi fuit dictū, in tantū q̄ emptor nihilo emisset, si vitium sciuisset: ad id totum datur hæc actio. vide latè in d. l. Iulianus. in princip. & §. item qui furem. & glo. magnam ibi. Et in quo differat vna ab altera eodem modo, &c. Secūdò hæc est ciuilis: vt d. l. Iulianus, & ibi omnes. Tertiò, est in personā: quia venit ex cōtractu, iuxta §. frequens. Institu. de act. Quartò datur in simplum, vt ad pretium, vel interesse. d. l. Iulianus. §. item qui furem. Quintò, est rei persecutoria, cùm detur ad pretiū, vel interesse, vt patet. Sextò, est stricti iuris: quia non reperitur in §. actionum. Septimò, est perpetua, secundùm glo. in dicto §. item qui furem. ver. quod differt. In aliis fundamentis crederem esse dicendum, vt dixi in quanto minoris prætoris.

